






Diuinum Petri Hie
remie opus.

Sermones in aduentum domini.
Sermones de peccato.
Sermones de fide:
Sermones de penitētia.
Sermones de oratione.
Sermones dominicales per to-
tum annum.
Sermones de sanctis.



Tabula

Frater Benedictus Britannicus Brixianus: Fratri Thome Calulfano theologo. S. D.

Non dici queat Pater integerrime: quãtopere mihi cor leticia subsiliat: quũ animaduertã tam multa excellentiũ religionis nostre patrũ opa: q̃ in hoc vsq̃ tẽpus verbati in latebris iacuerãt: in dies passim imp̃mi: ptrahiq̃ in lucẽ. Mirũ. n. ẽ. quã ea inspicias: q̃ vtilia q̃q̃ fructuosa existant. Oia enim illinc: vt pbe nosti: colligas: q̃ ad bene beateq̃ viuendũ sint maxime necessaria. Que oia quũ diu multũq̃ mecum essem ɔtẽplatus: putaui Petro Hieremie ordinis nostri viro scitissimo iniuriã ppemodũ fieri: si eius scripta nõ curarem publicãda. Ita q̃ studio factũ est nostro: vt ea ab Jacobo Britãnico fratre nostro ipressa sint. Existimaui enim Petrũ Hieremiã inter reliquos religionis nostre scriptores q̃ hãc diuini verbi p̃dicandi sciam nõ minus elegãter q̃ sapienter pfessi sunt: principatũ sine cõtrouersia obtinere. Nihil. n. est: siue ad philosophiã theologiãq̃ respicias: siue ad ius canonicũ: ciuileq̃ cesareũ: qð in eo desiderari queat. Oia que ad diuine humaneq̃ nodos sapienter explicandos ptinent tam cumulate cõplexus est: vt qui solos eius labores inspexerit: aliũde sibi nihil oĩo sit indagandum. Putaui aũt hec ad te pater scientissime scribenda: tum vt meã in te beniuolẽtiã aliqua ex parte tibi declararem: tum vt intelligerem qd tu sup hoc sentires. Plurimi enim iudiciũ tuũ nõ tam in omni dicendi facultate: q̃ in rep diuinar̃ humanarũq̃ pspicientia facimus. In te enim pter sanctissimos mores vitẽq̃ integritatẽ: eam doctrinã idq̃ ingenij acumen agnoscimus: vt q̃ per te pbata fuerint: ea nullis placere nõ possint. Quo sane fit vt oẽs qui te norint: norunt aũt fere oẽs: te plurimũ diligãt: venerẽtur & colant. Tu interea valebis: fratrẽq̃ Benedictum tui studiosissimum amabis plurimum. Dñs aũt noster Jesus xp̃s plenis clementie sue velis te in eterne portũ salutis pducat.

Tabula Sermonum aduentus.

¶ Doctissimi ac veri diuini verbi predicatoris Fratris Petri Hieremie ordinis predicatorum. Sermones q̄dragesimales vtiles incipiunt. In dominicis aduentus z sequentibus vsq̧ ad quadragesimam.

Dominica prima in aduentu De quadruplici aduentu. Sermo primus.



Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Mat.21. z Zac.9. originaliter: z in euangelio hodierno. Thema dat mihi motiuũ predicãdi de aduẽtu domini: qui hodie incipit s̄m ordinẽ ecclesie. Et spero q̧ habebimus bonas doctrinas ad gloriam Jesu christi z ad instructionẽ nostram: sed primo salutemus virginem dicendo. Aue maria zc. Pro declaratione thematis z introductione est notandũ: q̧ s̄m doctores quadruplex est aduentus domini propter quos ecclesia ordinauit quatuor dominicas in aduentu. Primus aduẽtus est preteritus. Quartus est futurus. Secundus z tertius sunt presentes.

¶ Primus est per incarnationem: in ventre virginali.

¶ Secundus est per iustificationem: in mente humana.

¶ Tertius est per separationem: in morte corporali.

¶ Quartus est per retributionem: in iudicio vniuersali.

¶ Et qualibet dñica poterimus predicare de vno istorũ aduentuum. videlicet prima de primo. scda de secũdo. z sic de aliis. De secundo aũt aduentu fit mentio Jo. 14. Siquis diligit me sermonẽ meum seruabit: z pater meus diliget eum: z ad eum veniemus: z mansionem apud eum faciemus. De tertio vero aduentu fit mentio Luc.12. Beati serui illi quos quũ venerit dñs: inuenerit vigilãtes zc. Ad idem Mat. 24. De quarto aduentu fit mentio Mat. 25 Quũ venerit filius hominis in maiestate sua: z omnes sancti eius cum eo zc. Item Isa.iij. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui. Notandum aũt q̧ in isto primo aduẽtu venit christus cum humilitate. In secundo cum benignitate. In tertio cum timore. In quarto cum horrore seu tremore. In p̄mo ergo venit cũ humilitate. Et hoc precipue. Ratio vt curaret superbiam Ade: que fuit origo omniũ peccatorum. Eccli x. Initium omnis peccati superbia. Pone exẽpluz de omnibus peccatis. Qr ergo p̄traria contrariis curant: qr homo superbierat deus humiliatus est. necesse erat fieret famulus famulorum seu seruorum. Unde ipse dicit. Filius hominis nõ venit ministrari sed ministrare: z dare animam suam in redẽptionez pro multis Mat.20. Et qr debebat ministrare assumpsit vestes famuli. qr alius nõ fuisset congruum. Ideo apls ait. Qui cum in forma dei esset. s. indutus veste diuinitatis nõ rapinam arbitratus est esse se equalem deo. sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs in similitudinem hominum factus: z habitu inuentus vt homo Phil.2. s. vt nobis seruiret z ministraret. Loquendo ergo de isto primo aduentu: nota q̧ de eo sepius fit mentio in sacra scriptura: veteris z noui testamenti. Sicut p; in multis locis specialiter hodie in euangelio. Benedictus q venit zc. Et in themate. Et Aggei.2. Veniet desideratus cunctis gentibus. Item Malachie.iij. Statim veniet ad templum sanctũ suum dñator quem vos queritis: z angelus testamenti quem vos vultis. Item Abachuc.2. Apparebit in finem z nõ mentietur: si moram fecerit expecta eum: qr veniens veniet z nõ tardabit. Loquendo ergo de isto primo aduentu: notandũ q̧ cõueniens fuit illum dei venire pp̄ter multas rationes. sed pro nunc dicam quinq̧.

¶ Primo propter magnificentiam diuinalem.

¶ Scdo propter perfectionem vniuersalẽ.

¶ Tertio pp̄ter liberationẽ humanalem.

¶ Quarto propter humane nature exaltationem.

¶ Quinto propter angelicam reparationē.

¶ Prima ratio et effectus est propter magnificentiam diuinalem. Pro cuius intellectu notandum quod sicut notat Tho. pte. iij. q. i. ar. i. Unicuiqꝫ rei conuenit operari id quod est conueniens nature sue. Sicut homini ratiocinari, canibus latrare: et sic de aliis. Ipsa aūt natura dei est ipsa bonitas: vt dicit Dio. i. c. de di. no. Unde quicquid pertinet ad rationem boni conueniens est ipsi deo. Pertinet aūt ad rationem boni vt se aliis cōicet ſm Dio. 4. c. De diui. no. Unde bonū de natura sui est diffusiuū et cōicatiuū aliis. Ergo summo bono conuenit: quod summo modo se creature cōmunicet. Duo aūt hꝫ deus cōmunicabilia. s. essentiam et personā. Essentiam cōicat deus pater filio et spiritui sancto ab eterno. restabat vt ex tempore cōmunicaret personam. s. filiū sui humane nature. Quod quidē maxime fit per hoc quod naturam creatam sibi sic coniungat quod ex tribus fiat vna persona. s. ex verbo et carne et anima: iuxta illud Uerbum caro factum est Jo. i. Et ex hoc manifestatur nobis infinita bonitas diuina. Ad hoc enim principaliter ipse deus condidit creaturas: vt manifestetur eius bonitas. Prouer. i6. Uniuersa propter semetipsum operatus est dn̄s. Sicut enim potentia eius est causa principalis effectiua creaturarum: et sapientia est causa formalis. Sicut ars in mēte artificis est causa rei artificiate. Causam dico formalē. Sic et bonitas dei est causa finalis. Propter quod dicit ipse. Ego sum et alpha et oo principium et finis Apoc. i. Et sic pꝫ prima ratio. Et nota in hac bn̄dicta incarnatione magnam dei humilitatem: sicut scripsi post festum trinitatis dn̄ica. xx. sermo primo parte prima.

¶ Secunda ratio est propter perfectionem vniuersalem. Nam cum deus sit perfectissimus in se: necesse est vt etiam opera ab ipso creata sint perfecta. Deut. 32. Dei perfecta sunt opera. Non poterant aūt opera dei esse perfecta: nisi per assumptionem humane nature in eadē persona. Et hoc probatur ratione et auctoritate. Ratio est geometralis. Dicunt enim geometre quod figura sperica siue circularis est pfectio aliis. Ratio: quia in hac figura finis vnitur principio. Et ideo dicunt quod nunquam figura huiusmōi est perfecta quousqꝫ finis vniatur principio. Et propter hoc diuina sapientia creauit mundū in hac figura sperica: licꝫ in alia figura potuisset ipsum creare. Uide celum: ignem: aerem: mare: terram: et totum vniuersum: est in figura sperica. Sic etiā sol. luna: et stelle. Ergo perfectio mundi vniuersalis consistit in hoc vt finis vniatur principio. et econuerso. Modo videamus quid est. Principium creaturarum: et quid est finis. principiū est deus. Gen. i. In principio creauit deus celum et terram: et in sex diebus distinxit. Et sic creauit creaturas omnes. Prima die fecit lucem. Secūda firmamentum. Tertia die fecit arbores et plantas. Quarta die fecit luminaria celi. i. solem et lunam et stellas. Quinta die fecit aues et pisces. Sexta die fecit bestias: et eadem die vltimo: et in fine fecit hominem. Patet ergo quod fuit vltima creaturarum et finis. Ad hoc ergo vt figura circularis totius vniuersi sit perfecta: necesse fuit vt finis vniretur principio. Quod tunc impletū est: quando deus factus est homo: et homo deus per vnionem personalem in vtero virginali. Ideo dicit ipse deus. Audi me Jacob et Israel: quē ego voco. Ego ipse: ego primus: et ego nouissimus. Isa. 48. Ego primus. i. ego sum deus: et ego nouissimus. i. ego sum homo: et ex hac ratione opinantur aliqui doctores quod etiam si Adam nō peccasset filius dei incarnatus fuisset: propter perfectionem dandam operibus suis. Ad hāc rōnē rn̄det Tho. i iij. sen. di i. q. i ar. iij. ad primum dicendū. Quod vniuersum perficit in coniunctione vltimi ad primū principium. Nō tn̄ oportet quod in coniunctione: que est in vnitate persone: sed in coniunctione que est per ordinem ad finem.

¶ Tertia ratio est propter liberationē humanalem. Erat enim primus homo seruus trium. s. legis: diaboli: et peccati. Legis quidē quantū ad cerimonialia. que erant ita dura vt sufferri nō possent: presertim preceptum circūcisionis. Unde Petrus dicebat Quid tēptatis deū: imponere iugum super ceruices discipulorum: quod neqꝫ patres nostri: neqꝫ nos portare potuimus Act. i5: Propter

q𝔡 lex vetus dicebat lex seruitutis. Ro. 8. Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. In cuius signum cū timore magno recepta fuit lex antiqua a iudeis. Unde dī Exo. 20. Qd filij israel perterriti atq; pauore concussi steterunt procul ⁊c. Non poterat aūt homo liberari ab illa lege: nisi per ipsius legis latorem: quia eius est tollere cuius est condere: ⁊ omnis res per quascūq; causas nascitur per easdez dissoluitur: vt in. c. i. de reg. iur. Et. ff. eo. ti. l. Nil tam naturale est q̄ eodem genere q𝔡q; dissoluere: quo colligatū est. Ideoq; verbo𝔯 obligatio verbis tollit. Fuit ergo conueniens: vt deus incarnaret vt adimpleret in se ea que scripta erant in figura de eo sub velamento cerimonialium contenta. Et sic adimplendo tolleret legem quantū ad cerimonialia ⁊ iudicialia. Uñ ps. Sacrificium ⁊ holocaustū noluisti: aures aūt perfecisti mihi. Holocaustum ⁊ pro peccato non postulasti: tunc dixi: ecce venio. Uide q𝔡 scripsi in sermonib⁹ quadragesimalibus de decem preceptis: vbi agitur vtrū nos teneamur seruare cerimonialia veteris legis. Et hoc est contra quosdam dicentes. Si xp̄s seruauit cerimonialia: ergo ⁊ nos illa seruare debemus. Sed non valet ratio. Sed ꝯtra quia christus seruauit illa. Ideo nos nō tenemur seruare: q2 finis legis christus est ad iustitiam omni credēti Ro. 10. Sicut in simili: q2 christus mortuus est ideo nos sumus a morte redēpti. Fuit ergo conueniēs vt deus incarnaretur ⁊ fieret homo: vt nos a seruitute legis eriperet. Et hanc rōnem ponit apl's Gal. 4. At vbi venit ple. tē. mi. de. fi. su. fac. ex mu. fac. sub le. vt eos qui sub le. e. redimeret. Item erat homo seruus diaboli a quo victus fuerat: quia qui capitur in bello publico efficit seruus. Sic inter hominem ⁊ diabolū erat ⁊ est bellum publicum: ⁊ q2 homo victus fuerat a diabolo. ideo totū genus humanum sibi subditum erat. Sicut filij seruo𝔯 sunt serui: etiam si sola mater sit ancilla. l. partum. C. de rei ven. vbi dicit. Partum ancille matris sequi conditionē: nec statū in hac specie patris ꝯsiderari: exploratiiuris est. Nec poterat humanū genus ab aliquo liberari. Unde. 2. pe. 2. A quo enim quis superatus est: eius ⁊ seruus est. Nullus autem homo poterat ipsum a diaboli manibus liberare: quia ipse diabolus erat fortior omni homine. Job. 41. Nō est super terram potestas que cōparetur ei: qui factus est vt nullum timeret. Oportuit ergo q̄ esset aliqua virtus superior eo: que vinceret eum: ⁊ hic est deus: quia naturaliter nullus angelus est potētior sathana. Quia aūt conueniens erat vt ipse vinceretur ab homine. qui vicerat hominem. ideo congruū fuit vt ipsa diuina virtus fieret homo. Et sic idē. Unde dñs Luc. xi. Cū fortis armatus custodit atrium suū: in pace sunt omnia que possidet. Si aūt fortior illo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius aufert in quibus cōfidebat. ⁊ spolia distribuet. Erat tertio homo seruus peccati. Jo. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Ratio q2 obediebat peccato. Ro. 6. An nescitis q̄m cui exhibuistis vos seruos ad obediendum: serui estis eius cui obedistis. Quia aūt peccatum istud erat iniuria dei: ⁊ cōsequenter infinita: eo q̄ culpa in deū cōmissa habet infinitatem quandam prout est offensa dei: q2 tanto maior est culpa quāto maior est persona offensa. Uide hanc rationē in sermonibus de peccato in genere ar. iij. Sermone 19. parte. iij. Mensuratur enim offensa sm̄ quantitatē ⁊ qualitatem persone offense. ideo merebatur infinitam satisfactionem: que solui nō poterat a pura creatura: ⁊ consequenter a nullo homine. Et tamē homo erat debitor huius satisfactiōis. Fuit ergo necesse vt deus fieret homo ad hoc vt homo liberaretur ab hac seruitute peccati. Ideo apostolus Ro. 8. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: de peccato damnauit peccatum in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis. Ps. 106. Misit verbum suum: ⁊ sanauit eos ⁊c.

¶ Quarta ratio est propter hominis exaltationem. Quia per incarnationē filij dei valde exaltata est: ⁊ nobilitata est humana natura. Sicut si filius regis duceret in vxorem filiam rustici: quia vxor nobilitatur ⁊ recipit dignitatē a viro. l. Femine. ff. de senatoribus. vbi dicitur. Femine nupte clarissimis personis: clarissimarum persona

rum appellatione continent. Feminis enim dignitatem clarissimam mariti tribuit. Et l. Mulieres. C. de dignitatibus lib. 12. ubi dicit. Mulieres honore maritorum erigimus. genere nobilitamus: ⁊ forum et eorum personas statuimus ⁊ domicilia mutamus. Item in Aut. de consulibus. §. si aut. coll. 4. ibi Quoniam uxores coruscant radijs maritorum. Item sortitur forum viri. l. Cum quedam puella. ff. de iurisdi. omnium iudi. Item mutat sepulturam suam: ⁊ sepelitur in sepultura viri: ut in. c. Is qui. de sepul. li. 6. §. Mulier aut que plures viros habuit successiue: si sepulturam nō eligat: est cum viro ultimo cuius domicilium retinet ⁊ honorē: tumulanda. Sic filius dei duxit in uxorem carnem humanam filiam illius rustici Ade: ⁊ fuit initiatum hoc matrimoniū in prophetis quasi essent tunc contracta sponsalia de futuro: fuit ratificatum in utero virginis quasi per verba de presenti. Fuit aut consummatum in cruce quasi per copulam carnalem inter christum ⁊ ecclesiam sanctam: que fuit formata de latere eius mortui in cruce: quādo exiuit de eo sanguis ⁊ aqua. Sicut Eua fuit formata de latere Ade dormientis in paradiso: quod fuit sacramentū et figura istius matrimonij: iuxta illud Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in christo ⁊ in ecclesia Ephe. 5. Propter hoc christus in cruce dixit. Consumatum est. Et sic natura humana fuit nobilitata a deo: quod super angelicam naturam nobilitata est. Nusquā enim angelos apprehendit: sed semen Abrae apprehendit Hebre. 2. Et in signum huius cum sepius legatur in veteri testamento angelos se permisisse ab hominibus adorari: sicut legitur de Manue patre Sanson Iudic. 13. et de Iosue. tamen post incarnationem filij dei secus factū ē. Sicut legitur Apoc. ultimo. ubi dicit Ioh. Postquam audissem ⁊ vidissem cecidi ut adorarem ante pedes angeli qui mihi hoc ostendebat: ⁊ dixit mihi. Vide ne feceris: conseruus tuus sum. Quod ideo prohibuit angelus: ut ostenderet exaltationem humane nature super angelos in homine assumpto: ut notat. Th. in. 3. sen. di. 9. q. 1. ar. 2. q. 6. ad primum. Et ex hoc grauius est peccatum cōmissum ab homine post incarnationem christi quam ante: quia maior ingratitudo ⁊ maior vilitas. Nam vilius reputaretur nobili militi vel doctori si intraret in tabernam ⁊ inebriaretur: quam cuidam rustico. Nonne vilissimum esset si filius regis faceret se seruum cuiusdam villi ribaldi: Sic in proposito ⁊c. Nota contra christianos viros ⁊ mulieres: qui vadūt ad iudeam illam pro sanitate habenda: vel ad alios diuinos: qui cum sint filij dei Io. 1. Quotquot aūt receperunt eum: de. eis po. fi. dei fi. faciūt se seruos diaboli: pro sanitate habendā corporali. Quidam vero christiani iniuriantur iudeo baptizato: improbantes ei etiam dicentes. Oritallato: propter quod reuocantur alij iudei a conuersione ad veram fidem: ⁊ ex hoc fit iniuria nomini christiano. Quia igitur grauius peccant christiani ceteris nationibus: ideo grauius illis puniuntur. Nota exemplum beati Macharij: qui vadens per desertum inuenit caluarium seu caput hominis mortui. Qui cum interrogasset ⁊ quesiuisset ab eo cuius fuisset. Respondit se fuisse caput cuiusdam sacerdotis idolorum: cuius anima erat in iferno. Cumque igitur interrogaret ab eo si aliquis esset sub eo in inferno: ⁊ qui sunt. Respondit quod christiani dānati erant sub alijs omnibus ⁊c. Ideo dicit Leo papa in sermone de natiuitate. Agnosce o christiane dignitatem tuam: ⁊ diuine consors factus nature. noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire. Ps. 48. Homo cum in honore esset nō intellexit: compa. est iu. insi. ⁊ si. fac. est illis ⁊c.

Quinta ratio: ē propter angelicam reparationem. Nam propter peccatū primi angeli ceciderant multa millia angelorum: sicut dicitur Apoc. 12. Unde remansit numerus angelorum diminutus valde: nec potuit amplius reparari per angelos qui ceciderant: quia angelus sicut imobiliter apprehēdit ea que intelligit: sic ⁊ imobiliter fertur ⁊ adheret per affectum his que quandoque elegit ⁊ obstinatus est in illo peccato quod cōmisit. Unde equalitatem dei quā semel angelus concupiuit ⁊ appetijt. adhuc appetit: ⁊ in eternum appetet. Et ideo nō est capax misericordie

diuine ad remissionem peccati sui: quia nō vult penitere. Nam si peniteret deus sibi parceret. ps. 76. Nunquid in eternum irascetur deus: aut continebit in ira sua misericordias suas. Quia ergo obstinatus est: ideo non est capax misericordie. Sic nec homo post mortem. Unde dicit Damasce. q hec est hominibus mors: qd ē angelis casus. Et ponit Tho. in. i. parte. q. 64. ar. 2. Ne ergo angeloꝝ numerus remaneret imperfectus: voluit diuina sapiētia q suppleretur per homines assumendos in cōsortio angeloꝝ. Un̄ dicit apostolus Ephe. i. Instaurari omnia in christo: que in celis ⁊ q in terris sunt. Quia aūt vita eterna excedit ꝓportionē nature create. Quia q oculus nō vidit nec auris audiuit ⁊c. i. Cor. 2. ideo non potuit homo ad vitam eternam eleuari de se vt esset consors diuine nature. ⁊ fieret per participationem ⁊ simil' angelis in gloria: nisi deus fieret homo. Da similitudinem. Siquis vellet celum capite attingere. nō posset naturaliter: nisi deus ꝑ potentiam suam inclinaret celum vel hominem ad celestia subleuaret. Et sic fecit de9. Quia ad hoc vt homo fieret beatus: ⁊ cōsequenter habitaret in celo. inclinauit se ꝑ humilitatem ⁊ factus est homo: ⁊ eleuauit hominem ad se vt fieret deus. Et sic ꝑ homines ruina āgelica reparari. ps. 55. Inclina dñe celos tuos ⁊ descēde ⁊c. Deo grās.

¶ Notandum q prima ratio de quinq predictis. pertinet ad bonitatē dei: que est diffusiua sui ipsius. Fuit aūt congruū deū incarnari etiam propter imobilitatem diuine iustitie. Item ꝑpter decentem ordinem sapientie ipsius. Et sic ex tribus apparet incarnationis congruentia. Que quidē tria sumūt ex parte dei. s. ex plenitudine diuine misericordie. ex imobilitate iustitie ipsius: ⁊ ex decenti ordine sapientie ipsius. Quia enim deus summe bonus ⁊ misericors est: decuit vt nulli nature negaret hoc cuius capax erat. Un̄ cum natura humana lapsa esset: ⁊ nihilominus reparabilis foret: decuit vt eam recuperaret ſm Tho. in. 3°. senten. di. i. q. 2. De hac autem ratione satis dictū est supra in prima ratione huius sermonis.

Secundo ex imobilitate iustitie diuine quia vt ait Tho. vbi supra. Iustitia dei immutabilis est: cuius lege sancitū ē vt nunq̄ peccatum sine satisfactione dimittatur. decuit vt in humana natura institueret eum qui satisfacere posset: q2 hoc purus homo per se facere nō poterat. Ratio est triplex quā assignat Tho. in. 3°. sentē. di. i. q. i. ar. 2. In responsione ad vltimum argumētum.

Tertio ex decenti ordine sapientie sue. Quia enim summe sapiens ē: ꝯuenientissimum modū reparationis adinuenire debuit. Modus aūt conuenientissimus: est vt integra natura repararetur: vt finaliter ad hoc qd amiserat homo peruenire posset. Si aūt hominem per angelum repararet: nō esset integra reparatio. q2 semper homo angelis salutis sue debitor esset. ⁊ ita ei in beatitudine equari nō posset Qd tñ consecutus fuisset si nō peccasset. Sicut ⁊ nūc consequuntur homines per gratiam reparationis: vt sint sicut angeli dei in celo Mat. 22. Unde decuit: vt non angelus sz ipse deus hominem repararet: iuxta illud Isa. 35. Deus ipse veniet ⁊ saluabit nos. Similiter vt esset facilis modus ascendendi ad deū: decuit vt hō ex his que cognita sunt ibi tam ſm intellectum q̄ ſm affectum in deū consurgeret. Et quia homini naturale est ſm statum presentis miserie vt a visibilibus cognitionem accipiat: ⁊ circa ea afficiatur: ideo deus congruenter visibilis factus est naturam humanam assumendo: vt ex visibilibus in inuisibilium amorē ⁊ cognitionē rapiamur. Hec Tho. vbi supra. Est etiā alia ratio: que sumitur ex parte diuine sapientie: quare decuit deū incarnari: quā assignat Tho. in. 3°. senten. di. i. q. i. Nam vt dicitur Sap. 9. Sapientia vincit maliciam: sed per maliciam diaboli ⁊ hominis: humana natura que est opus dei deiecta est quantū deiici potuit in culpam ⁊ miseriam. ergo decuit vt sapientia dei ipsam exaltaret quantum exaltari potuit: ergo cum natura humana fuerit assumptibilis in vnitatem diuine persone: vt ponit Th. in. iij. senten. di. i. q. i. Et in. iij. parte. q. i. ar. i. videtur congruum fuisse: vt deus naturam humanam assumeret. Hec Tho.

¶ Eadem dominica prima de aduentu de iudicio vniuersali. Sermo .ij.



Enedictus qui venit in nomine domini. Mat. 21. Intentio mea est predicare de aduentu christi ad iudicium. In sacra scriptura inuenimus tres christi aduentus genera'es.

¶ Primus est humilitatis copiose: iam preteritus.

¶ Secundus charitatis gratiose: et hic est presens.

¶ Tertius maiestatis rigorose: et hic est futurus.

¶ Hi tres aduentus ostēduntur in euangelio hodierno sm ordinem nostrum: quod euāgelium licet sit de ramis palmarum historice: tamen allegorice ptinet ad officiū hodiernū.

Primus aduentus ponitur in principio euangelij.

Secundus in medio.

Tertius in fine.

Dico primo etc. Iste aduētus fuit in vtero virginali per incarnationem cum magna vtilitate. Ratio vt satisfaceret pro superbia Ade et Eue: que supbia fuit prius quam gula. Initium omnis peccati superbia Eccli. 10. Ideo venit cum magna humilitate nō ministrari: sed ministrare sicut famulus. Seruiuit enim xp̄s in isto primo aduētu nobis.

¶ Primo de corde suo ostendens nobis charitatem.

¶ ¶ Secundo de ore docens doctrinas.

¶ Tertio de potentia faciendo miracula.

¶ Quarto de corpore tradendo illud morti. De hoc aduentu dicit ipsemet. Filius hominis non venit ministrari sed ministrare Mat. 20. Iste aduentus notatur in principio euāgelij vsqz. Soluite et adducite mihi: vbi notani quattuor.

¶ Primo finis pro quē venit: qui est pacificatio hominis cum deo: et cum angelis: et cum seipso: et cum proximis ibi. Cum appro. Iesus hierosolymis. que pacifica vel visio pacis interpretatur. Ephe. ij. Ipse enim est pax nostra: qui fecit vtraqz vnū. Et veniēs euangelizauit nobis pacem etc.

¶ Scdo via per quā venit: que est virgo Maria. Ber. Uirgo egregia ipsa ē via regia: per quā saluator venit ad nos. Hec notatur ibi. Et cum venisset Betfage: quod interpretatur domus oris: quia in apertiōe oris Ecce ancilla dn̄i: facta est domus dei. Unde cantatur. Domus pudici pectoris templum repente fit dei.

Tertio causa efficiēs quare venit: que est misericordia. ibi. Ad montē oliueti. Ephe. ij. Deus qui diues est in misericordia: propter nimiam charitatem suam. qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos.

Quarto actus ad quē venit: qui est illuminatio mundi: et liberatio a vinculis peccatorum: nō solū per se sed per discipulos. ibi. Misit duos discipulos: vsqz Soluite et adducite etc. Iste aduētus quotidie fit in hostia verbis a sacerdote. Hoc est enim etc. Sicut in principio dictis verbis a virgine. Ecce ancilla domini etc.

In primo venit vt famulus: sed in isto secūdo aduentu venit xp̄s vt socius: in eadem mensa comedēs. Fidelis deus per quē vocati estis: in societatem filij eius dn̄i nostri Iesu xp̄i. i. Cor. i. Iste aduētus notatur in euangelio: cū dicit. Filie syon. i. ecclesie militanti vel anime humane. Dicite. s. vos predicatores Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. De isto regratiari debemus ei dicēdo. Benedictus qui venit in nomine socij.

¶ Dico tertio etc. Tunc veniet sicut rex ad iudicādū etc. De isto aduētu dicit ipsemet. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute magna et maiestate etc. Mat. 24. De hoc aduentu loquitur thema di. Benedictus qui venit in nomine domini: non famuli vt in primo: neqz socij vt in secundo: sed domini ps. 9. Cognoscetur dominus iudicia faciēs. Propter istos tres aduentus sunt tres ebdomade de aduentu: quia quarta nō perficitur. De isto ergo aduentu predicaturus quesiui quomodo erit: et inueni quandam auctoritatem christi: qui bene scit etc. Quū venerit filius homi-

nis in sede maiestatis sue &c. vsq;. Iusti autem in vitam eternam Mat.25. Ubi nota q sunt octo clausule: declarantes istum aduentum.

¶ Prima clausula. Quu venerit filius hominis. i. virginis. nō dicitur filij hominum. Solus autē christus dicit filius hominis: q de matre sine patre. In maiestate sua: non dicit in humilitate: paupertate: & simplicitate: cum quibus venit in primo aduētu. In q̄ Johānes baptista videns ipsum dixit. Ecce agnus dei. Et Iudei videntes ipsum despexerunt dicentes. Nolumus hunc regnare super nos Luc.19. Ideo Isa.53. In humilitate iudicium eius sublatum est. Sic propheteuerat Zacha.9.d. Ecce rex tuus venit tibi iustus: & saluator: & ipse pauper: & ascendēs sup asinā: & sup pullū filium asine. Sz in aduētu ad iudicium veniet cū tanta maiestate q totus mundus tremet. Ps.9. Cognoscet dominus iudicia faciens. Nota similitudinem de auiculis cantantibus & ludentibus in arbore: sed superueniente falcone omnes pauescunt & silent. Sic considerate q iste mundus fit quedam arbor faciens fructus dignitatum: honorum: diuitiarum: officiorum: deliciarum: & quilibet sibi vult implere capucium de his fructibus. Aues ludentes in hac arbore mundi: sunt omnes creature corporales.

¶ Primo sol ludit currendo semper de oriente ad occidentem: & econuerso. Itē in estate ascendit: in hyeme descendit: oritur sol & occidit: & ad locum suum reuertitur. ibiq; renascens gyrat per meridiem: & flectitur ad aquilonem lustrans vniuersa in circuitu Eccle.1. Idem de luna. Item de stellis. Item aer: aqua: terra. Non faciunt nisi ludere: pisces in mari: aues in aere: & animalia in desertis semper ludunt. Auctoritas. Delectabar per singulos dies ludens coram illo omni tempore: ludens in orbem terrarum Prouer.8. Ad litteram loquitur hic de ludo mūdi: sed quando veniet falco seu aquila. i. Christus in iudiciū: iste ludus cessabit: quia omnes creature timebunt. Psa.75. De celo auditum fecisti iudicium tuum: terra tremuit & quieuit quū exurgeret in iudicio deus: vt sal. fac. omnes mansu. terre. Nota hic practice quomodo auarus volet libenter restituere vsuras: superbus fuisse humilis: religiosus seruasse religionē. d. O miser quando audiebam predicari nō ne potui facere: Item motus corporum celestium qui est quasi quidam ludus cessabit: & sol obscurabitur: & luna non dabit lumen suum: & stelle cadent de celo &c. Uide hoc alibi in sermone. Ideo ecclesia pro fideli populo christiano orans ait. Libera me domine de morte eterna i die illa tremēda &c. Consilium ergo do vobis vt tunc sitis securi & firmi: vt substineatis & firmetis duos pedes vestros. s. dextrum credentie: & sinistrum obedientie: qz nullus vno tm̄ pede firmatur. Hanc firmitatē petebat Grego. in collecta vigilie natiuitatis dn̄i. Presta q̄s omnipotens deus vt vnigenitum tuum quem redēptorem leti suscipimus: venientem quoq; iudicem securi videamus. Patet prima clausula.

¶ Secūda clausula est omnes angeli eius cum eo. Unde celum illa die euacuabitur. Sz diceret aliquis. Quid dicemus de sanctis. quia christus non loquitur nisi de angelis: Rn̄deo q omnes sancti etiam cum eo venient ad iudicium. Et christus ideo nihil dicit: quia iam propheta dixerat ex parte sua: qđ idem est. Isa.iij. Dn̄s ad iudicium veniet cum senibus populi sui & principibus eius. Nota Cum senibus populi sui & principibus eius. Nota Cum senibus. i. sanctis. Sed quare sancti dicuntur senes: cum multi mortui fuerunt iuuenes. Et preterea: tunc omnes erūt iuuenes in similitudinem etatis plenitudinis christi: vt dicit apls Ephe.4. Rn̄deo qz senectus significat sapientiam. Maledictus puer centum annorum: quia nullus intrauit nec intrabit paradisum: nisi sapienter se gubernauerit. Ps. Cum principibus populi sui. s. angelis. Et nota q tunc erunt manifesta omnia mala & bona &c. Ratio quia iudex nō fert sententiam: nisi prius videat processum: & ex actis in causa iudicat. Ideo Dan.7. Iudiciū sedit & libri aperti sunt. Et Apoc. 20. Et iudicati sunt mortui ex his que scri

pta erant in libris:ſm opera ipſorum. No-
ta Aibri. Glo.conſciētiarum que modo ſunt
clauſe omnibus niſi ſoli deo. O. tunc erit
magna confuſio damnatis ex malis que
fecerunt ⁊c̄. Remedium ergo ne appareāt
tunc peccata veſtra in confuſionem veſtraꝝ:
recipiatis nunc velum quadratum.i.peni-
tentiam que habet quatuor angulos.
¶ Primus eſt cōtritio de peccatis. Sicut
puer qui deturpauit veſtē ſuā:plorat ⁊c̄.
¶ Secūs vero eſt propoſitum emendandi
de futuro.
¶ Tertius oris ꝯfeſſio:q2 aliter plaga nō
ſanatur: niſi radix ⁊ putredo proijciatur.
¶ Quartus penitētialis afflictio.faciendo
penitētiam a ꝯfeſſore iniunctā. Nā iuxta
menſuram delicti erit ⁊ plagarum modus
Deut.25. Iſto velo penitentie peccata co-
operiunt. Auctoritas. Beati quorum remiſ
ſe ſunt iniquitates: ⁊ quoꝝ tecta ſunt pec-
cata ps.31. Item.1. Petri.4. Charitas ope-
rit multitudinem peccatoꝝ. Charitas.i. pe
nitentie in qua concurrit charitas ex qua
penitentia ſumit vigorem:alias ⁊c̄.
¶ Tertia clauſula. Tunc ſedebit ſuper ſe-
dem maieſtatis ſue: ⁊ nō ſtabit pedibus.
Sicut iudex proferens ſententiam debet ſe
dere.alias ſententia non valet De re iudi.c.
fi.lib.6. ibi dicit. Sententia quā ſcriptam
edi a iudice litigatoribus nō recitari:vel
quā pro ipſo ſtando nō ſedendo proferri
contingit: nullius eſt penitus momenti.
Queſtio eſt hic:quomō ſtabit virgo Ma-
ria ⁊ alij ſancti: Aliqui dicunt ꝙ virgo ſta-
bit genibus flexis cum beato Iohāne ⁊c̄.
Et ita a multis pingitur. Error eſt:q2 tunc
virgo nō orabit pro peccatoribus:q2 tem-
pus erit rigoroſe iuſtitie nō miſericordie.
Ideo ſi vellet orare diceret ſibi chriſtus.
Mater mea non loquamini mihi de hoc.
Ego eis dedi tempus penitentie ⁊ abuſi
ſunt illo peccando. Auctoritas. Zelus ⁊ fu
ror viri non parcet in die vindicte:nec ac-
quieſcet cuiuſq3 precibus:nec accipiet pro
redemptione dona plurima Prouer.6. Di
co ergo ꝙ virgo ſedebit ad latus chriſti in
throno ſimul cum chriſto. Auctoritas alle-
gorice:q2 figura fuit virginis. Sedit rex ſu

per thronū ſuum: ⁊ poſitus eſt thronus ma
tris eius:que ſedit ad dexterā eius.3.Re.2.
Rex eſt chriſtus.ps.71. Deus iudiciū tuū
regi da. Et Apoc.19 Habēs in femore ſcri
ptum rex regum: ⁊ dñs dominantiū. Quid
de apoſtolis: Reſpōdeo apoſtoli: ⁊ alij viri
apoſtolici. S.cut Dñicus Franciſcus Au-
guſtinus Hieronymus ⁊c̄. ſedebunt cum
chriſto. Auctoritas Mat.19. Amen dico vo-
bis ꝙ vos qui reliquiſtis omnia ⁊ ſecuti
eſtis me:in regeneratione cum ſe.fi. ho.in
ſe.ma.ſu.ſede. ⁊ vos ſup ſe.12.iu.12. tribus
iſrael. Nota Reliquiſtis omnia:nō ſolū ex
teriora.ſed etiam affectum cordis. Exēplū
de Petro ⁊ Andrea ⁊c̄. In regeneratione.
Duplex ē generatō.ſ.anime ⁊ corporis. Ge
neratio anime eſt per creationem. Regene
ratio eſt in baptiſmo. Ideo dicit renatus
homo qui baptizatur. Io.3. Niſi quis rena
tus fuerit ⁊c̄. Generatio vero corporis eſt
in vtero matris per receptionem. regenera
tio vero erit in reſurrectione: dicit ergo in
regeneratione.i. reſurrectione vniuerſali.
Nota Iudicātes nō dicit iudicādi. Quid
de alijs ſanctis: Rñdeo iudicabunt ēt ipſi
ſed diuerſimode. Nota hic ꝙ iudicare pōt
cōpetere ſeu accipi multipliciter. Uno mo
do per modum priuate auctoritatis. Et ſic
competit ſoli trinitati:licet p quādam ap-
propriationem iudiciaria poteſtas attri-
buatur perſone filij:iuxta illud Io.5. Pa-
ter omne iudicium dedit filio. Et Act.10.
dicitur de chriſto. Hic eſt qui ꝯſtitutus eſt
adeo iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Quomodo
aūt hoc fit:vide Tho.in.3 parte q.59.ar.1.
Secūdo modo competere poteſt alicui p mo
dum primarie delegationis. Et ꝫ ſit tamen
imperiū:tñ de iure diuino delegari poteſt.
Et ſic competit ſoli chriſto ſm ꝙ homo vt
expreſſe dicitur Daniel.7. Aſpiciebam do-
nec throni poſiti ſunt: ⁊ antiquus dierū ſe
dit.i.deus pater. Et ſequitur. Et ecce cū nu
bibus celi:quaſi filius hominis veniebat ⁊
vſq3 ad antiquū dierum peruenit: ⁊ in cō
ſpectu eius obtulerunt eum: ⁊ dedit ei po-
teſtatem ⁊ honorem ⁊ regnum ⁊c̄. In quo
innuitur poteſtas iudiciaria homini chri-
ſto delegata. Et iſtud petebat Dauid di.ps

. Deus iudicium tuū regi da: et iusticiam tuam filio regis. Et hoc iusta ratione fiet in premium infinite humilitatis: que fuit in christo: q̄ñ ab impijs. s. pilato et herode iudicatus est. Hic tangit Gl. super illud Job 36. Causa tua quasi impij iudicata ē. Glo. a pilato. Ideo iudiciū causamq̧ recipies. Glo. vt iuste iudices. Nota Quasi impij: q2 peius et vilius fuit christus iudicatus. et cōdēnatus: q̄ȝ latro vel homicida: quia de illis fit processus ordinatus rē. Sed de christo nihil. Nota q̧ ille qui iniuste iudicatur ab alio: illum iudicare meretur. Nota exē plum de Theodorico rege qui Johannem papam et Simachum patricium iudicauit. Et ideo post mortem visus est a quodā sancto heremita detrudi in ollam vulcani ab eis: vt refert Gregorius in. 4. dialogorum. Tertio iudicare potest alicui competere p modum assessorie dignitatis. Et sic iudicabunt sancti perfecti: et pauperes volūtarij: vt apostoli et eorum vitam sequentes: vt p3 Mt. 19. et supra dictum est: Et martyres etiam qui pro christo iudicati sunt: qui dicit Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere in throno meo: sicut et ego vici et sedi cum patre meo in throno eius. Quarto per modum approbationis. Et sic iudicabunt omnes sancti: iuxta illud Sap. 3. Iudicabūt sancti nationes. O magnus honor rē.

¶ Quarta clausula. Cōgregabuntur ante eum omnes gētes. Questio est hic: vbi fiet istud iudicium? Respondeo: cōmuniter dicitur q̧ in valle Josaphat: vt dicitur Joelis. 3. In diebus illis et in tempore illo: cū conuertero captiuitatem Juda et Jerusalē congregabo omnes gentes: et ducam eos in valle Josaphat et disceptabo ibi cū eis. Hic est duplex questio. Prima quomodo illuc transibimus? Respondeo: quilibet nostrum nunc habet angelum qui portabit sibi commissum: siue electum siue reprobū. Et de bonis clarum est: sed de malis non auderem dicere: nisi quia christus dicit Mt. 13. Sic erit in consumatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scādala et eos qui faciunt iniquitatem: et mittent eos in caminum ignis. Nota Scandala: dicuntur illi qui peccant publice. Iniquitas vero qui occulte: sed differentia est inter bonos et reprobos: quia boni cum magna reuerentia ducentur ab angelis rē. Sed reprobi cum magno vituperio rē. Sicut trahitur ad curiam homicida iniustus rē. Ideo christus ait. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminū ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Ibidem.

¶ Secunda questio est. quomodo tot milia hominum poterunt stare in illa valle tam parua rē? Respondeo sm Pe. de pa lu. in. 4. di. 47. q. i. ar. i. conclu. iij. Q. d dñs descendet super vallem Josaphat: non quidem vsq̧ ad terram: sed nec prope terraȝ: sed vsq̧ ad locum vbi amiserunt apostoli aspectum eius. Sicut quando ascendit in celum et nubes suscepit eum ab oculis eorum Act. i. Boni autē et electi non erūt in terra in illum locum vallis Josaphat: sed rapientur obuiam christo in aera. Vñ apostolus. Mortui qui in christo sunt resurgent primi: deinde nos qui viuimus qui residui sumus qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera. Et sic semper cum domino erimus i. Thi. 4. Nota magnum honorem rc. Si aliquis electus esset in terra quando christus diceret sibi. Ascendatis huc rē. Mali vero et reprobi in terram scribentur. i. manebunt: circa illa loca in regione circūquaq̧: vbi christuȝ et electos videre poterunt. Tum ratione altitudinis: tum ratione claritatis: iuxta illud Jo. 19. Videbunt in quē transfixerūt. Vel per hoc q2 compressi stabunt in eodē loco simul. Vel per hoc quia ad quantamcūq̧ distantiam virtute diuina ad singulorum oculos species corporis christi deferetur: siue sicut super mare deo sustentante: siue compressi vt dictum est sm Petrum. Tunc aspectus ipse erit intollerabilis malis: qui vellent potius esse in inferno rē. Ideo dicitur Luc. 21. Et in terris pressura gentium arescentibus hominibus pre timore et expectatione que superue. vni. orbi. Et Job

in persona damnatoꝝ. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me: ⁊ abscondeas me donec pertranseat furor tuus. Job. 14. Et Apoc. 6. Reges terre ⁊ principes terre: ⁊ tribuni: ⁊ milites: ⁊ diuites: ⁊ fortes: ⁊ omnis seruus ⁊ liber: absconderunt se in speluncis ⁊ petris montium: ⁊ dicent montibus ⁊ petris. Cadite sup nos: ⁊ abscōdite nos a facie sedentis sup thronū ⁊ ab ira agni: qm̄ venit dies magnus ire ipsoꝝ.

¶ Quinta clausula. Et dicet rex his qui a dextris eius erunt. Hic nota ꝙ sicut iudex antequam det sententiā oportet ꝙ videat prius processum ⁊ merita partium ⁊c̄. Sic christus ⁊c̄. Ideo aperient libri conscientiarum: ⁊ videbunt omnia opera bona ⁊ mala ⁊c̄. Auctoritas. Vidi mortuos: magnos ⁊ pusillos: stantes in conspectu throni: ⁊ libri aperti sunt: ⁊ iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris: sm̄ opera ipsoꝝ. Apoc. 20. Ad idem facit Daniel 7. Iudicium sedit ⁊c̄. Vide s̄. in. 2. Itē nota quo modo christus vt deferat honorem matri ⁊ sanctis qui erunt assessores sui: dicet matri. Mater mea quid videt vobis de his? Et rn̄debit virgo. Filii qui vixerunt sm̄ vestra mandata. Et qui aliquando peccauerunt ⁊ fecerūt penitētiā sm̄ ꝙ vos dixistis. Penitentiam agite ⁊c̄ ideo sunt digni regno tuo. Ideo xp̄s interrogabit apostolos: ⁊ illi dicent. Hec gloriosissima mater vestra iustissime rn̄dit. Et christus. Et ego vt iudex vniuersalis fero sentētiam vt fiat sicut dictis. Deinde dicet his qui ad dexteraꝫ sunt leta facie. Venite benedicti ⁊c̄. Tunc illi genibus flexis gratias agent christo dicētes. Nō nobis dn̄e nō nobis ⁊c̄. Gloria tibi domine qui natus es de virgine ⁊c̄. Questio est hec: nunqd hec sentētia fiet vocabiliter tm̄: sed Pe. de palu. tenet mediam sniam. s. quo ad meritoꝝ discussionē mētaliter fiet. Esuriui ⁊c̄. Sed quo ad sententie prolationem fiet vocaliter ⁊c̄. Pe. de palu. in. 4. di. 47. q. i. cōclus. scd̄a. Hanc questionem noli predicare propter rudes.

¶ Sexta clausula ē. Tunc dicet rex his q a sinistris eius erunt. Discedite ⁊c̄. Hic candem practicam: q2 xp̄s dicet matri. Quid videt vobis fiendum de his ⁊c̄? Rn̄debit. Filii ex quo vixerūt sm̄ ppriam voluntatē ⁊ non sm̄ mandata vestra. ideo ad infernum ⁊c̄. Nota ꝙ tunc nō erit tēpus misericordie vel orationum. Idem dicent sancti apostoli ⁊ martyres interrogati a christo. Tūc christ⁹ dicet. Et ego vt iudex vniuersalis do sententiam vt fiat sicut dictis. Et tunc dicet malis. Discedite a me maledicti. Hic practice ꝙ quando videbunt mali se esse damnatos: petent a domino. Domine postꝙ̄ sumus damnati fac nobis gratiam vt stemus tecū. Respōdebit. Discedite. Respōdebit. Domie saltē benedic nobis. Respondebit Maledicti. Tertio dicent. Dn̄e pone nos in aliquo bono loco. Respondebit. In ignem eternū. Quarto dicēt domine da nobis saltem aliquam bonam societatem. Respondebit Qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Tunc data sententia cōmouebitur inter eos rumor ⁊ planctus: dicentes illud Iere. 20. Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. Maledictus vir qui annunciauit patri meo d. Natus est tibi puer. Tunc vir insurget cōtra vxorem: ⁊ pater cōtra filium ⁊ ecōuerso. Quia tunc quanto amor fuit hic intensior: tanto maius erit ibi odium in penam culpe. O miseri peccatores ⁊c̄. Emendemus ergo que ignoranter peccauimus ne subito preoccupati die mortis: queramus spatium penitentie ⁊ inuenire non possimus.

¶ Septima clausula. Et ibunt hi in supplicium eternum. Ecce executio sententie. Nota ꝙ sententia datur primo pro bonis: ⁊ secundo contra malos: sed tamen executio primo fiet de malis. Quibus sic flentibus dicet christus. Inferne aperi os tuū. Tūc terra aperietur ⁊ deglutiet eos. Tūc descendent in infernum. Auctoritas. In tēpore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania: ⁊ alligate ea in fasciculos ad comburendum Mat. 13. Nota Fasciculos. Sicut faciunt rustici de lignis ad comburendum. Et sm̄ ꝙ hic fuerunt similes in peccatis: sic erunt similes i penis. Vnus fasciculus fiet de dominis: alius de prelatis: alius de malis clericis luxuriosis: alius de religiosis.

¶ Octaua clausula de execution bonorum. Justi aūt in vitam eternam. Tunc ducet xp̄o angelis. Precedat a vos. Sic ascēdēt ad celos: vbi gloria eterna erit. De h dicit Isa.35. Qui redēpti fuerint & liberati a dño: conuertentur & venient in syon cū laude & leticia sempiterna super caput eorum. Gaudium & leticiam obtinebunt: & fugiet dolor & gemitus. Item Apoc.21. Absterget deus omnē lachrymam ab oculis sanctorum: & mors vltra nō erit: neq3 luct⁹: neq3 clamor: neq3 dolor erit vltra: q̄ prima abierunt &c. Deo gratias.

¶ Eadē dñica prima de aduentu. Mundi finis adest. Sermo ij.



Ox precessit dies aūt appropinquauit. Ro.13. Thema ppositum: & etiam tota epistola declarat nobis finē mundi esse de propinquo: vt nullus ponat spem in eo. Pro declaratione huius sciendu3 q in sacra scriptura in multis locis inuenitur: q tēpus huius vite seu cursus huius mundi dic. nox: respectu vite eterne. Et hoc declarat per tres pportiones. s. lune: solis: & christi. Luna habet claritatem: & sol maiorem claritatē habet. s. septēplicē: vt dicunt doctores. Et etiā Glo. ordinaria sup illud Isa 30. Erit lux lune: sicut lux solis: & lux solis erit septēplicit. Et peccato aūt Ade sol & luna perdiderunt multū de claritate: sed recuperabunt eam in iudicio vniuersali. Xp̄o aūt habet claritatē incōparabiliter excedentē claritatem solis. Qz si iusti fulgebunt sicut sol. vt dicitur Mat.13. quid erit de claritate xp̄i: Mō luna & sol dant claritatem in hoc mundo: sed nō in paradiso: vt. J. subdit: nec in inferno. sed paradisus illuminatur a christo. Auctoritas. Ciuitas sci3 paradisi non eget sole neq3 luna: vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam: & lucerna eius est agnus. i. xp̄o Apoc.21. Nota Lucerna eius est agnus: qz sicut in lucerna sunt tria: sic in xp̄o. Primo est cera. i. caro mundissima: que liquefacta est ad ignem charitatis in passione hominis. 2° licinium album: est anima mundissima. 3° lumen qd̄ est deitas sanctissima.

Modo fiat ratio. Si claritas lune respectu claritatis solis dī nox. eo q sol magis lucet septēpliciē ergo multo magis claritas solis d3 dici nox respectu claritatis xp̄i: que est in paradiso. & est maior claritate solis icōparabiliter. Item anima nostra in corpore nostro est sicut vespertilio que lumen lune credit esse magnu3 &c. Sed si videre posset lumē solis reputaret lumen lune quasi nihil. Sic anima nostra postq̄ recedit a corpore: reputat presentem mundū quandam noctē: quam prius putabat esse die3. Et pōt tunc dicere. Flos. s. vite tēporalis processit. Dies aūt appropinquauit. Patet thema: ex quo indicit q finis mundi huius est ppe. Et pōt hoc declarari figuraliter per decem plagas egypti: que fuerunt figura christianitatis: que omnia in figurā contingebant illis. Scripta aūt sunt ad correctionē nostram: in quos fines seculorum deuenerunt. i. Cor. 1. Unde versus.

Sanguis. rana. sciniphes. musce. pestis.
vlcera. grando.

Et bruc⁹. & tenebre. mors: pmogēita dādo. Sic anes & pisces mortui: vt q abet Exo. vij. Dic historia3 &c. Prima plaga fuit sanguis. in quē oēs aque egypti verse fuerūt. Fuit figura prime plage seu persecutionis ecclesie: que fuit plaga martyrū: in qua aq̄ baptismi fuit cuersa in sanguine3. Ut cantat ecclesia. Tradunt gladijs more bidentium &c. Itē Mat.x. Tradet enim frater fratrem in mortem: & pater filium: & insurgēt filij in parētes & morte eos afficiēt. Et durauit vsq3 ad ducentos duos: & vltra vsq3 ad tēpora Siluestri Pape & Cōstāti ni imperatoris &c. De hac plaga xp̄s Jo.16. Uenit hora vt omnis qui interficit vos: arbitretur obsequium se prestare deo. Scda plaga fuit ranarum Exo.8. Rane loquaces. sunt heretici: qui intrabant domos particulares & vniuersales. s. ecclesias ad peruertendū articulos fidei. Sicut fuerunt Arriani: Macedoniani: Nestoriani: & multi de qbus vide in decret. 24. q.3. Quidā. Hec plaga fuit prophetata a Petro apostolo dicente. Erunt magistri mendaces: qui introducent sectas perditionis. 2. Petri. 2.

Tertia plaga fuit sciniphum de puluere exeuntiū & crudeliter mordentium Exo.8.

Ista plaga fuit figura persecutionis hominum carnaliū: ꝛ precipue principū ꝛ tyrānoꝝ: per cinipheꝯ significatoꝝ: qui exeunt de terra: q꞉ carnales hoīes toti sunt de terra: nihil de spiritu habentes. nec spem habent celestium. Et istā plagam misit deus populo xp̄iano: q꞉ postq̄ fuerant liberati a prima ꝛ scd̾a: dederunt se vitijs ꝛ carnalitatibus: bonos sp̄uales ac sanctos viros p̄sequentes: ꝛ hoc fuit tēpore Aug. de quo legit̄. Inter que mala fuerūt Augustino lachrime sue: panes die ac nocte. Ideo apostolus. Omnes qui pie volūt viuere in xp̄o persecutionem patiuntur. ij. Thi. iij.

Quarta fuit plaga muscaꝝ grauissimaꝝ Exo. 8. Et hec fuit figura quarte plage ecclesie: que fuit occupatio tyrānoꝝ: q꞉ principes etiam christiani vel occupabant non sua: vel regna vel ciuitates quibus de iure preerant: tyrānice regebant. Et fuit completa prophetia Isa. i. Principes tui infideles socij furū. Omnes diligunt munera sequunt̄ retributiones: populo nō iudicāt causa vidue non ingreditur ad eos.

Quinta plaga fuit mors seu occisio oīum animaliū egypti. s. equoꝝ: muloꝝ: asinoꝝ: ouium: boum: vaccaꝝ ꝛc̄. Exo. 9. Animalia dicū ab anima: ꝛ significant p̄sonas deuotas ꝛ sanctas que hodie defecerunt. Et sic fuit figura 5 plage. s. bonoꝝ defectio: q꞉ ꝓpter maliciam hominū: boni sunt sublati de medio ꝛ mortui ꝛc̄. Dic de quolibet statu, de dn̄is: p̄latis iudicibus: aduocatis: mercatoribꝰ: artificibus: mulieribus: religiosis ꝛ clericis ꝛc̄. Uix reperiunt̄ pauci hodie bone cōsciencie. Et cōpleta est ꝓphia Michee 7. Ueh mihi q꞉ factus sum sicut qui colligit autūno racemos vindemie: non est botrus ad comedēdū. Perijt sanctus de terra: ꝛ rectus in hominibus nō est. Omnes in sanguine insidiantur: vir fratrem suum ad mortem venatur ꝛc̄.

Sexta plaga fuit vlceꝝ turgentium. s. de glandulis: carbunculis: ꝛ nō frangebant̄ sꝫ dabant eis maximum dolorem ꝛc̄. Exo. 9. Ecce hic. 6. plaga eccl̄e. s. animosa diuisio. i. diuisio animoꝝ: q꞉ in corde sunt homines diuisi: sed in ore ostendunt pacem: ꝛ sunt tumidi: ꝛ inflati ꝛ pleni odio ꝛ rancore. Et ideo oportet, q̄ crepent aliquādo. Ista plaga durat adhuc in pluribus locis. De talibus dicit Dauid. Qui loquunt̄ pacē cū ꝓximo suo: mala aūt in cordibus eoꝝ ꝛc̄. Nota exēplum de illo mercatore qui interrogauit me dicens. Pater ego iui ad quēdam cōfessorem qui noluit me absoluere: eo q̄ habeam odio quēdam meum inimicū: ꝛ dixit mihi q̄ teneor sibi parcere: quid dicitis vos? Parce tibimetipsi: q꞉ qui querit occidere inimicum: primo occidit animam suam gladio: quo vult occidere inimicum. Qui odit fratrē suum homicida est. s. sui ipsius. i. Io. 3. Et sic intelligit̄ verbum xp̄i Omnis qui accipit gladium. s. cōtra inimicum gladio peribit. s. eodē Mat. 20. Itē Dauid. Gladius ipsorum intret in corda ipsorum: non dicit corpora ꝛc̄.

Septima plaga fuit grandinū ꝛc̄. Exo. 10. Hec plaga fuit etiam plaga ecclesie: que fuit mortalitatum ꝛ tēpestatum vastantiū sata ꝛ fructus: ꝛ a modico tēpore incepit: forte sunt pauciores centū quinquaginta annis. Et ratio huius plage ē blasphemia dei ꝛ sanctoꝝ: que a modico tēpore citra incepit crebrescere: q꞉ sicut cōtra illos: qui impugnant turrim vel castrum vel aliqd̾ huiusmodi cum sagittis ꝛ bombardis: desursum mittuntur lapides a defendendo se ꝛc̄. Sic cōtra christianos qui impugnāt deum blasphemiaꝝ sagittis: ꝛ bombardis perinioꝝ ꝛc̄. Mittit deus grandines grandinū ꝛ glandulaꝝ tempestates. Nota hic cōtra peccatū blasphemie. Ideo ipse deus dicit Deut. 32. Generatio puersa est ꝛ infideles filij: ipsi me ꝓuocauerūt in eo q̄ nō erat deus: ꝛ irritauerūt in vanitatibus suis. s. blasphemando. Et ego ꝓuocabo eos in eo q̄ non est populus: ꝛ in gente stulta irritabo illos. Ecce guerre. Et sequit̄. Cōgregabo sup eos mala: ꝛ sagittas meas cōplebo in eis: cōsumenī fame: ꝛ deuorabunt eos aues morsu amarissimo.

Octaua plaga fuit locustaꝝ Exo. 10. Ecce h̄ hypocritaꝝ multiplicatio. Hec plaga iaꝫ incepit in xp̄ianitate. Hypocrite cōgrue significant̄ p locustas: q꞉ locuste volātes ostēdunt se aues esse cū non sint aues. imo statim descēdunt ad terrā. Sic hypocrite per exteriora opa ꝛ v̾ba ostēdunt se esse p̄sonas deuotas ꝛ cōtēplatiuas: cū nō sint, sed

¶ Septimus defectus lepre ẽ q debilitat mẽbra corporis ad operandum: et significat et hoc pctm̃ accidie: p quam homo redditur inutilis ad operandum meritorie: qa licet discurrat per mundum opãdo continue pro lucris terrenis: vel aliis factis mundanis: tñ ociosus dicitur si in sero nullum lucrum portat ad domum. Nota similitudinem de seruo: qui nullum lucrum portat ad domũ veniens de foro: iudicabitur ociosus: licet tota die laborauerit. Sic in sero mortis et c̃. Declara. Et vide in dñica septuagesime in sermone qui incipit: Quid hic statis tota die ociosi. Ideo dicitur Sap. 3. Fama est spes illorum et labores sine fructu et inutilia opa eorum. ps. Dormierunt somnum suum: et nihil inuenerunt. o. vi. di. in. ma. suis. Hoc autem non intelligunt hoies mundani: sed in inferno damnati tunc intelligent. Unde clamabunt vlulantes et pre angustia spiritus gementes. Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis: et ambulauimus vias difficiles: viam autem domini

ignorauimus: quid nobis ꝓfuit superbia:
aut diuitiarꝫ iactantia quid ꝯtulit nobis:
transierunt oīa illa tanq̄ vmbra ⁊c̄. Sap.
5. Econuerso de bonis personis qui laborāt
pro operibus spūalibus dicit Mat. 20. Cū
aūt sero factum esset: dixit dn̄s vinee pro-
curatori suo. Uoca operarios ⁊ redde illis
mercedē suam. Igitur accipite ꝯsilium. Et
nota preceptum scripture dicentis. Quodcūq̄
pōt manus tua facere instāter operare: q̄ꝛ
nec opus: nec ratio: nec sciētia: nec sapiētia
erunt apud inferos Eccle. 9. Circa b'm prin-
cipale notat nostra medicina virtualis: cū
dicit. Ueniens adorabat eum dicēs. Hic
ponit modus sanandi a lepra peccatorꝫ.
Peccator aūt ex quolibet peccato mortali
elongat a xp̄o. Prouer. 15. Longe est dn̄s
ab impijs. ps. 118. Longe a peccatoribus sa-
lus. Debet ergo redire ad xp̄m tribus pas-
sibus: qui notant in tribus que fecit xp̄s
in sanando istum leprosum. Primo qdē
tetigit eum manu sua. Scd̄o dixit. Uade
ostende te sacerdotibus. Tertio dixit ei.
Offer munus tuū. Primus passus signi-
ficat cordis ꝯtritionem: que ostendit in ta-
ctu manus xp̄i: q̄ꝛ nullus pōt ꝯteri: nisi tā-
gatur a xp̄o. Ezech. 3. Abij amarus in indi-
gnatione spūs mei. Manus enim dn̄i erat
mecum ꝯfortans me. Quinq̄ digiti huius
manus sunt quinq̄ motiua: que inducunt
ad ꝯtritionē. vꝫ. Primꝰ ē incertitudo mor-
tis: quā formidamus. Scd̄o est pena: quā
peccando meruimus. Tertiꝰ est grā: quā
peccando pdidimus. Quartꝰ ē gloria a
qua p culpam excludimur. Quintꝰ ē glo-
ria paradisi: qua priuati sumus. Scd̄s
passus ē oris ꝯfessio. Unde dicit. Uade ostē-
de te sacerdotibus. Et nota q̄ qn̄ ibat ad
sacerdotem sanatus ē: ad ostendendū q̄
statim q̄ homo ꝯterit etiam anq̄ ꝯfiteat
actu: liberat a culpa: iuxt illud ps. 31. Dixi
ꝯfitebor aduersum me iniusticiam meam. ⁊ tu re-
misisti impietatem pec. me. Tertius passus est ope-
ris satisfactio: que ostendit ibi. Offer mu-
nus tuum. Nota q̄ ad satisfaciendum pro
peccatis: debemus offerre tria munera: q̄
hēmꝰ a deo. s. aīam rationalē: corpꝰ materia-
le: ⁊ bonum tēporale. Hec tria perfecte of-
ferunt p ingressuꝫ religionis: in qua offert.
Primo anima per votum obedientie.
Scd̄o corpus per votum castitatis.
Tertio bona tēporalia per votum pauper-
tatis. Uel anima per orationē: corpus per
corporis mortificationem que fit per ieiu-
nium: bona tēporalia per elemosynarꝫ lar-
gitionē. que tria sunt tres ptes satisfactio-
nis. Deo gratias. Amen.

¶ Eadem ferla post octauam epipha-
nie de modo sequendi xp̄m. Sermo. 16.



Ecute sunt
eum turbe multe. Mat. 8.
Materia sermonis erit q̄-
bus modis debemus sq̄
christum: vt perueniamꝰ
ad gloriam ⁊c̄. Declara thema iuxta intel-
lectum litteralē. Origenes ponit quattuor
rōnes ꝓpter quas turbe sequebant xp̄m.
Prima ratio est ꝓpter charitatem: cupiē-
tes audire dulcissima verba eius: vt apes
mel. Nec mirū: q̄ꝛ Moyses stetit in monte
Synai. 40. diebus: ⁊. 40. noctibus sine cibo
⁊ potu: tantā dulcedinem sentiebat ex col-
locutione dei quem nō videbat q̄̄to ma-
gis audire verba ab ore dei incarnati: Idō
Lucas. Omnis populus suspēsus erat au-
diēns illum Luc. 19. in fine. Scd̄a ratio
ꝓpter quā qdam sequebant eū ē ꝓpter
necessitatem vt infirmi: q̄ꝛ xp̄s curabat oēs
infirmitates: dando surdis auditū: cecis vi-
sum. Idō Luc. 6 Multitudo copiosa plebis
ab oī iudea: ⁊ ierusalē: ⁊ maritima: ⁊ tyri: ⁊
Sydonis: q venerant vt audirēt eū ⁊ sana-
rent a langoribus suis: ⁊ q vexabant a spi-
ritibus immundis curabant: ⁊ oīs turba q̄-
rebat eū tangere: q̄ꝛ virtus de illo exibat ⁊
sanabat oēs. Tertia cā quare qdā seq̄-
bant christuꝫ est ꝓpter curiositatē: vt vide-
rent miracula: ⁊ ista est vana. De istis dicit
Jo. Sequebatur eū multitudo magna: q̄ꝛ
videbant signa: q̄ faciebat sup his q infir-
mabant Jo. 6. Quarta cā ⁊ peior: q̄ꝛ alij
qui sequebant ex malignitate: vt pharisei
⁊ doctores: qui quāto erant maioris sciētie
tanto peioris ꝯscie: vt possent christū accu-
sare dicentes. Ubi hoc q̄ iste Iesus velit
quolibet die pdicare: cū nunq̄ fuerit in stu-
dio generali vel particulari: Unus Faber
lignarius vult pdicare: impossibile ē q̄ nō di-
cat errores. De his dicit Luc. xi. Ceperunt

phariſei ꝛ legis periti grauiter insistere ꝛ os eius opprimere: de multis accusarēt illū. Patet thema ad litteram. Sz ipso dimisso in-
uenio iuxta intellectū moralem q debemus sequi christum aliquis quattuor modis: vt p-
ueniamus ad gloriam.

¶ Primo tanquam lucem dirigentem: ꝛ hoc per veram credentiam.

¶ Scđo tanquam ducem precedentem: ꝛ hoc per plenam obedientiam:

¶ Tertio tanquam patrem morientem: ꝛ hoc per dignam penitentiam.

¶ Quarto tanquam regem promouentem: ꝛ hoc per gloriosam excellentiam.

¶ Dico primo per verā credētiā. Christus nanqꝫ est datus nobis in lucē ad illuminā-
dum nos ad credendū ea q sunt fidei: q2 naturaliter intellectus noster nō pōt cape. Un̄ xp̄s fuit positus in mundo tanquam ce-
reus in camera obscura: in quo sunt tria. s. cera: lychinium seu papyrus: ꝛ lux. Sic in xp̄o: Cera est caro quā assumpsit de vtero virginis. Papyrus intus candidus: est aīa purissima. Lux est diuinitas. Et ista tria sūt vnus cereus. i. vna psona xp̄i. Un̄ Athana-
sius. Nam sicut aīa rōnalis ꝛ caro vnus ē hō: ita deus ꝛ hō vnus est xp̄s: nō ꝯfusio-
ne: sicut mixtio aque ꝛ vini ꝯfundit: non sic in xp̄o. Iste ergo cereus. i. xp̄s illumina-
uit q̄ntū est ex parte sua totū mūdū. Jo. i. Erat lux vera q illuminat ꝛc. Et sciatis ne-
cessitatem nature: q2 ante xp̄i aduentū gen-
tes ibant in tenebris errorꝫ. Ideo Dauid Nescierunt neqꝫ intellexerūt: in tene. am-
bu. nescierunt. s. ph̄i p sciam: neqꝫ intellexe-
runt. s. iudei p intellectū. Licet enim Ph̄i cognouerint sicut causam p effectū vnum deū: vt dī Ro. i. Tn̄ illa cognitio veritatis fuit mixta cū multis erroribus. vt pꝫ in p-
destinatione ꝛ prouidentia diuina: in qua multi errauerunt. Item in creatione mūdi: quā ph̄i dogmatizabant fuisse ab eterno. Itē nec iudei intellexerunt veritatē fidei christiane: que ꝯtinebatur in parabolis ꝛ figuris legis Moysi. Un̄ ad hoc vt oside-
ret Moyses q vmbratice ꝛ enygmatice lo-
queret: qn̄ descendebat de monte habebat faciem velatā coram filijs israel Exo. 34. Hoc aūt velum scissum fuit in morte xp̄i. Sed iudei adhuc habēt velamen istud in cordibus suis. 2. Cor. 3. Nec etiā ph̄i co-
gnouerunt trinitatē psonaꝝ: nec alios arti-
culos fidei. Nō enim habebāt verā lucē. i. xp̄m: sed solum habebāt paruū lumen intel-
lectus naturalis. Ideo xp̄s ait. Ambulate dum lucē habetis Jo. i2. Et loquit de se. Et Jo. 8. Ego sum lux mūdi ꝛc. Post ascē-
sionem vero: q2 nō habemus ipsum p̄sentē dimisit nobis lumen fidei in lucerna doctri-
ne fidei. s. symbolū. s. credo in deum. Ideo Ro. io. Si ꝯfitearis in ore tuo dn̄m Jesum: ꝛ in corde tuo credideris q deus illum su-
scitauit a mortuis: saluus eris.

¶ Scđo debemus sequi xp̄m p plenā obe-
dientiā: deus siquidē a principio mūdi de-
dit humano generi ductores. s. Adam ꝛ Euā: ꝛ posuit eos in via paradisi: q2 in gra-
tia creati fuerant: quasi diceret eis deus. Hec ē via: ambulate in ea: nō decli. neqꝫ ad dex. neqꝫ ad sinistram ꝛc Isa. 30. Sz in prima dieta isti ductores errauerunt. Eua declinauit ad dexterā. Adam vero ad sini-
stram: dextra est amor: sinistra timor. Eua p-
didit viāꝫ paradisi amore scie: qn̄ audiuit. Eritis sicut dij: scientes bonum ꝛ malum Gen̄. 3. Adā vero peccauit nō amore sciētie sed timore: ne molestaret suas delicias: vt dicit Aug. ideo declinauit ad sinistrā. No-
ta q Adam nō fuit seductus: mulier au-
tē seducta fuit in preuaricatione. i. Timo. 2. Nota qualiter Eua Ade dedit de fru-
ctu ꝛc. Si ergo ductores errauerūt ꝯsequē-
ter etiā alij errauerunt. Si cecus ceco du-
catū p̄stet ambo in foueam cadunt: Mat. 15. Jō Dauid plorans hoc dicebat ps. 13. Omnes declinauerūt: simul inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonū: nō est vsqꝫ ad vnū. Ideo deus pater sciens hoc dedit no-
bis xp̄m in ductorem: q non pōt errare. i. Pe. 2. Sequamini vestigia eius. Isa. 55. Ec-
ce testem populis dedi eū: ducē ꝛ p̄cepto-
rem gentibus. Nota tn̄ q quedā facta xp̄i debemus potius admirari q̄ imitari. Si-
cut sunt ea que ex potestate faciebat: sicut miracula. Itē absoluere a peccatis sine ꝯ-
fessiōe. Sicut fecit marie Magdalene Luc. 7. Itē adultere Jo. 8. Q̄d nō posset etiam Papa sine ꝯfessione ꝛ absolutione. Itē ie-
iunare. 40. dieb⁹. Nota q in via paradisi sunt multa biuia p q facile est errare viā.

Primum bliuium est supbia ⁊ vanitas ex vna pte: ⁊ mansuetudo ⁊ humilitas ex altera pte. Uide ergo p quā viam init xp̄s ⁊ illam psequere. Idē de auaricia ⁊c. Dic est vsurarius: q vult ire ad paradisum sed mentit: q̄ capit viam iferni ⁊c. Sic ď aliis peccatis. Sicut si tu videres aliquē ire per viam Rome: diceres pculdubio hic vadit Romā: vel ad aliam ciuitatē ⁊c. Sic qñ vides aliquē ire per viā peccatoꝝ: vere potes dicere hic vadit ad infernū. Beatus ergo ē qui pōt dicere. Uestigia eius secutus est pes meus Job. 23. Uestigia christi: sunt virtutes quas requirit: q̄ suis militibus ipm sequentibus dat magna premia ⁊ salaria. s. gloriam celi.

⁋ Tertio debemus sequi christum ⁊c. Per dignā pniam. Cōsuetudo est in mundo: q mortuo patre filij ipsum sequūt ad sepulturam flentes ⁊c. Christus est pater noster. vnus ē pater vester ⁊c. Mat. 23. Qui genuit nōs de vtore sua ecclesia. Semen est verbū vel. s. forma baptismi: ideo oēs baptizati sumus fratres. Oēs vos fratres estis Mat. 23. Iste pater. s. Christus mortuus ē in cruce. ideo sequamur eum p pniam: flētes sicut mulieres que ibant post ipsum lamentātes: vt dicit Luc. 23. De hoc christus. Siqs vult post me venire abneget semetipsum ⁊ tollat crucem suā. Nō dicit meā. s. penitentiam ⁊ sequat me. Idem Luc. 14. Qui nō baiulat crucem suam ⁊ venit post me: nō pōt meus esse discipulus.

⁋ Quarto debemus sequi christum: p gloriosam excellentiam ⁊c. Si rex vadens ad prelium pmitteret castrū cuilibet sequenti se quot irēt: Christus aūt pmittit sequētibus eum vitam eternā. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite Jo. 8. Ideo perseueremus. Primo in vera credentia. Scdo in plena obediētia. Tertio in digna penitētia. Et tunc veniet nobis christus. De quo scriptum est Eccli. 23. Gloria magna est sequi dominum.

Deo gratias. Amen.

⁋ Dñica. 4. post octauam epiphanie de septem bellis hominis. Sermo. 17.



Oli vinci a malo s; vince in bono malum. Ro. 12. Sermo erit de victoria quā debem⁹ habere de peccatis mortalibus: vt possimus habere gloriā paradisi. Pro declaratione sciendū q regula ⁊ doctrina vniuersalis in theologia ē: q nullus intrauit nec intrabit gloriā paradisi: nisi p victoriā. Ista doctrina declarat. pmo in angelis. Michael ⁊ ceteri pugnauerūt cū lucifero ⁊ sequacibus eius ⁊c. De quo bello dicit Apoc. 12. Factū est prelium ⁊c. 2°. pz in terra de hoībus. Et nunq̄ patriarcha aliqs: nec pphēta: nec alius sine victoria in bello ptra temtationes ⁊ inclinationes carnis: temtationes mundi: ⁊ temtationes diaboli: deniq; ne forte possent hoīes cōqueri vel negligēter bellari neq; xp̄s intrauit ad gloriā resurrectionis corporis sui: sine victoria. Uñ dicit Luc. vlt. Nōne sic oportuit xp̄z pati ⁊ ita intrare in gloriā suā? Secus de gloria aīe: quā ab instāti pceptionis habuit. Jō aplē. Nō coronabit: nisi q legitime certauerit. 2. Thi. 2. Si instantiā faceret aliqs de pueris baptizatis. R̄° q victoria xp̄i applicat eis. Sic victoria regis q vicit ciuitatē rebellem applicat infirmis ⁊ debilibus: q post victoriā regis intrabūt ciuitatem si fuerūt ď exercitu regis. Sic hic ⁊c. Nota q in hoc mundo habem⁹ septē bella ꝯ septez peccata mortalia: ptra q̄ si habemus victoriā coronabimur. Sicut xp̄s facit pconizari. Preco est Jo. euangelista: vt. j. videbit. Primū pliam ē ꝯ petm̄ supbie: q̄ nimis regnat tā in dn̄is q̄z in plātis ⁊ militib⁹ ⁊c. Hec supbia pced'it ex ꝯsideratione excellētie ꝑprie: respectu bonoꝝ spūaliū vel tpaliū. vbi gra. Aliqs supbit ex gn̄is nobilitate ⁊c. Si dz ꝯsiderare q̄ ď terra ē ⁊ i'terrā reuertet. Gen̄. 2. Puluis es ⁊c. Alius supbit de scia ⁊c. S. ei ꝯsidera q ea q̄ scim⁹ sūt minima pa coꝝ q̄ ignoramus. Uñ Socrates. Hoc vnū scio q̄ nescio. Siue scia destruet. 1. Cor. 13. D clara ñ videt. Alius supbit ex dn̄io ⁊ potētia. Sed ꝯsideret potentiā Octauiani ⁊ ceteroꝝ olim regū ⁊ potētum vbi sunt. Alius ex sanctitate. Sz ꝯsideret q nihil boni hz ex se sed a deo. Nota q

sufficientes scimus cogitare aliqd a nobis
quasi ex nobis:sed sufficientia nr̄a ex deo
est.2.Cor.3.Alius superbit ex diuitijs: sed
nō satiāt aiam:q2 non intrant in eam:⁊ id
nunq̄ possunt cōtentare hoies:imo faciūt
hoiem miserum:quia efficitur seruus eap.
Magna miseria est esse seruū hois : sed pe
ioz esse seruū3 pecunie. Prouer.17.Quid
pdest stulto hr̄e diuitias:Ideo scriptura
Agite nunc diuites : plorate vlulantes in
miserijs vestris:que aduenient vobis:diui
tie vestre putrefacte sunt:⁊ vestimenta vr̄a
a tineis comesta sūt ⁊c̄. Usq3 ignis Jaco.
5.Debet ergo homo:q̄to plura habet:tan
to magis humiliari. Sicut Bascasius tan
to vadit humilius q̄to fardellu3 est gra
uius ⁊c̄. Quia ratione debes reddere deo
de oib9. Ideo dic̄ scriptura. Quāto maior
es humilia te in oibus:⁊ corā deo inuenies
grām:qm̄ potentia magna dei solius ⁊ ab
humilibus honorat̄ Eccli.3. Sic obtinebi
tis promissionem facta3 a christo Apoc.2.
Qui habet aurem audiat:quid spiritus di
cat ecclesijs. Uincenti.s.supbiam per verā
humilitatem:dabo edere de ligno vite qd
est in paradiso dei mei. Nota cōgnitionem
arboris ligni vite : cuius fructus conseruat
creaturam a senectute ⁊ ab omni malo coz
porali:⁊ significat xp̄m cuius fructus sunt
beatitudines ⁊ fruitiones:que conseruant
angelos ⁊ sanctos in aiabus ⁊ corporibus
post resurrectionē ab omnibus miserijs ⁊c̄.
¶ Secūm prelium est contra pctm̄ auari
tie:que hodie totum mundum inficit. Un
de illud Jere.6.A minore vsq3 ad maio
rem oēs auaritie student. Uictoria huius
habet̄ per misericordiā ⁊ liberalitatē. Mo
dum vincendi ponit ps.65.dicens. Nolite
sperare in iniqnita.⁊c̄. Nota tres conditio
nes hoiu3. Quidā sunt diuites d̄ male ab
latis: ⁊ talibus dicit. Nolite sperare in ini
quitate:quasi.d.nolite sperare qd ex his di
uitijs domus vestra vel filioz psperetur:
imo destruitur. Unde dicitur cōiter.q̄ d̄
male ablatis non gaudebit:tertius heres:
q2 per quā viam veniunt per eādē exeūt.
Nota exēplum de Gaietanis diuitibus.
Quidam vero sunt pauperes : qui nō hn̄t
de male ablatis:sed vellent incipere face
re vsuras:frendes ⁊c̄. His dicit propheta
David. Rapinas nolite concupiscere:quia
Qui volūt diuites fieri incidunt in tēpta
tionem ⁊ in laq̄.dia.⁊ desi.multa.in.⁊ no.
q̄ mer.ho.ad interitū ⁊ pditionē.i.Tim.6.
Quidam vero sunt diuites de bono iusto:
his dicit. Diuitie si affluant nolite coz ap
ponere. Nota Coz.licitu3 est apponere ocu
los custodiendo:manus computando:⁊ di
stribuendo in necessarijs ⁊ non in vanitati
bus:sed non licet coz apponere in diuitijs
sperando ⁊c̄. Non potestis deo seruire ⁊
mammone Mat.6.Talibus habentibus
victoriam pmittit salariu3 Apoc.20. Qui
habet aure3 ⁊c̄. Qui vicerit non ledetur a
morte scda. Nota.4.mortes illatas hūano
generi ex pctō Ade:vt in.2.prologo super
Math. Quaz due sūt corporis:⁊ due aie.
Prima mors aie est quando per pctm̄ per
dit gratiam dei:que dat vitam aie: ideo di
citur peccatum mortale. Scda mors aie
est:qm̄ persona moritur in peccato mortali
⁊ damnatur in inferno. Ab hac.2.morte
liberatur qui vicit pctm̄ auaritie per mise
ricordiam ⁊ liberalitatē. Auctoritas Tho.
4.Elemosyna ab omni peccato ⁊ a morte
liberat:⁊ non patiet̄ aiam ire in tenebras.
Boetius. Diuitie magis effundendo q̄ re
tinendo melius nitent. Siqdem auaritia
semp odiosos:claros largitas facit:Claros
s.in hac vita : qa liberales ⁊ misericordes
diliguntur ⁊ exaltantur ēt in futura vita.
Mortes etiam corporis sunt due. Prima
est quando aia recedit a corpore:⁊ ab ista
nullus euadit:q2 Statutum est hoibus se
mel mori Hebr.9. Scda mors corpis erit
post iudicium:quando simul cum aia dam
nabitur:⁊ ab ista liberabit̄ qui vicerit aua
ritiam per misericordiam ⁊ liberalitatem.
¶ Tertium prelium est contra pctm̄ luxu
rie:de quo. Nō est qui se abscondat a calo
re eius:⁊ istud vincitur per munditiā ⁊ ca
stitate3. Nō licet gustare de hoc viro ēt co
gitando:quia venenum est pessimum. Mul
tum enim venenum occidit solo cogitatu
vel visu:nisi venenū illud luxurie. Solo vi
su fuit occisus David i Bersabee.2.Re.xi.
Qui viderit mulierem ad concupiscēdum
eam ⁊c̄. Mat.5. Talis vincens habebit re
promissionē . De qua Apoc.2. Qui habet
aure3 ⁊c̄. Uincenti dabo māna abscōditū

⁊ dabo illi calculum candidum: ⁊ in calculo nomen nouum scriptum: quod nemo scit nisi qui accipit. Nota Māna quod dabatur in cibum filijs israel.40. annis in deserto in quo viuebant Exo.16. Dicit ergo vincenti: quasi dicat illi qui non vult habere delectationem bestialem: dabo delectationem spūalem ⁊ celestialem quam deus dat castis: ⁊ nemo scit nisi qui accipit gustādo ⁊c. ps.30. Quā magna multitudo dulcedinis tue quā absc̄o. timentibus te ⁊c.

¶ Quartum bellum est contra pctm̄ inuidie: que viget in toto mundo: sed maxime inter plātos ⁊ dños. Unde Eccl's.4. Cōtemplatus sum oēs labores hoīum: ⁊ industrias: aiaduerti placere inuidie proximi. Hoc pctm̄ vincitur per dilectionem ⁊ charitatem proximi orādo pro illo cui inuidet vt deus conseruet sibi illa bona: de quibus sibi inuidet: talis habebit premiū. De quo Apoc.2. Qui habet aures audiat qd spiritus dicat. Qui vicerit ⁊ custodierit vsq̄ in finem opera mea dabo illi potestatē sup gentes: ⁊ reget eos in virga ferrea ⁊ tanq̄ vas figuli confringentur. Et dabo illi stellā matutinam. Nota opera mea. Opera xp̄i sunt incarnatio ⁊c. Et quicquid fecit amore hoīz voluit esse humilis: vt nos exaltaret. Deus qui in filij tui humilitate iacentem mundum erexisti. Item voluit esse pauper: vt nos ditaret: propterea dic̄. Qui vicerit s. pctm̄ inuidie ⁊ custo. opera mea. Supple dilectionis: ⁊ stella matutina est angelus q portabit aiam eius ad paradisum. Angelus dicitur stella: qa stelle celi empyrei dr̄ angeli Baruch.3. Stelle dederunt lumē in custodijs suis: ⁊ dicitur matutina: qa angelus iste datur in morte que est finis noctis huius miserie ⁊ p̄ncipiū diei alterius vite.

¶ Quintum p:elium est contra peccatum gule: hoc vincitur per temperantiam ⁊ parcitatem. Nullum aial est tam magnum sicut homo cum tam paruo ore. ⁊ hoc facit deus vt homo sit parcior alijs. aialibus in cibo ⁊ potu: ⁊ tñ est totum oppositum: quia post q̄ Asinus bibit: non bibit pro rege ⁊c. Sed homo contra. Ideo dicit. Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis: ⁊ non delebo nomen eius de lib:o vite ⁊c. vsq̄ angelis eius. Apoc.3. Nota vestimentis albis pctm̄ q̄ p̄uocat ad luxuriā. q: ille ptes sūt vicine: sed abstinens est dns sui corporis: qa dat sibi q̄ntum natura indiget: ⁊ nil dat illis partibus. Ideo dicit̄ q̄ induetur vestimentis albis. s. castitatis ⁊ bone fame. Seqt̄. Et nō delebo nomen eius de lib. vite. Ex textu Biblie habemus q̄ psone que sunt in gratia dei s̄m p̄ntem iusticiā correspondet cathedra in celo vbi scriptum est nomen: sed quando peccat statim raditur nomen. Auctoritas. Qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo Exo.32. Quia ergo gulosus est luxuriosus: ideo suum nomē raditur: sed abstinens viuit gratia dei: ideo dicit non delebo nomen eius. Seqt̄ ⁊ confitebo: nomen eius coram patre meo ⁊ coram angelis dei. confitebo:. s. cōfessione laudis qualis gloria erit laudari ab ore xp̄i.

¶ Sextū p:eliuz est cōtra pctm̄ ire ⁊ istud vincitur per patientiā. pctm̄ ire multum regnat in mūdo: qa nescimus nos supportare iniuriam: aialia viuunt in pace: lupi: v:si leones ⁊c. Sed hoīes cōtra. Ideo peiores sunt bestijs. Illi ergo qui vicerit iram promittitur regnū dei Qui vicerit faciam illum colūnam in tēplo dei mei Apo.3. Nota colūnam. Colūna est res firma sustinēs edificiū: ⁊ significat firmitatem glorie: ⁊ q: patiens fuit firmus in bono amore: ideo sibi respondet firmitas glorie: qa dicit̄ columna: qa est firma ⁊ eterna.

¶ Septimū preliū est contra pctm̄ accidie ⁊ istud vincitur per diligentiam. Nota q̄ in factis tpalibus qlibet est valde diligens sz in spiritualib⁹ hoīes sunt negligentissimi nesciunt orare nisi quādo induunt se: nec confiteri: nec ieiunare ⁊c. Nota diligētiam quā debet habere. s. orare ⁊c. Quolibz ebdomada audire missam: sermonē ⁊c. Quolibet mense cōfiteri: quolibet anno cōmunicare. Tales ergo habebūt salariū p̄missuz Qui vicerit dabo illi sedere mecū in trono meo sicut ⁊ ego vici ⁊ sedeo cū p̄re meo in trono eius Apoc.3. Nota in trono meo: cum tñ nullus sedeat cū papa in eadē cathedra: nec cum rege. Et xp̄s dicit dabo illi sedere mecum in throno meo. Iste thronus siue cathedra est eternitas siue vite eterne: qa sicut non est nisi vna eternitas. s. p̄ris ⁊ filij ⁊ sp̄us sancti. sic non est nisi vna

ec

essentia dei: ꝛ vna vita eterna: ꝛ ibi recipit persona diligens ꝛ spiritualis eternam trãquillitatez in deo eternaliter quietatã. Ideo de oibus predictis dicit thema. Noli vinci a malo. s. peccato sed vince in bono malum ꝛc. Deo gratias.

℄ Dñica. 4. post octauam epiphanie. De euangelio. Sermo. 18.



TRiticum cõgregate in horreũ meum. Mat. 13. In hoc euangelio Notat totus hũane creature decursus: et quo creator ipse per suam oipotentiam creauit quousqz eam per suam iustitiam premiabit: ꝛ sic a die creationis vsqz ad diem iudicij: ꝛ sunt quattuor status. Primus status legis naturalis ab Adam vsqz ad Moysen: q fuit legis lator. Scdõ status legis scripte a Moyse vsqz ad Christũ: qui fuit lator legis gratie: qa lex per Moysen data est gratia: ꝛ veritas per Iesum xpm facta est. Io. 1. Tertius status legis gratie a xpo vsqz ad finem mundi. Quartus status glorie qui succedet gratie. Sicut gratia successit legi scripte: qa sicut dicit Dionysius I 4. c. Ecclesie ierarchie. Sicut se habet ierarchia legis ad nostram ierarchiam. Ita se habet nostra ad celestẽ. Vide Tho. i. 3. snīarum. di. 1. q. 1. ar. 4. In. 3. rõne. Ex quo euangelio habemus cãm amandi: vigilandi: sperandi: ꝛ timendi. Amandi qdem deũ ppter infinitam bonitatem. Vigilandi super nobis: ppter hostis pessimam iniqtatẽ: Sperãdi propter diuinã longanimitatem. Item timendi propter ipsius iustissimã seueritatem. Dicit ergo simile factum est regnum celoꝝ ꝛc. Dic historiam euangelicã. Que recitata. Nota quattuor pncipaliter in hoc euangelio notanda.

℄ Primo notaꝛ dina bonitas: in creãdo.

℄ Secundo notatur diabolica nequitia: in depredando.

℄ Tertio notaꝛ dina patiẽtia i expectãdo.

℄ Quarto diuina iustitia in remunerãdo.

℄ Primo ergo notaꝛ diuina bonitas ꝛc. Et hoc est quod dicitur in euangelio. Simile factum est regnum celoꝝ hoi qui seminauit bonum semen in agro suo. homo iste est deus: qui dicitur homo vel ab humanitate i. benignitate: vel qa humanatus est in vtero virginali: qui seminauit bonum semen in agro suo. Ubi nota: q quadruplex est ager dei: in quoꝝ quolibet diuina bonitas seminauit per creationẽ bonum semen. Primus ager est supremus. i. natura angelica Gen. i. In principio cre. deus ce. ꝛ ter. Glo. Aug. i. Naturã angelicã: que est bonum semen tam rõne creationis: quia deus bonus nil facere põt nisi bonum: quia arbor bona ꝛc. Mat. 7. Tum etiam rõne rei create: qa angelica natura non solũ est bona bonitate naturali: sed etiam supnaturali: qa angeli fuerunt creati in gratia gratum faciente: vt ponit Tho. pte. 1. q. 62. ar. 3. Tum etiã ratione finis ad quem creati sunt. s. ad gloriã vite eterne: ad quã gratiam ordinãtur: sicut ad finem. Scdõ ager est mundus: sicut paradisus terrestris: ꝛ i hoc agro seminauit bonũ semen: qa posuit ibi Adaz ꝛ ibi est producta natura humana que est bonũ semen: qa est facta ad imaginem dei Gen. i. Faciamus hoiem ꝛc. Imago dei cõsistit in aia qñtũ ad pprietates naturales: scilicet qñtum ad memoriã: intelligentiam ꝛ volũtatem. Similitudo aũt in gratuitis: ꝛ ideo similitudo est quedam pfectio imaginis: qa gratia perficit naturã fm Nicolaum de lira vbi supra. Fuit enim primus homo creatus in gratia sicut ꝛ angelus: vt ponit Tho. pte. 1. q. 95. ar. 1. Et hoc fuit bonum semen. qa omnis creatura dei bona est: ꝛ qa ad imaginem ꝛ similitudinem dei factus est homo ꝛc. Tertius ager est infimus. s. mundus iste. i. ecclesia militans: in quo agro seminauit deus bonum semen: ꝛ istud semen est doctrina euangelica: q cõsistit in quattuor. Primo in credendis. Scdõ in agendis. Tertio in vitandis. Quarto in sperãdis. Vel dic in quo agro deus seminauit bonum semen. i. pacẽ ꝛ fraternam charitatẽ Io. 14. Pacez relinquo vobis pa. me. do vobis ꝛc. Item Mat. 22. Diliges primum tuũ sicut te ipsum: ꝛ hoc est bonum semen: qa facit hoies bonos.

℄ Quartus ager est intimus siue interior. i. aia hois: in qua deus seminauit virtutes ꝛ dona in baptismo: ꝛ bona proposi-

ta:que sunt bonum semen. Omnia ergo predicta semina sunt bona:seminata a deo in agris suis. Unde Gen.i. De vna quaqz re creata dicitur. Uidit deus q esset bonum ꝛ postea de oibus similiter dicitur. Uidit deus cuncta que fecerat ꝛ erant valde bona:ꝛ sic patet primum.

¶ Sedo notatur diabolica neglia ꝛc. Ibi Cum autem dormirent hoies venit inimicus eius ꝛ supseminauit zizaniaz. In quo sbet enim pred ctorum quattuor agrorum diabolus superseminauit zizania.i.malum semen. Nam in agro supremo.i.in celo diabolus supseminauit supbiam:per quā corrupit se ipsum:dicens illud Isa.14. In celum conscendam:sup astra celi exaltabo solium meum:in monte dei in latere aq.astē. in al.nu.similis ero altissimo. Corrupit etiā multos alios angelos apostatas:qui dicūtur dormire:qa non fuerunt vigilantes ad cognoscendam ꝛ respuendam supbiam lucifери. Apoc.12. Cauda draconis trahebat tertiam partē stellarum celi. Nota stellaruz idest angelorum. Nota tertiam partē. vna pars fuit illorum angelorum qui deo assistunt:alia illorū qui deo ministrant. Tertia illorum qui deo noluerunt assistere nec ministrare:hi sunt demones In secundo agro.i.i paradiso terrestri in quo fuerat bonum semen seminatum a deo.diabolus etiā superseminauit zizania.i.inobedientiā:ꝛ hoc cum dormirent ipsi Adam ꝛ Eua preceptum dni negligendo. Propterea dicitur Sap.2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. In tertio agro.i.in mūdo.i.in ecclesia militante diabolus superseminauit zizania.i.hereses:scismata ꝛ persecutiones magnas quas ecclesia patitur : ꝛ multo maiores passura est tempore Antechristi. Nihilominus semper ecclesia remanebit nec vnq̄ deficiet:quia nauicula petri fluctibus magnis conquassari poterit perire non poterit:probatur hoc Apoc.12. Ubi dicitur q postq̄ vidit q draco proiectus esset in terram persecutus est mulierem.i.ecclesiam:que tandem saluata est ꝛc. Dic vt expedit. In quarto agro.i.in anima superseminauit zizania.i.carnalia desideria ꝛ alia vitia. Unde nota. q diabolus adinuenit mala semina contra omnem virtutem. Nam contra semen humilitatis superseminauit zizania superbie. Contra semen misericordie superseminauit zizania auaritie. Contra semen castitatis luxuriam Contra semen charitatis inuidiam. Contra semen abstinentie gulam. Contra semen pacis iracundiam lites ꝛ discordias Prouer.6. Omni tempore iurgia seminat:ꝛ sic de ceteris. Seminat autem cum suggerit praua desideria:ꝛ immittit malas cogitationes. Hoc semen per delectationem mittit radices.per consensum vero incipit germinare ꝛ per operationem iaz fructificat fructum culpe mortalis ꝛ pene eternalis. Sic igitur prudens anima vigilet ne talia semina diabolus spargat in ipsa: q si aliquando sparsa fuerant : statim extra agrum sue mentis illa proiiciat. Unde Jaco.4. Resistite diabolo ꝛ fugiet a vobis. Item Ouidius de remedio amoris lib.i. Principijs obsta.sero medicina paratur. Cum mala perlongas conualuere moras. Ecce ergo quomodo diabolus superseminauit zizania. Propterea dicitur de eo. Prouerb.6. Homo apostata:vir inutilis graditur ore peruerso : terit pede: annuit oculis:ꝛ in omni tempore iurgia seminat. Nota Homo:diabolus dicitur homo:quia hominem vicit. Sicut ab Aphrica deuicta dicitur Scipio aphricanus ꝛc. Apostata:quia a deo apostatauit ꝛ est inutilis:immo valde nociuus ꝛ graditur ore peruerso : quia mendax est ꝛ pater eius ꝛ sic patet secundum.

¶ Tertio notatur diuina patientia in expectando. Unde dicitur in euangelio. Cum autem creuisset herba ꝛ fructum fecisset tunc apparuerunt zizania. Nota q cum semen christi idest virtus crescit ꝛ fructum facit : tunc dicuntur zizania apparere. Non enim apparet differentia zizanie ꝛ tritici. Zizania est herba fm Hierony. Que habet quasi similitudinem tritici:quia quantum ad exteriorem apparentiam non est differentia inter semen christi:ꝛ semen diaboli : sed in fructu deprehenditur diuersitas : quia vt dicitur Mat.7. A fructibus eorum cognoscetis eos. Patientia autem diuina notatur dupliciter. Unomodo in prima rūsione pris

familias: dum interrogatus a seruis. Dñe nōne bonum semen seminasti in agro tuo. Uñ ergo habet zizania? Respondit. Inimicus homo hoc fecit: nō exarsit ad irā: nō turbatus est: sed cū patientia rñdit: dicens. Inimicus homo ꝛc. Diabolus dicit̃ homo quia vicit hoīem: vt dictū est supra ꝯprima parte in fine. ꝛ dicit̃ inimicus: quia semꝑ aduersat̃ voluntati diuine. Mat. 12. Qui nō est mecū ꝯtra me est: ꝛ nō colligit mecum dispergit. Est aūt notandū: ꝙ iste paterfamilias .s. deus pater: hꝫ duplex genus seruoꝝ. Sicut dicit Raban⁹ quos ad agri sui ministeriū deputauit. Quosdam enim hꝫ suos quibus tēpore messiū .s. in die iudicij cōmittet officium metendi: ꝛ isti sunt angeli. Mat. 13. Sic erit in ꝯsumatione seculi. Exibunt angeli ꝛc. Uide. J. 4. pte. Quosdā alios hꝫ suos quibus cōmisit tēpore isto medio officium custodiendi: ꝛ isti sunt p̄lati. Isti ergo serui qbus agri custodia est commissa percipientes zizania cum tritico .s. hereticos cum catholicis: ꝛ malos cū bonis in agro dñi .s. in ecclesia pariter crescere: cum dolore ꝛ admiratione referūt dño: dicentes. Dñe nōne bonū semen seminasti ꝛc. Nōne hoīem creasti in mūdo bonum ꝛ purū? Et nō interrogant dubitatiue sed admiratiue. Unde ergo hꝫ zizania? vnde tot hereses? vnde tanta ambitio? vñ tanta discordia? vñ tot scismata: ꝛ persecutiones ꝯtra ecclesiā? vnde tot guerre inter principes? vnde tot diuisiones in ciuitatibus? vñ tanta sꝑbia ꝛ inuidia inter oēs? Et ait illis. Inimicus homo supseminauit zizania: q2 sꝑbia ꝛ inuidia diaboli fuit ꝛ ē initiū oīs mali. Uñ Jo. papa: ꝛ habet̃ in decretis. 16. q. 2. c. Uisis. Habet enim .s. diabolus mille tentandi ac nocēdi modos: nec ignoramus astutiam eius: conat̃ nāqꝫ a principio ruine sue vnitatem ecclesie rescindere: charitatē vulnerare: sanctoꝝ operum dulcedinē inuidie felle inficere: ꝛ omnibus modis humanum genus euertere ꝛ pturbare. Dolet enim satis ꝛ erubescit charitatē quā in celo nequiuit habere: hoīes ꝯstantes ex lutea materia in terra tenere.

Scdo appet magna patiētia dei in sc'a rñsione. Dum enim dicerent serui eius. vis imus ꝛ colligem⁹ ea? Ait nō. Ne forte colligentes zizania eradicetis cum eis simul ꝛ triticū. Circa quā rñsionē duo querunt̃.

Primo quare deus tollerat malos in hoc mūdo? Scdo quare ꝯtra inhibitionē istam faciunt principes ꝛ potestates: q hereticos cōburunt ꝛ fures: latrones ꝛ homicidas decapitant vel suspendunt?

Ad primū ergo dicendū: ꝙ duplici de causa deus tollerat malos in hoc mūdo. Prima est ꝓpter maloꝝ correptionem. Scda vero ꝓpter bonoꝝ excitationē siue exercitationē seu perfectionē. Prima cā est: vt mali corrigant̃. Cōtingit enim plerūqꝫ ꝙ qui sunt mali vno tpe: ꝯuertant̃ ad pniam ꝛ efficiant̃ boni: ꝛ sic de zizania efficit̃ triticū. Talis fuit Dauid: Magdalena: Paulus: Matheus: Petrus ꝛ huius. Isa. 30. Propterea expectat vos dñs vt misereat̃ vestri. Item Ro. 12. Ignoras qm̄ benignitas dei ad pniam te expectat. Hanc benignitatem nō exhibuit angelis peccantibus: q2 nō expectauit eos ad pniam per vnū momentū tpis: sed hoīes sic. Et hoc est qđ dr̄ in euāgelio. Nō: ne forte colligētes zizania eradicetis simul ꝛ triticū. Nam qui hodie sunt mali cras poterunt esse boni. Ezech. 18. Si ipsius egerit pniam ab oībus peccatis suis que opatus est: vita viuet ꝛ nō morietur. Nunqđ voluntatis mee est mors impij dicit dñs: ꝛ nō vt ꝯuertat̃ a vijs suis ꝛ viuat.

Scda ratio: est ad hoc vt per malos boni exerceant̃. Sicut enim p flagellum excutit̃ palea a grano ꝛ remanet granū purū: sic per viros malos flagellati mundant̃ a paleis desiderioꝝ terrenoꝝ ꝛ imperfectionū suaꝝ: vel sepe per malos exuunt̃ boni a palea carnis per mortē eis illatā: vt sic mūdi ꝯgregentur in horreo vite eterne. Sicut fuerūt martyres tēpore Diocliciani ꝛ Maximiani: ꝛ alioꝝ tyrannoꝝ. Agatha a quintiano: Lucia a pascasio: Catherina a Maxentio ꝛc. Sic herodes nō potuisset tm̄ ꝓdesse Innocētibus: qͣtū intēdens obesse: ꝓfuit occidendo. Sic ꝛ oportuit xp̄m pati ꝛ ita intrare in gloriā suam: sicut dicit̃ Luc. vlti. Sic etiā hereses multas pmisit deus vt doctoꝝ catholicoꝝ acuerent̃ ingenia: ꝛ eoꝝ sciētia effulgeret. Unde Aug. in decretis. 24. q. 3. c. vltimo. Jō diuina ꝓuidentia multos diuersi erroris hereticos eē ꝑmittit:

vt cum interrogant vos: ea que nescimus:
sic discutiamus pigritiã ꝛ diuinas scriptu
ras capiamus. Propterea Apl's ait. Ut
ꝓbati manifesti fiãt: vbi eni deo ꝓbati sunt
q̇ bene psũt: docẽt. Hec ille. Ad idem Aug.
16. De ciui. dei. c. 2. Oportet hereses esse vt
ꝓbati manifesti fiant in nobis. Unde scri
ptum est. Filius eruditus sapiẽs erit: ipru
dente aũt ministro vtere: multa quippe ad fi
dem catholicã ptinentia dum hereticorum
callida inquietudine exagitant: vt aduer
sus eos defendi possint: ꝛ cõsiderant dili
gentius: ꝛ intelliguntur clarius: ꝛ instãtius
predicant ꝛ ab aduersario mota questio
discẽdi existit occasio ꝛc̃. Itẽ Aug. 18. c. 5.
Loquens de hereticis sic ait. Sic quippe ve
ris illis catholicis mẽbris xp̃i malo suo pro
sunt: dum deus vtit ꝛ malis bene: ꝛ diligẽ
tibus deũ oia cooperantur in bonũ: inimici
enim oẽs ecclesie quolibet errore tenent: vt
malitia deprauentur. Si accipiant ptãtem
corpalẽ affligendi exercent eius sapiẽtiam:
vt etiã inimici diligant: exercent eius be
niuolentiã: vt etiam beneficentiã: siue sua
dibili doctrina cũ eis agatur: siue terribili
disciplina. Hec ille. Similiter etiã si tollerẽ
tur de ecclesia tentationes diabolice: eradi
carentur virtutes. Unde Apl's passus est
carnis stimulũ ne eradicarent eius virtu
tes. 2. Cor. 12. Uirtus in infirmitate perfi
citur. Unde ps. 67. Increpa feras arundi
nis: cõgregatio taurorum in vaccis populorum
vt excludãt eos q ꝓbati sunt argẽto. Sed
postea quid facit deus: ꝛc̃. Nota similitudi
nem de patre familias qui accipit virgã ad
verberandũ filios familias: postq autem
verberauit proicit virgã illam ad ignẽ ꝛc̃.
Sic diuina sapientia postq̃ vsa est malis
hoibus tanq̃ virga ad flagellãdũ bonos
proicit illos malos ad ignem eternum ꝛc̃.
quia iam expletum est officium eorum.
Ad secũdã q̃stionem est dicendũ q principi
pes ꝛ iudices facientes occidi malefacto
res nõ faciunt contra inhibitionẽ istã dum
modo seruent seruanda q̃tum ad modum
ꝛ intentionẽ ꝛ ordinem. Unde Nota regu
lam generalẽ affirmatiuã q iudices ꝛ po
testates possunt licite exercere vindictã ad
uersus hoies malos: immo ad hoc tenent.
Nõ enim iudex sine causa gladium portat:
sed dei minister est vindex in iram ei qui
male agit. Ro. 12. Hec aũt regula patitur
sex exceptiones. Prima est qñ delinquẽ
tes nõ sunt nostri iuris. vt ponit Gratia.
in decretis. 23. q. 4. His ita rñdetur: vnde
Apo. 1. Cor. Quid enim mihi attinet de his
q foris sunt iudicare: De his enim dñs iu
dicabit. Ad idẽ facit qd notatur in. c. At si
clerici. de iudic. Et in. c. Si iudex laycus.
de sen. exco. lib°. 6. Non enim debet ponere
quis falcẽ in messem alienã: de sepul. c. 1. Hic
potes querere quid si iudex sit excõicatus.
Item ex hoc. Nota q iudex laycus non
põt iudicare de clerico. Uide in sũma. Iu
dex. 1. §. vlti. Et vide. 23. q. 5. Principes.

Scd'a exceptio est qñ nõ est certum de
aliquo q sit zizania: q̃uis quibusdam signis
appareat: vt dicit gl. Occultorum enim solus
deus est cognitor ꝛ vindex: vt dicit tex. i. c.
Erubescãt. 32. di. ꝛ in. c. si. de simo. in. c. sicut
tuis ꝛ. c. tria nos eo. ti. Qñ ergo occultũ est
delictum: vel dubiũ est quis nam deliq̃rit:
nõ debet fieri eradicatio: ne simul cũ ziza
nia eradicetur ꝛ triticũ: ꝛ sic põt intelligi in
hibitio ista de qua in euangelio: ꝛ concor
dant legiste dicentes: q facilius est impu
nitum relinq facinus nocentis q̃ innocen
tem condẽnare. ff. de penis. l. abeuntẽ. Po
ne exẽplũ. Si aliqs fuerit occisus in sedi
tione populi: delictũ quidem certum est ꝛ ma
nifestum: sed nescitur psona que cõmisit de
lictum: tunc debet potius relinq facinus
impunitũ q̃ inocentẽ punire. Põt tñ pcla
tus ingrere. Uide tñ ad h qd legit ꝛ notat
23. q. 8. c. vlti. ꝛ. ff. ad. l. acql. l. Ita vulnera
tus i fi. Propter h rep̃hẽsibilis fuit valde
Theodosius: q cũ apud Thesalonicã sedi
tio esset exorta: ꝛ quidã vir ex militaribus im
petu fuisset populi furentis extinctus: repẽ
tini nuntij atrocitate succensus ad ludos
circenses inuitari populũ fecit: eisq ex impro
uiso circũfundi milites: atq obtruncari pas
sim: put quisq occurisset gladio iussit: ꝛ vin
dictã dare nõ crimini sed furori: vt dicitur
in historia ecclesiastica. Et habet i decretis
in. c. cum apud Thesalonicam. xi. q. 3. Ipse
tñ Theodosius ad pniam cõuersus: nõ eru
buit pniam publicã agere ꝛc̃. Nota quo
nõ fuit receptus in ecclesia ab Ambrosio
donec publicam pniam ageret ꝛc̃. Et ipse

postmodũ leges sanxit: vt snie principum sup aiadũersione piatę: in dies. 30. ab execatorib⁹ differrent: quo locus misericordie vel si reus militer pnie nõ piret: vt dicitur in pallegato. c. Cũ apud thessalonicã. xi. q. 3.

Tertia exceptio est qñ eradicatio zizanie esset piculosa: vt qa nõ posset eradicari zizania sine piculo tritici. Ideo dicit. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul ꝛ triticũ. Verbi grã. Si malus hõ sit ita potẽs ꝙ si velis ipm punire sequeref oppssio innocentũ vel scisma. tunc dissimulari debet punitio. Vñ Aug. ꝯtra eplaꝫ Parmeniani: ꝛ habef in decret. 23. q. 4. Cũ qsqꝫ fratrũ ꝛ Christianoꝝ intus in ecclesie societate constitutoꝝ in aliquo tali pctõ fuerit dephensus: vt anathemate dignus hẽatur: fiat hõ vbi piculũ scismatis nullũ ẽ. Et ifra. Quãdo vero cuiusqꝫ crimen est notum: ꝛ oĩbus execrabile apparet vt vel nullos ꝓsus: vel nõ tales hẽat defensores p quos possit scisma cõtingere: tūc nõ dormiat seueritas disciplinę. Hec ille. Ad idem facit qđ dicit idẽ Aug. ꝛ hẽtur in decret. 23. q. 7. c. 1. Et 24. q. 1. Quisqs. Nõnullos igt toleramus quos corrigere vel punire non possumus: neqꝫ ꝓpter paleam relinqmus aream dñi. neqꝫ ꝓpter pisces malos rumpimus retia dñi: neqꝫ ꝓpter edos in fine segregãdos deserimus gregem domini. Et hoc etiam casu potest intelligi inhibitio in hoc euangelio facta dñ dicit. Nõ: ne forte colli. zizania ꝛc̃.

Quarta exceptio est qñ eradicatio zizanie esset valde dãnosa: puta multitudo est in delicto. Unde dicit Aug. ad Aurelium epm: ꝛ hẽtur in decret. 44. di. Comessationes. Seueritas exercẽda est in peccata paucoꝝ. Et idẽ Aug. ad Bonifaciũ. ꝛ habetur l. di. Ut constitueref. 23. q. 4. Ipsa pietas. In huiusmodi causis vbi p graues dissensionum scissuras nõ huius aut illius hoĩs piculuꝫ: sed plurimoꝝ strages iacet: detrahendũ est aliqd seueritati: vt maiorib⁹ sanandis malis charitas sincera subueniat. Hec ille. Ad idẽ facit tex. 1. q. vlt. c. Nociens. vbi dicit tex. Innocẽtij. Quotiens a populis aut a turba peccaf: qa in oẽs propter multitudinẽ vindicari nõ põt: inultuꝫ solet trãsire ꝛc̃. Vide ꝙ scripsi: super pi. nr.

Quinta exceptio est. qñ eradicatio zizanie esset libidinosa: vt qñ ex libidine vindicte: vel motus impatientie vellet tunc malos auferre. qa tunc patientia est seruanda. Jaco. 5. Patientes estote frẽs mei vsqꝫ ad aduentum dñi. Propterea legimus Luc. 9. Q̃ cũ trãsiret Jesus p quãdã ciuitatẽ Samaritanoꝝ ꝛ nõ fuisset ibi receptus: nec inuenisset ibi ad mãducãdũ: videntes hoc Jacobus ꝛ Jo. dixerunt. Uis dicamus vt descendat ignis de celo ꝛc̃. Hic historiã. Et dicit magister in historijs: ꝙ illud qđ mandatur in Helia. 4. Re. 1. de duob⁹ qnquagenarijs. in his discipulis reprehẽdif: ꝙ illi ex charitate: isti vero ex ira hoc appetebãt ꝛ hoc etiã ꝓbaf p textũ Amb. in. c. Quod xpo. 23. q. 4. vbi sic dicit Ambro. Q̃ xp̃us discipulos suos increpauit: qa ignẽ descendere sup eos gestiebãt qui ipsum non receperant: ostenditur nobis nõ semp in eos q peccant vindicandũ: qa nõnunqꝫ amplius prodest clementia tibi ad patiẽtiã: qꝫ lapso ad correctionẽ: supple ꝓsit vindicta. Glo. Deniqꝫ Samaritani citius crediderunt: a qbus hoc loco ignis arcetur: nec discipuli peccant: qui legẽ sequunf. Sciebant eniꝫ ꝛ phinee esse reputatum ad iustitiã: ꝙ sacrilegos interemerat: ꝛ ad preces helye ignem descẽdisse de celo. Hec ille. Sed intelligef hoc qđ dicitur. nec discipuli peccabadant respectu rei quã volebant: sed bene peccabant in modo volendi: qa non amore correctionis sed odio desiderabant vindictaꝫ: vt dicit Aug. in lib. de sermone dñi in mõte: ꝛ habetur in decretis. 23. q. 4. Ea vindicta. Et hoc sentit Glo. hui⁹. c. ꝛ Gratianus etiam in dicto. c. Q̃ xp̃s. §. Potest ꝛc̃.

Sexta exceptio est qñ eradicatio zizanie esset precipitata: puta qñ iudex ad cõdemnationem delinquentis nõ seruatis seruandis. s. sine processu ꝛ ordine iudiciario precipitaret sniam. Debet ergo iudex discrete deliberare: ꝛ ordinem iudiciarium obseruare. s. citationem faciendo ꝛc̃. Ideo dñs anteqꝫ condẽnaret sodomitas ait. Descendaꝫ ꝛ videbo vtrũ clamorem opere ꝯpleuerint Gen. 18. Vide de hoc. 2. q. 1. Deus omñs. Et. c. de mãifesta ꝟ coha. cleri. ꝛ muli. c. Uestra. Sic faciebat Job. d. Cãm quã nesciebam: diligentissime inuestigabam Job. 29. Sic iudex anteqꝫ excõicet debet monere ꝛc̃.

De sen.ex. Sacro. Septima exceptio pôt addi: in casu in quo princeps pôt remittere iniurias & damna illata ꝓpter bonum cõmune pacis fiende. Octaua qñ cõsue tudo vniuersalis excusat: vt in.c. Sane de tempo.ordi. Et notat Glo ibi. Et etiã in.c. Deniqȝ.4.di. Et sic patet hec materia. Pôt etiã intelligi inhibitio euangelij de eradicatione zizanie vniuersali & omnoda: que fienda est tẽpore messis.i.in fine seculi Jdeo dicit. Sinite vtraqȝ crescere vsqȝ ad messem &c.

¶ Quarto & vltimo notatur diuina iusticia in remunerando & hoc est qđ dicitur. Sinite vtraqȝ crescere vsqȝ ad messem: & in tẽpore messis dicam messoribus. Colligite primũ zizania &c. Jsa.24. Congregabunt congregatione vnius fascis in lacũ: & claudẽtur ibi in carcere &c. Generalis ista messis est remuneratio extremi iudicij. Messores autem erũt angeli: qbus dicet christus Mat.13. Colligite primum zizania &c.

Dominica in septuagesima. De euangelio. Sermo.19



Voca operarios & redde illis mercedẽ suã incipiẽs a nouissimis vsqȝ ad pr.mos Mat.20. Jsta dñica dicitur in.70. Ratio qa antiqui pres incipiebant hodie ieiunare: & vocabant istã dñicaȝ de septuagesima: qa pnĩa fit ↄtra septẽ peccata mortalia: in qbus oĩa alia peccata reducũtur: imminuti vero in deuotione nõ incipiunt pniam vsqȝ ad quadragesimã. Sed officiũ & nomen huius dñice adhuc remanet. De dominica ergo ista erit sermo. Tenebo modum conuiuãtis: quia sup mensam euangelij dabo vobis de tribus cibis: in quas diuiditur totum euangeliũ.

¶ Prima est diuina vocatio.

¶ Secunda est digna retributio.

¶ Tertia est humana correctio.

¶ De prima dicit thema. Voca &c. Et est verbum patris ad filium.

¶ Prima ergo est diuina vocatio: quando deus vocat aliquem per gratiam ad viam idest ad bonam vitam: & ista vocatio fit diuersimode: vt dicit principiũ euangelij: quia quosdam vocat hora prime &c. Quinqȝ hore ponuntur in euangelio ad denotandum.5.hominis etates. Prima est hora prime: & nota primam etatem: que dicitur pueritia vsqȝ ad.14.annum: quia sicut illa hora incipit claritas diei ugane tenebras noctis: sic in hac etate incipit claritas discretionis & timoris dei &c. Tales quandoqȝ vocantur a deo per gratiam: sicut legitur de Mauro & Placido & Musa puella: de qua Greg. in dialogo lib.2.c.4. c.18. Et ad hoc multũ possunt iuuare parentes: q debẽt tales instruere in hac etate: qa sunt sicut arbores flexibiles: vel sicut cera mollis. Debẽt ergo parẽtes instruere tales ad adorãdũ: & audiẽdũ ſmones: ad confitendũ etiã a qnqȝ ãnis: qa Greg. recitat i 4. Dialogoꝝ.c.19. Puer qnqȝ annoꝝ fuit dãnatus. Et decretalis extra de delic. puerorũ.c.1. dicit ꝙ talis etas plena est delicij preter fornicationem. Jtem quando sunt decem vel duodecim annorum ꝙ communicent &c. Sed multi non curant de bono nutrimento puerorum: sed solũ ꝙ sint pasti &c. Hic vt expedit. Jõ Apostolus Patres nolite ad iracundiam supple dei prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correptione domini Ephe.6. Nota in fine istius: prime partis ꝙ puer ante pubertatẽ.i.14.ãnos in mare &.12.in femina.nõ potest assumere habitum probationis in aliqua religione inuito patre: sed habet annum & diem ad reuocandum. 20.q.2.c.1. Et.c. Puella. Nota ꝙ etiam volente patre in hac etate nõ potest profiteri vt in.c.1. De regu.lib.6. De talibus dicitur. Justus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo: ad deum qui fecit illum &c.

¶ Secunda hora dicitur hora tertia: & significat secundam etatem hominis que dicitur adolescentia: a.14.anno vsqȝ ad.25. Jn hac etate sunt maiora pericula per insurgentes motus tentationum &c. De talibus Trenorum.3. Bonum est viro quum portauerit iugum ab adolescentia sua: scilicet obedientie & deuotionis. Jn hac etate possunt intrare religionem: & non ante: vt in.c.1.de regularibus lib.6.

¶ Tertia hora dicit̄ hora.6. In qua sol est in medio ⁊c̄. Talis etas dicit̄ Iuuētus seu virilitas a.25 anno vsq̄ ad.50. Postq̄ primas etates expendit homo in vanitate: ⁊ postea cognoscens hō q̄ honores mūdi: ⁊ diuitie: ⁊ voluptates.nō sunt nisi ventus ⁊c̄. ꝯuersus ad deū dicit̄ vocari hora sexta. Et potest dicere illud ps.58. Fortitudinē meam ad te custodiam ⁊c̄.

¶ Quarta hora dicit̄ nona: in qua incipit sol declinare.i. senectus: in qua fortitudo corporis ⁊ claritas intellectus incipit deficere: tunc aliqui ꝯuertunt̄ ad deū: sed cum difficultate. Vñ dicit̄ versus prouerbialis.
Qui nō assuescit virtuti dum iuuenescit.
A vitijs nescit discedere qñ senescit.
Et ꝓuerbium est Adolescēs iuxta viā suā ⁊ cū senuerit nō recedet ab ea. Illi tñ qui ꝯuertuntur ad deum in senectute dicunt̄ vocari hora nona.

¶ Quinta hora.xi. que est inter vesperas ⁊ cōpletoriū dicit̄ decrepitas: sed est difficultas magna ꝓpter ꝯsuetudinē: que ē effecta altera natura.l.i. vbi Glo.ff. ad macedo. ⁊ per phm in lib. de memoria ⁊ remini. Iere.13. Si mutare pōt ethiops pellē suā: aut pardus varietates suas: sic ⁊ vos poteritis bñfacere cum didiceritis malū: ideo caueatis a mala ꝯsuetudine. Pauci vellent vocari ista hora: sicut bonus latro ad vinee culturā. Querit sctūs Tho. in.2.2. q.97. ar.3. Vtrū ꝯsuetudo preiudicet legi: Rñdet q̄ sic ꝯtra legem humanalē sed nō diuinalē: q2 tunc ꝯsuetudo nō minuit peccatum: sed auget. Cōcordāt Canoniste. de simo. c. Nō satis. Et q̄ nota.8. di. frustra. ⁊ in.c.fi. de ꝯsuetudine. Et qđ dico de vna ꝑsona ne assuescat peccatis. Idem dico de cōitate: ne assuescat dissimulare peccata notoria: alias ira dei est ꝯtra eam: nō dico meretricibus publicis: q2 ꝓpter maius malū euitandum: permittuntur ab ecclesia: sed de alijs: sicut de facturis notorijs: de blasphemijs: de negligentijs festiualibus: de lenonibus: de meretricibus particularibus extra locū publicū.s. lupanar. Sz nota q̄ potest dici q̄ hec hora.xi. est vltimus terminus vite hoīs ꝓpinqu⁹ morti: in quo plerūq̄ ꝯuertunt̄ aliqui lz pauci. Dic exemplum qđ refert Greg. in homelia hodierna: ⁊ etiā refert in.4. dialog. c.40. de Teodoro: qui in morte videbat se deuorandū a dracone ⁊c̄. Talis etiā fuit latro in cruce. Et nota q̄ ꝯducti in tertia hora vsq̄ ad xi. dicūtur fuisse ociosi ⁊c̄. Ociosi dicuntur qui aut nihil operant̄: aut inutiliter operātur. Sicut sunt qui stant in mundo: qui in sero mortis nihil reportant ⁊c̄. Sed nota qđ dicit multi sunt vocati pauci vero ⁊c̄. Ideo christus. Contendite inqt intrare ꝑ angustā portā: q2 multi dico vobis querent intrare ⁊ nō poterunt Luc.13. Angusta porta est. ꝑuia ⁊c̄. Ecce prima esca.

¶ Scđa esca est digna retributio.s. per gloriā de qua dic̄ thema. Voca operios ⁊c̄. Sunt verba dei patris ad filiū: qui inquātum deus: est dñs cum patre: sed inquātū homo: est ꝓcurator dei ⁊c̄. Nota singulos denarios: denarius significat gloriā. Nota que sunt in denario. Primo scriptura.2° ē ibi imago ꝓncipis.3° est figura sphérica.s. rotunda. Scriptura significat vnā credēntiam.s. sciētiam: qua īpletur quantūcunq̄ fuerit homo rudis. Videt enim oīa in verbo. Pa similitudinē sicut si esset vnum speculū in quo reꝑsentarent̄ omnes creature: Vñ Greg. Quid est qđ non videant qui videntē omnia vident: Et.i. Cor.13. Videmus nūc per speculum in enigmate: tunc autē facie ad faciem: nūc cognosco ex pte: tūc cognoscā sicut cognitus sum. Debet ergo studere homo in studio bone vite. Nota ꝯtra illos qui student in speculatiuis: ⁊ nolunt scire patriā dum sunt in via. Talibus continget sicut illis qui dum ambulant: tenēt oculos eleuatos ad sydera ⁊ celum: ⁊ in itinere est puteus in quē cadūt: q2 nō videbant illum ⁊c̄. Sic tales qui vacant speculatiuis incidunt in puteum peccati mortalis: quē nō vident: q2 nihil sciūt de casibus ꝯscientie: ⁊ de his que pertinēt ad ꝯscientiam dirigendā: dum vacant curiositatibus specularijs. Scđo imago denarij significat fruitionē quā habent de deo cui assimilantur per gloriā: per quam habent omnia bona. Boetius. Beatitudo est status omniū bonoꝝ aggregatione perfectus. Nota omniū bonoꝝ. Sicut si ego haberem vnū lapidē preciosum ⁊ respiciēdo in eum haberem quicquid vellem. Sic

¶ Scđo cōmittitur peccatū veniale loquēdo: puta occiosus sermo. Occiosus aūt dicitur sm Greg. qñ necessitate vel vtilitate caret. sicut si dicat mendacium. qđ intellige de mendacio iocoso vel officioso sine iuramento: alias esset periurium. ⁊ ꝯsequēter esset mortale. Item intelligo nisi dicat' mendacium in iudicio a teste vel parte interrogata a iudice vt dicat veritatē. Si dixerit mendacium: peccat mortaliter. Si iudex iuridice procedit: sic etiā mendacium in predicatiōe est mortale: vt tenet Pet. de pal. In quattuor ergo casibus mendacium est mortale. Primo qñ est ꝑniciosum. Scđo qñ additur iuramentū. quia est periurium Tertio qñ dicitur in iudicio. Quarto qñ dicitur in predicatione scienter ⁊ aduertenter: in reliquis vero casibus est veniale Mendaciū aūt ꝑniciosum est mortale. si sit notabile nocumentum ⁊ contra charitatē dei vel ꝓximi: vt dicit Tho. 22. q. 110. Puta si dicatur mendaciū contra res diuinas vel in detrimentum diuitiaꝝ fame. aut ꝑsone proximi. vt dicit Aug⁹. 22. q. 2. primū ⁊c̄. Si qs plus debito aut ꝓximum. aut vxorem. aut filium. aut seruū exasperauerit q̄ oportet. Item si qs adulatus fuerit alicui maiori ꝑsone sm Aug. vbi supra. 25. di. §. Criminis Sup quo ꝟbo dicit Glo. q̄ tribus modis qs adulatur. Uel attribuendo alicui bonum q̄ non habet. vel nimium extollendo bonū qđ hꝫ. vtꝝ q̄ istoꝝ est veniale. nisi adulatio fiat ad finem pcti mortalis: qa tunc est mortale: vt infra dicet' in. 2. pte: vel approbando malū qđ hꝫ: illud est mortale. 22. q. 2 primū. xi. q. 3. Nemo ꝑlatoꝝ. Et 46 di. Clericus: sm Glo. vbi supra.

¶ Tertio cōmittitur veniale peccatū omittēdo: puta qñ tacet plusq̄ expedit. Si somno deditus tardius ad ecclesiam surgit. excepto eo qđ notatur in. c. Dolentes: de cele. missa. Quotiēs in carcere positos tardius requisierit. infirmos tardius visitauerit. si discordes ad concordiam reuocare neglexerit sm Aug. dūmodo non habeat curā tanq̄ prelatus de subditis. Sic pōt dici de his qui tarde in. xl. confitentur. ⁊ sic de aliis similibus.

¶ Quarto cōmittit' peccatum veniale cogitatione: sicut si nō attendit officio: vel in oratiōe nisi ex ꝓposito euagetur. Declaratū ⁊ sic patet primum. qđ est peccatum veniale. Et sic possumus dicere quasi diffiniēdo q̄ peccatum veniale est dictum. factum. vel omissum: non contra legem sed preter legem dei. Et sic patet primum.

¶ Circa sm vtrum peccatum veniale possit fieri mortale vltra ea que dicit Tho. i. 2. q. 88. ar. 4. est notādū qđ assumēdo veniale. 3. ⁊. 4° mō supra ꝓxia pre positis. veniale non pōt effici mortale. si accipitur idem actus numero: ita. s. q̄ q̄ primo fuit veniale postea efficiatur mortale. Aut. n. voluntas non mutatur ⁊ tunc semꝑ est veniale. nec pōt esse mortale: qa nulla res pōt mutare spēm suam. peccatum aūt mortale ⁊ veniale sunt diuerse spēs pcti. Hec ratio ponit' in compendio theologie. Nec obstat qđ dicit Aug⁹. Nihil est adeo veniale quod nō possit fieri mortale dum placet. Hoc enim relatiuum qđ: facit relationem simplicem. s. eiusdem in spē ⁊ non ꝑsonalem. s. eiusdē in numero. sm Pet. de taran. in. 4. ⁊ notatur in sum cōfe. lib. 3. ti. 34. de peni. ⁊ remi. q. 15. Utrum peccatum veniale ⁊c̄. Aut volūtas mutatur: ⁊ tūc est alius actus moraliter q̄uis actio sm naturam sit continua. Si aūt accipiatur q̄ actus q̄ ex genere suo est ve

nialis.vel ex impfectione ipsius actus ve-
nialc pctm̄ posse fieri mortale. tunc dōm
est ꝙ sic: ⁊ hoc pōt contingere.5.modis.
¶ Primo qdē ex conscientia que etiā si sit
erronea obligat. Unde qcqd fit cōtra con
scientiam etiā erroneam edificat ad gehē
nam. Da exēplum de eo qui dicit mēdatiū
officiosum qđ putat esse mortale. Sic si vir
cognoscat vxorem in.xl.veniale ⁊ vt not.33.
q.4. Non oportet.⁊ sic in ieiunijs vel festis
diebus. Si adēt putetur mortale:erit morta
le. Similimō sigs dubitet an aliqđ pctm̄
sit veniale vel mortale: ⁊ facit illud : peccat
mortaliter.ex quo ponit se in piculo peccā
di mortaliter fm ɔsciam suam. Sic de mu
liere pingēte se.seu ornante se ⁊c̄. Rō autē
quare pctm̄ veniale pōt fieri mortale fm
pp ɔsciam erroneā est:qa cū in pctō mor-
tali duo sint.s.cōuersio ⁊ auersio.penes pri
mum iudicatur pctm̄:qm̄ auersio a deo est
quasi formale in pctō.ɔuersio adēt ad crea
turaȝ est quasi materiale. Quāuis ergo sit
actus indifferens;puta leuare calamuȝ de
terra.vel sit actus de se venialis : puta loq
verbum ociosum ⁊c̄.si tū sit contra ɔsciam.
⁊ credit ab agente esse mortale: est pctm̄
mortale :quia spernitur bonum incōmuta
bile:⁊ ita fit auersio a creatore. Unde dicit
Apls Ro.14. Omne qđ nō est ex fide.i.ex
ɔscia pec.est ⁊ hētur extra de pscrip.c.fi.
¶ Scđo contingit ex cōplacentia:puta;qr
homo in pctō veniali constituit finē.qa sic
est inclinatus ad pctm̄ illud:puta menda-
tium vel verbū ociosum.vel nimiam come
stionem ꝙ si etiā preciperet sibi contrarium
ab eo cui obedire tenetur non desisteret a
peccando.⁊ hic.n.est mortale rōne finis.quia
inheret ei ⁊ fruitur creatura. Frui.n.nō est
aliud nisi adherere creature ꝓpter se.sicut
dicit Aug⁹.in.i.de doctrina xp̄iana. Et hoc
est vt dicit Aug⁹.25.di.§.Criminis adēt ꝙ
nullum pctm̄ est a deo veniale qđ nō fiat
criminale dum placet. Qđ intellige dū pla-
cet.s.placentia fruitionis. Et hoc vult Tho.
in.4.di.21.q.i.in corpe q̄stionis. Uel vt di-
cit Glo.ibi:dum placet.i.dum in contēptuȝ
fit.qa oīs actus qui fm se est veniale vel in
differens.efficitur mortale si fiat per con-
tēptum. Sic etiā dicit de cerimonialiū fra-
ctione a religioso ⁊c̄. Unde in constitutio-
nibus nostris dicit.ꝙ constitutiones nostre
nō obligant nos ad culpā nisi ꝓpter con-
tēptum vel p̄ceptum. Et iste pōt esse alius
modus per quem de veniali efficitur morta
le:vltra alios modos.
¶ Tertio contingit ꝙ veniale efficit mor-
tale ex intētione:puta qū veniale refertur
ad mortale pctm̄:sicut ad finē. Sicut si ali-
qs diceret verbū ociosum ad finē fornican
di.vel diceret mendatiū ad finem furandi.
vel aliquo modo iniuste lucrandi. Sic ⁊ si
mulier portat caudam ad finē corrūpendi
alios hoīum.vel alias se ornet ad hunc fi-
nem:sicut de illis qui parant se ad repñta-
tiones ad finem appendi mulieribus ⁊c̄.
Dic vt expedit. Ratio adēt huius qa in acti
bus moralibus illud ꝙ dat formā actui est
finis qui hȝ se in opabilibus sicut p̄ncipia
in speculabilibus:vt not. Tho.i.2.q.i.ar.3.
⁊ hoc etiam vult Tho.i.2.q.88.ar.2.⁊.4.
¶ Quarto contingit ex dispositione:⁊ hoc
patet triplici rōne. Primo qdem propter
remissionem feruoris charitatis cui feruori
opponit veniale. Per veniale ēt remittitur
feruor charitatis.nō tū qlibet sed ille tātū
cui opponitur veniale:feruor adēt dat forti
tudinem aīe ad resistendū tentationibus.
Remisso ergo feruore:⁊ superueniente tepidi-
tate remanet aīa debilis in bello spūali : ⁊
ideo faciliter deijcit ad mortale ex impulsu
diaboli vel passionis.sicut pȝ exemplum in
Dauid q peccauit vipato venialiter am-
bulando per solariū domus regie.⁊ ideo ex
impulsu tentationis decidit in mortale : vt
habetur.2.Re.xi. Sic etiā pōt dici de Pe-
tro Jacobo.⁊ Joāne.q ex negli.⁊ somno
lentia nō orabant iuxta consiliū dñi dicen
tis. Vigilate ⁊ orate ne intretis in tentatio
nem:⁊ ideo deciderunt in pctm̄ mortale in
fidelitatis ⁊ negationis xp̄i. ¶ Scđa autē
ratio est:qa peccatum veniale disponit ad
mortale per quādam consequentiā. Nam
vt dicit Tho.i.2.q.88.ar.3.augmentata di
spositione vel habitu per actus pctōꝝ ve-
nialium intantū pōt libido peccādi cresce
re.ꝙ ille qui peccat finē suum constituet in
pctō veniali. Nam vnicuiqȝ hñti hītum in
q̄ntum hmōi finis est opatio fm habitum.
⁊ sic multotiens peccando venialiter dispo
nitur mortale ad pctm̄ fȝ Tho.vbi supra.

¶ Tertia rõ est pp̄ter remotionem ꝓhibentis. Qui.n.peccat venialiter ex genere pretermiserit aliquem ordinem: z ex hoc ꝙ consuescit voluntatē suam in minoribus nõ subijcere debito ordini vltimi finis. eligendo illud ꝙ est peccatū veniale ex genere: faciliter cadit in mortale. Propter qḋ dicit Eccl'i 19. Qui spernit minima paulatim decidit ſm Tho. vbi supra.

¶ Quinto cõtingit. ꝙ veniale fiat mortale ex deliberatione: quia qñ consurgit p̄mus motus pcti mortalis: puta luxurie: vel ire. si non prohibetur potest ꝓgredi vſq ad mortale. non qdem ꝙ ipsum veniale in spē fiat mortale. vt dictum est supra: sed quia ex ipso occasionaliter fieret ꝓgrediendo mortale. si consensus accedit. Unde Jaco.i. Peccatum cum cõsumatum fuerit: generat mortem. sicut de modica scintilla qñq surgit maximus ignis. Jdeo dicit poeta.

Principijs obsta: sero medicina paratur.
Cum mala per longas conualuere moras.

Jtem ho. Beatus qui tene. z al. p.s. ad petram. Et sic patet qõ de veniale fit mortale. Non autem est verum illud ꝙ qdam dicunt. ꝙ multa venialia constituant vnum mortale integraliter. Hoc.n.videtur dicere Aug᷒ de pe. di.i. Tres sunt actiones. vbi dicit loquens de peccatis venialibus: que.s. venialia si collecta contra nos fuerint: ita nos aggrauabunt z opprimient: sicut vnum aliquod grande peccatū zc. Non.n.omnia peccata venialia de mundo possunt habere tantum de reatu q̄ntum vnum peccatum mortale. Qḋ patet ex pte durationis: qꝛ peccatum mortale habet reatum pene eterne. peccatum aūt veniale habet reatum pene temporalis. Patet etiaꝫ hoc ex parte pene damni: quia peccatum mortale meretur carentiaꝫ visionis diuine cui nulla alia pena comparari potest: vt Chrisostom᷒ dicit. Patet etiam ex parte culpe: qꝛ veniale nõ auertit a deo sicut mortale. Auersio autem a deo est infinite grauitatis: cui non potest equari qḋcunq finitū. Est ergo intelligendum ꝙ ex multis peccatis venialibus constituatur vnum mortale dispositiue ſm qḋ dictū est supra. Et hoc not. Tho.i.2.q.88. ar.4. Concor. Pe. de tard. in.4.di.21. Ex dictis pꝫ si bene atten: sanc. ꝙ sūt septē modi qb᷒ pctm̄ veniale põt fieri mortale.

¶ Primo.n. rõne conscientie errantis.
¶ Scḋo rõne dubij preuenientis.
¶ Tertio ratione finis.
¶ Quarto rõne ↄtēptus despicientis.
¶ Quinto rõne intentionis ꝑuertētis.
¶ Sexto rõne dispositionis inclinantis.
¶ Septimo ratione consensus deliberantis siue perfurentis.

¶ Circa tertium est dcm̄ ſm Pe. de tarã. in.4.sen.di.17.ar.4. ꝙ ꝑ venialia nõ fit separatio a regno ecclesie triūphātis nec militantis. Cum ergo per ipa regnuꝫ nõ claudatur. nõ indigent de necessitate officio clauium per qḋ regnum aperitur: nõ ergo necesse est confiteri venialia per se loquendo: ꝑ accidēs tñ potest esse necessariū: vel rõne dubij quando credantur esse mortalia: vel rõne statuti: qñ homo q tenet ↄfiteri semel in ãno nõ hꝫ nisi venialia. vel rõne periculi qñ venialis delectatio ad h̄ ꝑducta est qḋ nisi qs se auertat traheret in mortale. Hec ille. Nõ obstat ꝙ dr̄ Jaco.5. Cõfitemini alterutrū pctā vestra: qꝛ q̄ntum ad pctā mortalia est preceptū: sed q̄tum ad venialia est ↄsiliū ſm Tho. in.4. sn̄iaꝝ di.16.q.2.art.2. q.3. ad primū. Nota hic ꝙ accipiēdo veniale primo mõ.s. ex euentu nõ reqrit ↄfessio. si semel de illo qs ↄfessus est. Si āt non est cõfessus qs sed solū cõtritus: tunc semꝑ cadit sub necessitate ↄfessiõis: qꝛ illud pctm̄ mortale est. Sic ēt accipiēdo scḋo mõ.s. ex cā: qꝛ semꝑ cadit sub necessitate ↄfessionis: qꝛ illud ēt est mortale. Articulus ergo iste tertius dꝫ intelligi de venialib᷒.3°.z.4°. mõ acceptis. Nota ergo ꝙ in q̄ttuor casib᷒ est necia ↄfessio ð venialib᷒. Pͥo rõe statuti Scḋo rõe erronee ↄſcie. qñ.s. venit sibi p᷒ actū. Nã si ante actū hꝫ qs ↄſciaꝫ erroneā credēs eē mortale ꝙ ē veniale: peccat mortalr: vt dictū est supra pte prima. Tertio rõne dubij. Quarto rõe ꝑiculi. Amen.

¶ De defectu peccati venialis z de purgatorio. Sermo.23.



Uasi a facie colubri zc. Sequitur hoc mone predicare de scḋa consideratione. quarti articuli. vꝫ de pena siue effe-

ctu peccati venialis. Ubi notandū q̄ multos effectus producit pctm̄ veniale ꝛ in hoc mundo ꝛ in alio. Nā in hoc mūdo. Primo obligat ad penam tpalem etiam morꝫ tem: que quādoq̄ est illata a deo propter demeritum pcti venialis: vt patet in pphā de quo legitur. 3. Re. 13. ꝛ declarat Greg. l. 4. dialogo. c. 25. Scdo disponit ad mortale. Tertio minuit feruorē. Quarto potentias aie i bōis lassat: sic q̄si ponit onus sup equū minus est pmptus ad ambulādū.

¶ Pro latiori materia nota q̄. 5. sunt que debēt hoies timere circa peccata venialia. De quibus vide in sum. vitiorum in vltima pte vbi agitur de pctō lingue. In alio vero mundo peccatum veniale infert aliam effectum sive defectum: q2 retardat a gloria: quia aia purgatur in purgatorio antequā intret in vitam eternaꝫ. Et de h vltimo effectu. s. de purgatorio erit sermo noster. Alios aūt effectus. gratia breuitatis omitto: presertim cum aliquos tetigerim supra fmone primo parte. 2. Salutetur virgo maria ꝛc.

Pro euidētia ꝛ introductione materie. est notandum q̄ vera cōclusio est in theologia per fidem catholicā approbata: q̄ est necessariam fm iustitiā diuinam ponere purgatorium. Et pro maiori declaratione pbatur primo aliqbus argumētis: q̄ nō sit purgatoriū. ¶ Primo sic. Aut aia transit a corpore sine mortali ꝛ veniali: aut cum mortali tñ: aut cum veniali tñ. Primo casu euolat ad celū. Scdo detruditur ad īfernū.

Tertio ēt videt q̄ ad infernū vadat. Rō q2 aia post transitū penitere nō pōt de culpa: eo q̄ sit de natura sua immutabilis. Ergo culpa nunq̄ remittitur post hāc vitam: eo q̄ nulla culpa sine pnia remittat. Ergo nec pena vnq̄ remittet: ꝛ sic pena ē eina. ¶ Scdo pfirmat rō p auctatē Gre. dicēt. Qualis hinc q̄sq̄ egredit talis in iudicio psentabit. ꝛc. 25. di. Qualis. Preterea ꝛ 3°. post mortē nō est locus remissionis culpe: q2 nō sunt aie in statu merendi nec demerendi: ꝛ sic idē qd̄ prius. Si dicat q̄ aie sepate q̄tum ad remissionē venialis sunt ꝛ adhuc in statu merēdi sicut viatores. Tūc arguit sic. Cōcesso h qd̄ sit verū. dolor contritionis post hanc vitā: est maior q̄ qlibet dolor cōtritionis in hac vita: tū q2 intēsius ꝛ ardētius diligit deū aia q̄ nūc: tū ppter qualitatē subiecti. Cū ergo aliqs dolor contritionis in vita ista veniale remittat q̄tū ad culpā ꝛ penam: ergo multo magis post mortē aia sepata dolēs de pctō pseqūet remissionē ois culpe venialis ꝛ pene. Ergo non erit in purgatorio puniēda vt purgandam. Ergo nō est dare purgatoriū: ꝛ sic idem q̄ prius. Fiat ergo rō sic. Aut culpa venialis post mortē est remissibilis: aut nō. Si nō ergo culpa remanet in eternum. ergo ꝛ pena. ꝛ sic non erit purgatoriū. Si sic cū statim aia sepata sit ptrita de pctō pmisso: dolore cōtritionis maiori rōne iā dicta. ergo psegt statī remissionē ois culpe venialis: ꝛ psequenter nō oꝫ purgari āplius. q2. Nō iudicabit deus bis i id ipm: nec psurget duplex tribulatio: sic dī Naum. i. Preterea pctō veniali non debet pena dāni: q2 h pena rndet pctō ex pte auersionis ab incōmutabili bono. In pctō aūt veniali nō est auersio. ergo ꝛc. Predicta āt p°. s. q̄ sit purgatoriū post hanc vitā pbat rōe. ꝛ auctate. ꝛ exēplo q̄tuis h nomē in scriptura sacra. s. purgatoriū nusq̄ ibi repiat: pp qd̄ aliqui heretici negauerūt purgatoriū. Uide Tho. l. 4. 3 gen. in. c. 9. Rō āt ē q2 ptingit sepius mori hoies i charitate cū culpa veniali vl cū reatu pene tpalis vbi te culpe mortali remisse h p pniaꝫ. Tales ergo nō oꝫ dānari in īferno eo q̄ i charitate decessit: ꝛ psequenter isti mortali pctō qd̄ solū detrahit ad īfernū: nec pōt saluari i padiso eo nec i eo remanet aliq̄ labe culpe v. reat9 pene q2. Nihil coīnquinatū intrabit i illā: vt dī Apocal. vlt. Nec i lymbo puerorū: q2 solū originale puniūt ibi. Nec i lymbo patrū: ꝛ sic nec in paradiso. ꝛ psertim p9 xpi mortē nulli9 ibi fuit aut vadit. Pꝫ ergo dicere q̄ sit aliqs loc9 i quo purget aia añq̄ intret i ... ā ... q̄ i tertio medio: inter egyptū ꝛ terrā pmissionis lacte ꝛ melle manātē. Pꝫ rō. Auctas in veteri testō ꝛ i nouo hētur. In veteri q̄dē hētur. 2. Macha. 12. Uir fortissim9 Iudas collatiōe fcā. 12. milia dragmas argēti misit hierusalem offerri eas ibi p pctis mortuoꝝ. Et. ʒ. Scā ergo ꝛ salubris ē cogitatio p defūctis exorare vt a pctis soluant. Ergo etiā a culpis ē remissio i purgatorio: qd̄ itellige gdē de venialibus. vt nota. 3. in. 2. pte fmonis. Itē alia auctas in veteri testamēto habet

Mala.3. Ipse enim quasi ignis conflans: et quasi herba fullonum: et sedebit conflans et emundans quasi argentum. et purgabit filios Leui et colabit eos quasi aurum et quasi argentum. In nouo autem testamento habetur auctoritas christi dicentis Mat.12. Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum: non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Super quo textu dicit Greg. li.4. dia. et habetur in decre. 25. di. Qualis. Hac sententia datur intelligi in hoc seculo quasdam culpas. et quasdam in futuro posse relaxari. Quod enim de vno negatur consequens intellectus patet: quia de quibusdam conceditur. Hec ille. Item alia habetur per apostolum. i. Cor.3. Si quis superedificauerit supra fundamentum hoc lignum fenum et stipulam detrimentum patietur. Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Nota Fundamentum scilicet fidei: sine qua nullus potest saluari Per lignum. fenum. et stipulam: intelliguntur peccata venialia secundum doctores. Per lignum quidem maiora peccata venialia. et per fenum minora. et per stipulam minima intelliguntur. secundum quod dicit Glo.25. di. §. Criminis. Ligna enim diutius sunt in igne. quam fenum: et fenum diutius. quam stipulam: vt dicit Glo. ibidem. Quicunque ergo hec peccata venialia superedificauerit: saluus quidem erit. scilicet per ignem purgatorij. Hec auctoritas. Et confirmatur per auctoritatem ecclesie que facit suffragia que non prosunt beatis nec damnatis: sed illis qui sunt in purgatorio: vt. j. dicetur cum de suffragijs dicetur. Pro assertione purgatorij bene facit quod dominus reuelauit beato Patricio. Item beato Martiali etc. hoc adduci posset pro tertio medio quo probatur purgatorium esse. videlicet pro exemplo. Ad idem facit exemplum quod notatur. j. in secunda parte huius sermonis. quod incipit Nota exemplum etc. Patet ergo ratione. auctoritate. et exemplo multiplici: quod sit purgatorium. Loquendo ergo de purgatorio. 6. sunt considerānda.

- Primo loci congruitas.
- Secundo penarum acerbitas.
- Tertio punitorum diuersitas.
- Quarto operum paupertas.
- Quinto gratie stabilitas.
- Sexto glorie securitas.

Primo ergo est considerānda loci congruitas. Querunt doctores theologi: in quo loco est purgatorium. Respondetur quod est duplex locus: Unus secundum legem communem. Et iste creditur esse in inferno. circa centrum terre. superior est inferno damnatorum. Nota quattuor domos in inferno. Superior est lymbus patrum: et iste est vacuus nunc. Deinde sequitur secundum quosdam purgatorium. Tertia est et pars inferior lymbus puerorum. Quarta est infernus damnatorum. Et de primo superiori et vltimo inferiori omnes doctores concordant: et sic est maxima distantia inter eos secundum situm. iuxta illud Luc.16. Vidit abraam a longe: Et infra. Chaos magnum inter nos et vos firmatum est etc. Sed de duobus medijs est dubitatio: quia Tho. in.4. supponit lymbum puerorum propter eternitatem: et ne lo. ne careat extremis repletis. Sed Pe. de taren. contra: pro quo facit: quia non videtur quod pueri in lymbo sint sub purgandis. quia tunc vel ignes purgatorij non connumerantur igni inferni. Et sic non essent vnus numero. vel essent in igne anime puerorum: quod non videtur: licet non affligerentur. sicut nec pueri in camino Dan.4. Unde videtur probabilius quod superior sit lymbus patrum. in quibus simpliciter minus erat de culpa: et de pena. post quem lymbus puerorum: in quibus etiam minus est de vtroque. saltem intensiue. Et hec duo receptacula sunt sine igne. alias frustra ibi esset ignis. Tertio est purgatorium Quarto infernus. Et hoc etiam vult Pet. de palu. in 4. sen. di. 45. q.5. ar.2. conclusione.2. Alius vero est locus purgatorij secundum specialem dispensationem: et hic non est determinatus: sed vel vbi peccauerunt. vel alibi vbi apparent in assumptis corporibus. Quod expedit vel viuis ad edificationem. vel ipsis mortuis ad suffragiorum petitionem: sicut refert Greg. de multis in.4. dia. vel ad minorem penam. Nota exemplum de anima Paschasij apostolice sedis dyacono. qui purgabatur in caloribus terrarum seu balneorum. vbi Germanus episcopus capuanus eum inuenit: et pro ipso dominum exorauit etc. Nota etiam exemplum de quodam abbate: qui veniens ad mortem. carnali amore ductus consuluit quod nepos suus substitueretur sibi: qui factus abbas dum semel solus iret ad fontem quendam qui erat in horto audiuit ex eo quasi vocem auriculi eiulantis. quem adiuratus ab eo. dixit se ibidem inestimabiliter vri: quia cum carnaliter prouiserat requirentibus eligi in abbatem. Et cum nepos diceret eum non posse multum in fonte

turpato affligi:rogauit vt candelabrum eu
pteum in fontem pijceret:quo statim lique
facto ille abbatie renuntians.ipm amplius
nō vidit. Sic ꝛ q̄sq3 aie in glacie purgātur
sicut legitur in legenda de mortuis. Ibi vi-
de de materia ista.

¶ Scdo est ꝯsideranda penaꝝ acerbitas.
Nam vt dicit Aug⁹ in quodā ſmone.25.
di. Qui in aliud. Ille ignis durior erit qꝫ
qd in hoc seculo aut sentire.aut videre.aut
cogitare quisq3 pōt. Et Unde dura fuit pe
na Bartho. Laurētij Uincētij ꝛ alioꝝ mar
tyrū:sed tñ non sunt equales minime pene
purgatorij. Rōnem aūt huius assignāt do
ctores:qa in purgatorio est duplex pena.s.
damni ꝛ sensus. Pena aūt damni est caren
tia visionis diuine ad tps:ꝛ h̄ pena est af-
flictiua ꝓpter carentiā boni desiderati. Si
enim aliqs careret aliqua re nō deſidera-
ta:nō esset pena. Unde dicitur Prouer.13.
Spes que differtur:affligit aīam. Et h̄ seq
tur ꝙ quāto bonū magis desideratur:tan-
to maior est afflictio ꝓpter illius boni carē
tiam. Nihil aūt boni pōt desiderari in hac
vita ardenter:sicut aīa sepata in charitate
existens ardenter desiderat deū videre. Et
ideo magis affligitur in carentia visionis
diuine:presertim cum ꝓpter ꝓprium pctm̄
ab hac visione retardetur. Unde pōt con-
grue illud dicere. O vos oēs qui transitis
per viā:attendite ꝛ videte.si est dolor sicut
sicut dolor meus Tre.1. Et ꝟ l3 intelligatur
de xpo:tñ allegorice intelligitur de aīa que
est in purgatorio : cuius est tanta pena ꝙ
vna hora videtur sibi mille ānī. Nota exē-
plum de illo infirmo qui potius elegit esse
per duos dies in purgatorio : ꝗ̄ per duos
annos h̄ infirmari ꝛc. Non sic fecit Greg.
qui preelegit toto tpe vite sue infirmari ꝗ̄
duobus diebus in purgatorio esse vt dicit
in legēda sua. Alia vero est pena sensus
ꝛ h̄ etiā est grauior omni pena sensus.quā
in vita homo pati pōt. Nam si ꝓpter aīaꝫ
corp⁹ affligit ꝛ dolet: multo maior ē dolor
ille qui ad nudam aīam pōt puenire dicit.
Arist.in.1.poster.ꝙ ꝓpter qḋ vnumqḋq3 ꝛ
illud magis:sed corpus patitur in hoc mū-
do ꝓpter aīam inquātum cum eo coniun-
cta est.ergo anima magis passibilis est ꝛc.
Nota exēplum ꝙ legit̄ in vitis fratrum:
de illo qui apparuit aduocato cuidam so-
cio suo ꝛc. Interrogatus dixit se esse i pur-
gatorio. Item de pena r̄ndit:ꝙ si mundus
ꝛ oīa visibilia in eo arderent : non possent
equiparari ardori ꝛc. Et tandē dixit ꝙ ad
nocentius in malo statu erat ꝛc. Dic exēplū
totum. Unde Aug⁹.25.di. Qui in aliud se
culum distulit fructū conuersionis. Prius
purgabitur igne purgationis. Hic ignis ꝛ
si nō sit eternus : miro tñ modo grauis est:
supat enim oēm penā quā vnq3 homo ali-
qs passus est in hac vita vel pati potest. Et
dicunt doc.ꝙ ignis purgatorij est idē ignis
cum igne inferni. Et l3 illa pena purgatorij
sit maior pondere:non tñ valore:qa minus
habet de voluntario ſm Pet. de taranta.
sup.1.Cor.3. Qḋ autē illa pena sit grauior:
contingit duplici rōne. Tum ꝓpter dispoſi
tionem subiecti.qḋ est magis affligibile in
purgatorio ꝗ̄ in hoc mundo. Sicut ille qui
est melioris cōplexionis magis punitur eis
dem plagis impositis ꝗ̄ alius:vt not. Tho.
in.4.di.21.q.1.ar.1.q.3 in corpe q̄stionis. ꝛ
in r̄nsione ad scdm articulū. Tum propter
diuersitatē fori:sicut in diuersis terris di-
uerse pene imponuntur pro eisdem culpis.
vt notat Tho.in.4.di.20.ar.1.q 3.ad scdꝫ.
Quāuis aūt sit grauior illa pena omni pe
na huius mundi:tñ nō excedit quātitatem
culpe ꝓportionabiliter:nec est grauior pe-
na huius mundi grauitate ꝓportionis.sed
grauitate seu quātitate absoluta tantū. Est
tñ notandum ꝙ pene purgatorij nō sunt
equales in aīabus:sed aīa que peccauerit
grauius vel pluries intēsius ardebit. Que
aūt adhesit firmi⁹ peccato:diutius purga
bitur. Et si dixeris quomodo potest esse ꝙ
vna anima magis puniatur ꝗ̄ alia:cu3 sit
idem ignis ꝛ eadem pena damni:R̄⁹ ꝙ h̄
contingit ꝓpter diuersitatem culpaꝝ. Un-
de Greg.in 4.dialogoꝝ.c.45.sic ait. Unus
quidem est gehenne ignis:sed non eodem
modo cruciat peccatores. Unusquisq3 n.
quātum exigit culpa:tñ illic sentitur pena.
Nam sicut in hoc mūdo sub vno sole mul
ti consistunt:nec tñ eiusdem solis ardorem
equaliter sentiūt:qa alius plus estuat atq3
alius minus:ita illic in vno igne non vnus
est modus incendij:quia quod hic diuersi-
tas corpum.hoc illic agit diuersitas peccōꝝ:

vt et ignē non dissimilē habeant: et tñ eosdē singulos dissimiliter exurat. Hec ille. Notādum etiā q̄ nō affligantur aīe a spiritib' bonis. qui nō tam crudeliter suos cōcives affligerent, sz eos visitent et confortēt: sicut aliqs amicus incarceratum vel infirmum. Nec etiā demones torquent eos: qz q̄ hostem vicit finaliter nō debet dari in potestatem eius. Et qd dicit̄ illos hēbunt tortores in pena quos habuerūt incentores in culpa: intelligitur de dānatis: fm Pet. de pa. in. 4. di. 21. q. 1. ar. 1. pclu. 6. Dicit tñ Tho. ibidem. q̄ possibile est q̄ angeli boni alas ad loca penaꝝ deducāt: et etiā ipsi demones q̄ de penis holum letātur eas cōitant: et assistant purgādis: tum vt de eaꝝ penis facientur: tum et vt in eaꝝ exitu a corpe suum aliqd ibi reperiāt: sicut ex xp̄o fecit diabolus.

¶ Tertio cōsideranda est punitoꝝ diversitas. Ubi notandū primo q̄ ibi nulla culpa mortalis purgat̄. Hs. 100. Non habitabit in medio domus mee qui facit supbiā: qz qd est angelis casus: hoc est hoib' e mors. Unde sicut peccatū angeli fuit irremissibile: sic pctm̄ hoīs post mortē: et h̄ est pctm̄ ad mortē: p quo phibet Jo. orare: di. Qui scit fratrem suū peccare pctm̄ nō ad mortē: petat et dabit̄ ei vita peccanti nō ad mortē. Est pctm̄ ad mortē: nō p illo dico vt roget quis. 1. Jo. 5. ¶ Purgantur ergo ibi tres differētie pctoꝝ. Primo nāqz purgant̄ q̄ in hoc seculo peccaverunt mortaliter: de qbus tñ pctis mortalibus contritionē hūerunt per quā remisse sunt culpe: sed non solverunt penā tpalē plene ad quā tenebant̄. si in hoc statu decedat. Purgant̄ in purgatorio vbi solvitur pena predicta: et hoc vez nisi hūissent tantā contritionē. q̄ oīs culpa et etiam pena remitteret̄: sicut fuit latro et Maria magdalena. Unde Hieron. Apud dnm nō tam valet mensura tēporis q̄ doloris nec abstinentia ciboꝝ q̄ mortificatio vitiorum: de pe. di. 1. Mensurā. Diceret aliquis. Ponamus q̄ ego sui confessus et peregi pniam mihi a sacerdote iniunctā: nunqͥd sufficit vel debeo vlterius in purgatorio puniri: Rñ. q̄ penitētia iniuncta a sacerdote: aut est maior q̄ illa que debet̄ pro peccato cōmisso: aut est equalis: aut minor. Si maior tunc id qd plus fecisti. cedit tibi in augmentū glorie. Si equalis: tunc sufficit tibi ad solutionē totius pene: qz. Non iudicabit deus bis in id ipsum: nec consurget duplex tribulatio. Naum. 1. Et bona fides nō patitur: vt bis idē exigatur. fm iuristas. Si vero minor: tunc residuū solvit̄ in purgatorio: ex virtute divine iustitie. Deus enī q̄ modos et mēsuras pctoꝝ: et penoꝝ novit addit penā sufficientem: ne aliqͥd peccatū impunitū remaneat. Et hoc vez: nisi fuerit magna contritio. vt tota pena relaxetur: vt dixi supra: et hec est prima differentia illoꝝ qui ibi puniuntur.

¶ Circa penā sensus que est in purgatorio dicit̄ supra pte. 2. q̄ est pena ignis. Sz pōt qri si sit alia pena sensus ibi q̄ pena ignis: et visio demonū: Rñ. Si loquimur de purgatorio ordinato a divina iustitia fm legem cōem: in scriptura sacra non nemini me legisse aliam penā q̄ predictas penas Tho. etiā in. 4. sniaꝝ di. 21. q. 1. ar. 1. q. 2. ad. scdm dicit q̄ qz pena purgatorij nō est principaliter ad affligendū sed ad purgādū: ideo p solum ignē fieri debet: q̄ habet maximā vim purgatiuā: sed dānatoꝝ pena nō ordinatur ad purgādū: et ideo vltra ignē sūt etiā in inferno alie pene sensus: iuxta illud Hs. Ignis. sul. et spi. pro. psi. calicis eoꝝ et c. Job. 24. Ab aqs nivium: trāsibunt ad calorem nimiū. Si aūt loquamur de purgatorio fm spālem dispensationē: tunc et in legenda de mortuis et in. 4. dialogoꝝ beati Grego. legunt̄ alique aīe purgate in glacie et in balneis.

Scda differentia est eoꝝ qui peccāt venialiter: et cum solis venialibus migrāt nō remissis etiam quātum ad culpam: et tales in purgatorio purgantur etiā quo ad culpam. Et hoc pbatur per auctoritates allegatas supra in introitu huius sermonis. Unde ibi. Nec obstat qd dicit Greg. 25. et l. Qualis hinc qsqz egreditur: talis in iudicio psētatur. Et Eccl'i. 11. Si ceciderit lignū ad austrum aut aqlonem in quocūqz loco ceciderit ibi erit: qz venialia nō mutāt statum hoīs: neqz tollunt neqz diminuunt charitatem. Et ideo per hoc q̄ venialia dimittuntur vel cōmittuntur. talis manet anima qualis prius: fm Tho. in. 4. di. 21. q. 1. ar. 1. q. 1. ad tertium.

ad.

Tertia differentia est eorum qui de peccatis venialibus habuerunt ꝓ remissionem quantum ad culpã: sed non quo ad penam. Unde talis pena in purgatorio soluitur. ibi soluitur in charitate: et solutione eius quod debetur ois obligatio tollitur. Instit. quibus modis tollitur obligatio in principio.

Sed querunt doc. ponatur ꝙ aliquis decedat cum mortali et veniali simul: nunquid pro veniali punietur in inferno eternaliter? R°. hec questio potest dupliciter intelligi. Uno modo quãdo veniale nõ est dimissũ in hac vita quo ad culpam: et hoc casu eternaliter punietur in inferno pro veniali: quia ibi non potest remitti aliqua culpa quinimmo nec ꝓ potest veniale dimitti sine mortali. Nec obstat ꝙ veniali non debetur pena eterna: quia est verum ſm se: sed per accidens sic: eo ꝙ nihil est ibi ꝙ possit delere venialem culpam. Scḋo modo põt intelligi qḋ quando veniale est dimissum ꝓ quo ad culpã manente reatu: et sic homo moriatur cum mortali et reatu venialis. Utrum pro illo veniali puniatur eternaliter Tho. in.4. sniarꝫ. di.21. q.1. ar.2. q.3. dicit ꝙ secratione subiectiqḋ non est capax remissionis. Idem dicit in.4. di.22. q.1. ar.1. ad quintum. ubi dicit ꝙ aliqui dicunt ꝙ pena cuius est aliquis debitor post culpam remissam in inferno punietur temporaliter: nec ꝓpter hoc sequitur ꝙ sit in inferno redemptio: quia pena que soluitur non redimitur: nec est inconueniens ꝙ quãtum ad aliud accidentale pena minuatur usqꝫ ad diem iudicij: sicut etiam augetur: ſm Tho. Prima tñ opinio placet Pet. de palu. in.4. di.21. q.1. ar.3. conclusione.3. et scripsi in.5. libello.

¶ Item quero qḋ si aliquis moriatur cum originali et veniali sine mortali: Talis videtur ꝙ ad nullũ locum ire poterit. Non quidem ad paradisum propter defectum gratie. non ad lymbum patrum: quia ille locus est vacuus: et preterea ibi nulla culpa punitur infectiua persone. Tertio non ad lymbum puerorum: quia ibi nõ punitur actuale peccatum. Quarto non ad purgatoriũ quia non habet gratiam. Quinto non ad infernum: quia non habet mortale: R°. hoc non potest contingere: ut not. Tho. 1. 2. q.89. ar.6. posito tamen ꝙ sit possibile: talis punietur in inferno propter culpã actualem quã habet: que licet venialis et cõsequẽter non mereatur penam eternam: tamen ꝑ accidens potest eternaliter puniri ut dictũ est ꝓ supra proxima questione: et hoc sentit Tho. in.4. di.45. q.1. ar.3. vide ibi: et qḋ scripsi in sermonibus de diuersis locis animarum ar.2. Et sic patet predicta triplex differentia peccatorum seu penarum que ibi purgantur: cui potest aptari auctoritas Apli de ligno. feno. et stipula: que hẽtur. 1. Cor.3.

¶ Quarto considerandum est operũ paupertas: quia non possunt facere opera meritoria. Unde possunt dicere Pater noster et Aue maria: sed non cum merito. Ratio est: quia deus diuisit tempora. s. tempus laborandi et tempus quiescendi. Tempus laborandi est in presenti vita: sed post mortem tunc non. Ideo dicit xp̃s Me oportet operari opera ei⁹ qui misit me: donec dies est. Uenit nox: quando nemo potest operari. s. meritorie Jo.9. Licet enim ibi anime laborent multum in penis: tamen labores illi sunt sine merito. Ideo dicitur Apoc.14. Audiui vo. di. mihi. be. mor. qui in do. moriun. Amodo iã dicit spi. ut requi. a la. suis etc. Que auctoritas intelligitur de labore operationis ad merendum. non de labore pene ad purgandum: ſm ꝙ exponit Tho. in 4. di.21. q.1. ar.1. q.1. ad primũ. Et ideo multum indigent suffragijs nostris: et dicunt illud ꝙ habetur Job.19. Miseremini mei miseremini mei: saltem vos amici mei quia manus domini tetigit me. Item dicit scriptura. Quodcunqꝫ potest facere manus tua instanter. operare: quia nec opus: nec ratio. nec sapientia: nec sapientia erunt apud inferos. quo tu properas Eccle.9.

¶ Quinto consideranda est gratie stabilitas. Licet enim anime purgatorij habeant liberum arbitrium: tamen peccare non possunt: quia posse peccare diminuit de libero arbitrio: sicut qui non potest capi ab hostibus est magis liber: ꝗ̃ qui potest etc. Ratio autem quare anima separata in purgatorio et in vita eterna peccare non potest. est: quia est immutabilis: et adheret enim ita veri ꝙ mutari non potest. Quãdiu autem est coniuncta corpori recipit cõditiones corporis: et est mutabilis sicut corpus.

Ideo di Sap.9. Corpus qd corrumpit aggrauat aiam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Sed deposito corpore p mortē: remanet aia immutabilis tc. Eccle.xi. Si ceciderit lignū ad austrū tc. Declara hanc regulā pat habet in sermone 2°. dnice.xi. post festū trinitatis: et hi.3.ar.3.

¶ Sexto psideranda est glorie securitas. h pcedit ex primo supiori. Declara pat habet in pdicto sermone pte.2. Deo gras amē.

¶ De remedijs pcti vēialis. Sermo.24.



Uasi a facie colubri tc. Sequit h mane pdicare de tertia psideratione quarti articuli. vz de remedijs pcti venialis: vbi habebimus materiā deuotā tc. Salutet virgo maria tc. Pro introductione et cōplemēto materie est notandū. qꝫ pclusio est in sacra theolo. qꝫ diuina mīsericordia adhibuit remedia p pctā venialia et h et in futuro seculo. Nō sic de mortali: qr in inferno nulla est redēptio. Prouer.xi. Mortuo homine ipio: nulla erit vltra spes. Sed peccatis venialibus adhibita sunt multa remedia hic et in futuro seculo: vt dixi. Et i hoc qdē seculo sunt sex pncipalia remedia q ponunt doc. canoniste pserttim Hostiensis sup.c. Ois vtriusqꝫ sexus. de peni. et re. que infrascripto versu ptinētur. fm Pe. de pal. in.4.di.16.q.i.ar.2. Orans: tinctus: edens: pfessus. dās. bndicens. In futuro vero seculo sunt duo remedia vltra solutionē q fit in purgatorio. vz suffragia et indulgentie. De primis sex dicemus hodie. Primum ergo remediū p veniale in hac vita est oratio. cū di Orans. Ubi nota qꝫ oratio dnica s. Pater noster hz delere venialia: sicut dicit Crisost. vl Aug°. de pe. di.3.c. De quotidianis: vbi dicit. De quotidianis breuibus leuibusqꝫ peccatis sine qbus h vita nō ducit: quotidiana fideliū oratio satisfacit. Eorū enim est dicere. Pater noster q es in celis: qui iam spūalr regenerati sunt ex aqua et spū sancto tc. Et rō huius est: qr xps qui est aduocatus noster hanc orationē instituit ad remissionē peccatoꝝ obtinendam. Cū ergo ipse aduocatus noster sit factus iudex noster: nō potest respuere orationem ab ipso institutā: nec venire p factū suum. Argumētum in.c. Diuersis falatijs. Extra de cleri. piugatis. Adde h de iecore piscis Thobie: cuius fumus fugauit demonē asmodeū Tob.8. Itē de incenso quo ecclesia vtit. ps. Dirigat oratio mea. sicut incē. in cōspec.tuo. Sub h primo modo pōt etiā ptineri vt dicit Aug° tonsio pctōris: q ad orationē ptinet p quā tonsionē etiā venialia remittunt: vt dicit Aug°. de pe. di.i. Tres sunt actiones. et hoc habuit ortū: vtputa ex eo qꝫ fecit ille publicanus qui pcutiebat pectus suum: di. Deus ppitius esto mihi peccatori. Et subdit. Amē dico vobis: descēdit h iustificatus in domū suam ab illo Luc. 18. Silr etiā dicit Petrus de palu. in.4.di. 15.q.5.ar.3.pclu.6. de oratione facta in ecclesia psecrata vt habet.3.Re.8. Siquis cognouerit plagā cordis sui et expāderit manus suas in domo hac: tu exaudies in celo et repropitiaberis tc.

¶ Scdm remediū est aspersio aque benedicte qd notat cū di tinctus. Un de hoc est textus in.c. Aquā. de psc. di.3. vbi sic di. Aquā sale psparsam populis benedicim°. vt ea cuncti aspersi sctificentur et purificētur: p et oibus sacerdotibus faciēdam esse mādamus. Naz si cinis vitule aspersus populū sctificabat atqꝫ mundabat: multo magis aqua sale aspersa diuinisqꝫ pcibus sacrata: populū sctificat atqꝫ mundat. Et si sale asperso p Heliseum pphā sterilitas aque sanata est: quāto magis diuinis precibus sacratus sal sterilitatē rex aufert humanaꝝ: et coinquinatos scificat et purgat et cetera bona multiplicat et insidias diaboli auertit et a fantasmaticis versutijs hoies defendit tc. Heb.4. Sanguis hircoruz et tauroꝝ: et cinis vitule aspersus inquinatos sctificat ad emundationem carnis.

¶ Tertiū remediū est eucharistie cōio. qꝫ nota. cum di edens. nā si homo cū debita pparatione et reuerētia accedit ad cōionē: psequit remissionē venialiū et etiā mortaliū oblitoꝝ. Un Amb. de psc. di 2. Si quotiēscūqꝫ effundit sanguis xpi: in remissionem pctōꝝ effundit. debeo semp accipe medicinā. pcordat tex. in.c. Cū oē crimen cadē: di. Peccata enim venialia nō ipediunt cōio-

nem. Unde Hilarius eadē di. Si nō sunt tā-
ta peccata vt excōicet quis.nō se dʒ a me-
dicina corporis dñi separe. Concordat tex.
in.c. Et si nō frequētius eadē di. Si aūt sit
mortale scitū ⁊ nō ꝯfessum:repellit a cōio-
ne: ⁊ nō est tali sumenti medicina:sʒ culpa
morū. Isidor. de ꝯse.di.2. Qui scelerate vi-
uunt in ecclesia:⁊ cōicare nō desinunt:pu-
tantes se tali cōione mundari: discant ad
emundationē nihil ꝓficere:sibi dicente ꝓ-
pheta. Quid est qḋ dilectus meus fecit in
domo mea scelera multa:nunquid carnes
scē auferent a te malicias tuas. Et apl's ꝓ
bet īqt seipsum hō ⁊ sic de pane illo edat
⁊ de calice bibat.hec ille. Et in hoc pecca-
tū grauissimū plurics incidunt sacerdotes
mali:ꝑsertim illi q habēt curam aiaꝝ. Pʒ
ergo ꝙ cōione eucharistie remittunt venia
lia. Addit petrus de palu.d.qḋ idem etiaʒ
operatur ois digna sacramēti susceptio: non
solū extrema vnctio.vt ꝓbat in.c.vnico. ex
tra de sacra vnctione: imo quecūꝗ sacra-
mētalis vnctio vt epoꝝ ⁊ regum. Unde.i. Re.
16. Cuʒ Samuel vnxissʒ Dauid. Spūs dñi
venit in eū. Unde dicit tex⁹. Tulit igit Sa-
muel cornu olei ⁊ vnxit eū.s. Dauid in me
dio fratrū eius ⁊ directus ē spūs dñi a die
illa in Dauid ⁊ deinceps. Idē de vnctione
qua vnguntur baptizati ⁊ manus sacerdo
tum secus de vnctione qua vnguntur pugi
les.que ois carnalis est ꝑm Pe.de palu.in
4.di.16.q.i.ar.2.

¶ Quartū remediū est ꝯfessio nō solū spā
lis sed etiā generalis.vbi notādum ꝙ du
plex est ꝯfessio gñalis:q: quedā est sacra-
mentalis qñ.s.aliqs in secreto ꝯfitet sacer-
doti quedā quoꝝ meminit: ⁊ alia venialia
in gñali.⁊ tunc illa generalis ꝯfessio ex q̄r-
tuor hʒ ꝙ valeat ad remissionē venialium
q̄tū ad culpā ⁊ etiā q̄tū ad penā.vel in
toto:vel in parte. Primo qdē ex cōtri
tione ꝯfitentis. Scdo ex humilitate ꝯfes
sionis. Tertio ex oratione sacerdotis in
q̄tū ē quedā ꝑsona. Quarto ex vi cla
uiū.⁊ ꝑ hanc etiā ꝯfessionem generalē re-
mittunt etiā peccā mortalia de quibus me
moria nō habetur. Alia est ꝯfessio gene
ralis nō sacramentalis.que fit publice co-
ram multis:⁊ cū multis in ecclesia.vt in p̄i-
ma.⁊ cōpletorio.⁊ ante missam ⁊ hʒ effi-

caciam ad remissionē venialiū. ex tribus
primis.⁊ nō ex.4°.s.ex vi clauiū. Et ꝓpē
hoc etiā nō subiungit in prima ⁊ cōpletorio
absolutio nec satisfactionis iniunctio.sʒ so-
lū misereat.vt vult Tho.in.4.sniaꝝ.di.21.
⁊ ꝯcordat cū hijs Petrus de taran.ibidē.

¶ Quintū remediū est elemosynaꝝ largi-
tio:ꝙ notatur in verbo Dans. Unde Amb.de peni.
di.i. Medicina misericordie tollit peccā ma-
gna. Habemus plura subsidia qbus peccā
nostra redimim⁹. Pecuniā habes: redime
peccā tua:nō venalis est dñs:sʒ tu ipse ve
nalis es.peccatis vendidisti⁹ es redime te ope-
ribus tuis redime te pecunia tua vilis pecu
nia sed p̄ciosa est misericordia. Elemosyna
inqt a peccō liberat.ꝯ ergo elemosynis re
dimitur.⁊ ꝯcor.tex. Hierony.in eadē di.c.
Quāobrem.vbi Hiero.inducit illō Dan.
4. Quāobreʒ rex ꝯsilium meū tibi placeat
peccata tua elemosynis redime ⁊ iniqtates
tuas misericordijs paupꝝ. Predictā āt sūt
vera nō solum de elemosynis corporalib⁹
sed etiā de spūalibus ⁊c. Die elemosynas
corporales que sunt septē ⁊ spūales ⁊c. Ui
sito:poto:cibo:redimo:tego: colligo: condo.
consule.castiga.remitte.solare. fer. ora.

¶ Sextū remedium est benedictio qḋ no-
tatur in verbo Benedicens:qḋ intelligit de
multiplici benedictione. Primo de benedi
ctione eꝑali Numeri.6. Inuocate nomen
meū super filios israel: ⁊ ego benedicā eis.
Facit.i.q.i. Dictū. Et.c. Bñdictio.c. Multi:
in fine. Idē. Scdo de bñdictione abbatis:
vt probatur ibidē. Tertio de benedictiōe
sacerdotali in missa: ⁊ hoc tenēt Ray. Uul.
⁊ Durādus.per auctēs supra positas. Idē
tenet Petrus de palu.in.4.di.16.q.i.ar.2.
De benedictione monialiū qḋ intelligo de
potentia:nō de actu sine de passiua nō de
actiua. Idem etiā dicit de pane benedicto:
nō dico de pane cōmuni.qui cū benedictio
ne sumitur ꝑm eum. Patet ergo ꝙ sex etiā
modis in hac vita venialia remittūtur. sed
vt bene intelligatur hoc est notandum. ꝙ
ista remedia non dimittunt veniale sine cō
tritione. Nullum enim peccatum potest di-
mitti quādiu voluntas manet in illo. ipsaʒ
aūt recedere voluntate ab eo ꝙ quis prius
volebat. est displicere ei qḋ voluit. Talis
aūt displicentia dolor contritionis dicitur:

quãdo est gratia informata. Et ideo peccatum etiã veniale sine ɔtritione nõ dimittit. Uñ si aliquis sit in mortali ɔstitutus: nõ potest ɔsequi remissionẽ venialis durãte mortali. Quis aspergatur aqua bñdicta: q2 ẽt tota aqua maris nõ lauaret eum. Q̃d ergo dĩ ꝙ p hmõi remedia tollantur venialia est intelligẽdum: qñ cum deuotione sumuntur. Et si dixerit aliquis homo: videt ꝙ ad nihil ꝓsint p̃dicta remedia. Nam ẽt si predicta remedia nõ accipiantur. tñ sola ɔtritione delentur peccata oĩa venialia. Sz huic rñdetur: qd l3 verum sit ꝙ sine ɔtritione nullum peccatum3 deletur tñ illa remedia dñr delere inquãtũ isti modi predicti plus incitant hominẽ ad motũ liberi arbitrij detestantis peccata q̃3 cetera bona opera. Et ideo q2 magis mouent ad ɔtritionem q̃3 cetera. opera bona: dñr remittere peccata.

Sc̃do q2 plus valent ad remissionẽ pene ꝓpter meritũ ꝛ preces totius ecclesie qbus multa ex his operantur. Tertio q2 plus sufficit generalis ɔtritio h̃ q̃3 alibi: ita tñ ꝙ homo vtatur his hac intentione: vt dicit Pe. de pa. in. 4. di. 16. q. i. ar. 2. ɔclusione. 4. ꝛ scripsi in verbo: pctm̃. Deo gr̃as. Amẽ.

¶ De suffragijs mortuoꝝ. Sermo. 25.



Uasi a facie columbi: ꝛc̃. Prosequẽdo adhuc tertiã ɔsiderationẽ3 quarti articuli: v3 de remedijs peccati venialis: sequit hoc mane predicare de suffragijs: que sunt remedia peccati venialis post hanc vitã. ꝛ in hoc relucet nobis ꝛ misericordia: ꝛ iustitia diuina. Misericordia qdem in eo qd diuina bonitas ordinauit certos modos qbus aĩa ẽt post mortem purgat. Iustitia vero in acerbitate pene: post hanc vitam3. Ideo Dauid. Misericordiã ꝛ iudiciũ cantabo tibi dñe ps. 100. Erit aũt duplex ɔsideratio. Prima de suffragijs. Sc̃da de indulgentijs. Salutetur virgo ꝛc̃. Pro cõplemẽtoẽ materie de suffragijs sunt quinq3 puncta videnda p ordinẽ. De duobus primis dicemus in p̃senti. De tribus vltimis in s̃mone sequẽti.

¶ Primo que ꝛ quot suffragia ꝓsint.
¶ Sc̃do quibus prosint.
¶ Tertio per quos facta prosint.
¶ Quarto quantum prosint.
¶ Quinto quõ quis ab eoꝝ.

Quãtum ad primum notandum: ꝙ s̃m theologos ꝛ canonistas sunt quattuor differẽtie suffragioꝝ. s. Misse oratio. Elemosyna. ꝛ Ieiuniũ. Uñ Greg. 13. q. 2. Aĩe defunctoꝝ quattuor modis soluunt: aut oblationibus sacerdotum. aut p̃cibus sanctorum. aut caroꝝ elemosynis. aut ieiunio cognatoꝝ. Sed etiã põt addi. quĩtus modus s. indulgentia. Et pro istoꝝ quinq3 suffi. lẽctia notãdum: ꝙ. p suffragia nõ acqrit nec augetur meritũ vite eterne. aĩabus defunctorũ: sed solũ remittitur vel soluitur pena. Et h̃ vel ad penaꝝ mitigationẽ. vel ad celeriorem liberationẽ. Et rõ quare nõ acqrãtur nec augetur meritũ vite eterne: q2 nõ sunt in statu merendi. Unde Apoc. 14. Amodo iam dicit sp̃us: vt requiescant a laboribus suis ꝛc̃. Duobus aũt modis põt quis per alios a pena debita liberari. Da similitudinẽ de aliquo qui esset debitor alicuius pene p̃sonal' vel pecuniarie. Posset enim3 liberari ab hoc debito dupl'r. Uno mõ p viã3 gratie. Alio modo p viã iustitie. Per viam qdẽ gratie duobus modis. Primo p intercessionẽ filij regis orantis ꝛ intercedentis p debitore. Alio mõ p intercessionẽ amicorũ regis. s. comitũ. baronũ. militum. vel aliorũ curialium. Per viã etiã iustitie põt qs liberari tripliciter. Uno mõ p viã redẽptionis pene: q2 aliquis soluit centũ vnctias: vt alius liberetur a pena. Sc̃do mõ p viam solutionis in ꝓpria p̃sona. Tertio modo p solutionẽ factã de thesauro publico: q2 respublica soluit p eius suo debitum pene. Et sic sunt. 5. modi ꝛc̃. Sic in ꝓposito põt liberari aĩa defuncti a penis purgatorij debitis: pp pctã venialia vl' mortalia h̃ remissa.

Primo enim mõ p viã gratie: dupl'r liberatur aĩa. Uno mõ p intercessionẽ filij regis iesu xp̃i filij dei qui est caput ecclesie: ꝛ h̃ modo liberatur aĩa p oblationẽ sacramẽti misse. in qua ipse filius dei oblatus sub spẽ panis ꝛ vini intercedit p nobis: ꝓpter quã intercessionẽ gratiose liberatur aĩa merito passionis xp̃i. qd qdẽ meritum

quãuis sit infinitũ tñ applicatur aiabus purgatorij finite sm quãtitatez charitatis ipsius aie p quo offertur: ⁊ etiã offerẽtis. Nota hic exẽplum qđ legitur in vitis fratrũ de illo nostro fratre defuncto: qui apparuit cuidã fratri viro sancto. ⁊ postulauit ab eo missam ⁊c. quo deuote celebrante apparens sequẽti nocte ei: dixit se liberatũ esse: ⁊ ei gratias egit. Ideo Ro. 8. Quis accusabit aduersus electos dei: Et. j. Iesus xp̃s qui mortuus est: imo q ⁊ resurrexit q est ad dexterã dei qui etiã interpellat pro nobis. Nota Qui mortuus est: qz mediãte morte ipse factus est intercessor noster: que mors figuratur p sacrificium misse. Unde Luc. 22. Hoc facite in meã cõmemoratiõnẽ. Figura habetur de sanguine agni per quem liberati sunt filij israel: ab exterminatore. Et de carcere egyptij Exo. 12. Alio vero modo p viam gratie liberatur anima p intercessionem amicoꝝ dei: ⁊ hoc modo liberatur anima p orationes sanctoꝝ: non solum cõprehensoꝝ sed etiam viatoꝝ: qui fuerunt ⁊ sunt amici dei. Jo. 14. Uos amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis. Et h̃ est scđa differentia suffragiorum.

Tertio mõ liberatur aia p viam iustitie .s. p modum redẽptionis. Ecce elemosynaꝝ largitio p quã redimitur anima a debito pene: quã pati deberet. Quarto p viam solutionis pene facte a se vel ab alio. A se quidem: si hic dum viueret ieiunauit vel alias afflictiones corporales passus fuerit. vel ab alio quando alius ieiunat pro anima que ẽ in purgatorio vel alias afflictiones patitur: qz tunc in corpore suo sustinet ⁊ soluit penam. Exẽplum de beato Dominico: qui omni nocte cum cathena ferrea tres disciplinas accipiebat: quaꝝ vna erat p animabus purgatorij: alia p peccatoribus mundi tertia p peccatis suis. Sicut ẽt ingressus religionis cuiusdam qui volebat cruce⁊ a sum re pro explendo voto patris defuncti liberauit animã patris a purgatorio. Hic exẽplũ sicut legitur in vitis fratrũ.

Quinto modo qñ soluitur pena de thesauro publico. s. de meritis xp̃i btẽ virginis ⁊ alioꝝ sanctoꝝ Et hoc modo liberaẽ aia p indulgẽtias: vt. j. latius patebit cum de indulgentijs agetur. Patet ergo differẽtia istoꝝ modoꝝ suffragiorum. Inter hos autem. 5. modos precipui sunt missa. oratio ecclesie. ⁊ elemosyna: q̃uis quecũq3 alia bona si ex charitate fiant pro defunctis eis valeant. sm Tho. in. 4. di. 45. q. 2. ar. pmo. Propter ergo ista suffragia cõferenda. bonum est ⁊ vtile aiabus q̃ eoꝝ corpora in ecclesia sepeliantur: q̃ intelligiẽ pro aiabus q̃ sunt in purgatorio: secus aũt d dãnatis. Uide Greg. in. 4. dialo. ¶ Quãtũ ad sm .s. qbus psint suffragia: notanda sunt octo. Primo notãdũ est q̃ suffragia huiusmõi nõ psunt aiabus que sunt in vita eterna per modũ indigẽtiẽ nec q̃ ad p̃miũ essentiale. Unde de cele. missa. Cum Marthe. dicitur mutata secreta Leonis pape: qua dicebaẽ Annue nobis domine: vt anime famuli tui Leonis h̃ psit oblatio. ⁊ postea fuit mutata h̃ modo. Annue domine: quesumus intercessionem beati Leonis h̃ nobis prosit oblatio. Et ideo subditur ibi Quis iniuriam facit martyri q orat p martyre. Et hoc veꝝ si est certũ aliquẽ esse in celo quia tunc videẽ infidelitas orare p eo. Si autẽ nõ est certũ: licitũ est orare pro eo. Et tunc si nõ indiget: puta qz est in vita eterna meritũ orationis redũdat ad orantẽ: iuxta illud ps̃ Oratio mea in sinu meo conuerteẽ: Et lz nõ psit sibi quo ad gaudiũ essentiale qđ nunq̃ augeẽ nec minuitur. prodest tñ sibi quo ad gaudiũ accidentale: nõ quidem vt sit maius sed vt de pluribus gaudeat. Et si queris a me quõ potest esse certum q̃ aliquis sit in celo: R̃o Multis modis sm Pe. de palu. in. 4. di. 45. q. 1. ar. 2. Primo quidem per bibliam: vt de quibusdam scriptum est: sicut de aplis preter filium pditionis. Item de latrone Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso. Itez de omnibus quos enumerat apostolus Heb. xi. Item de anima Lazari pauperis Luc. 16. Itẽ de patribus veteris testamẽti. Unde maledixit qui dicebat q̃ nolebat esse vbi est Petrus: sed vbi credebat esse Petrum qz nõ dz hesitare christianus. Hoc significatũ est in morte stephani pthomartyris: cui apertũ est celũ. Ubi dixit. Ecce video celos apertos ⁊c. Act. 8. De baptizatis etiã q̃ euolant ad celum significaẽ. Luc. 4. Iesu baptizato ⁊ orante apertum est celum ⁊c.

Tertia causa est materialis subiectiua: intelligo autem non de qua sed in qua fides existit.et hoc est subiectū fidei.Et quidem subiectum fidei immediatum est intellectus qui perficitur per fidem.sicut voluntas per spem et charitatem:sed mediatum subiectum fidei est creatura credens. Et fm hoc diffinitur fides per Dionys.c.7. de diuinis nominib9:vt refert.b.Tho.22. q.4.ar.i.Fides est manens credentiū fundamentum.collocans eos in veritate.et in ipsis veritatem in qua quidem diffinitione.est notandum circa illud quod dicitur Credentium Qui sunt credentes: qui fidē habent. Pro cuius intellectu est notandum.q de ratione cuiuslibet habitus est obiectum formale:obiectum autem formale fidei includit duo. Primum est veritas prima siue diuina fm q manifestatur in scripturis sacris et doctrina ecclesie.Secūdum est q veritas illa prima sit non visa: quia vt dictum est supra.fides est argumentuz non apparentium. Quotienscūqz ergo aliquid predictorum duorum deficit. deficit consequēter obiectū formale fidei et consequenter ipse habitus fidei. Et ideo .b. Tho.dicit.22.q.5.arti.3.q si aliquis credit omnes articulos fidei preter vnuz: dicit q de nullo articulorum habet fidem sed solum opinionem. Ratio est:quia omnes articuli: fidei habent vnum fundamentū.s. ineffabilem veritatem diuinam. Qui ergo non credit vnum articulum fidei:iam non credit fundamentum.ideo de nullo habet fidem. Da similitudinem de domo in qua essent.i2.camere que domus esset fundata super vna columna. Nam columna illa dirrupta non solum vna camera sed tota domus corruit.et sic omnes camere cadunt. Sic de fundamento fidei: et intelligo de illo.qui pertinaciter tenent. Nam siquis pertinaciter non teneret. sed putaret aliquid contra aliquem articulum fidei:iam nō esset hereticus sed errans:fm.b. Tho. vbi supra. pertinacia enim facit hereticū. 24.q.i.Dixit apostolus.Concor.Innocen. in.c.i.de summa trinita.et fide catholi. qui dicit: q siquis false opinatur aliquid contra illud q tenet ecclesia putat tamen ecclesiam sic tenere et suam opinionem fidei ecclesie supponit:non est hereticus nec peccat.Item si teneret contra determinationem vniuersalis ecclesie. Nam si aliqua ecclesia particularis determinaret aliquid quod esset erroneum et alienum a fide nō puto esse hereticum illum qui teneret contra determinationem illius ecclesie.quia hoc videtur pertinere ad ecclesiam romanam vel ad papam sicut et cetere cause maiores Extra de baptismo.c.Maiores. quia ecclesia vniuersalis errare non potest: iuxta illud Ego pro te oraui petre vt non deficiat fides tua.Luc.xxij.Et Jo.i6. Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Eodem modo non est fides in illis qui clare vident veritatem primam.sicut patet in christo:in quo nunq̄ fuit fides . etiam cum esset hic mortalis. Sic et angeli beati et anime beate non habent quo ad actum : eo q videant deum facie ad faciem. Unde i.Cor. i3. Cum venerit quod perfectuz est:euacuabitur qd ex parte est.Erat tamen in angelis fides in prima sui conditione anteq̄ confirmarentur in gratia vel laberentur in culpam. presupposito q angeli fuerāt creati in gratia.Et idem dicendum est de homine ante peccatum q habebat fidem:vt ponit.b. Tho.22.q.5.arti.i.Sic est fides in hominibus viatoribus et etiam damnatis : licet sit in illis informis fides.Sic etiā est fides in demonibus:iuxta illud Jacobi.2.Et demones credunt et contremiscunt: sz alio modo q̄ in hominibus fidelibus quia in hominibus fidelibus:fides est voluntaria. Voluntas enim mouet intellectū ad assentiendum hic que per affectum ad bonum. Unū Aug.dicit q credere est cū assentione

cogitare vt ponit. b. Tho 2 2. q. 2. ar. 1. sed fides demonum est quodammodo coacta. Uident enim demones multa manifesta iudicia e quibus percipiunt doctrinam ecclesie esse a deo et consequenter esse veram. Et ideo demones per ora abrepticiorum clamabant christum esse filium dei: Iuxta illud Luc. 4. Exibant autem demonia a multis clamantia et dicentia. Quia tu es filius dei. Et increpans nō sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse christum. Nota. Sciebant. i. cognoscebant per fidē. Uel dic q illud: quia sciebant ponatur materialr vt sit sensus nō sine. ea loqui. hoc videlicet quia sciebant ipsum rc. Percipiunt ergo demones doctrinam ecclesie esse a deo quāuis ipsi res ipsas quas ecclesia docet non videant: puta deū esse trinū vel vnum. vel aliud huiusmodi. vt ponit. b. Tho. 2 2. q. 5. ar. 2.

¶ Quarta causa est finalis complectiua que est vita eterna: Iuxta illud Io. c. viii. Hec autem scripta sunt vt credatis: quia iesus est filius dei. et vt credentes vitam habeatis in nomine ipsius. per fidem enim inchoatur in nobis vita eterna. Propter quod vocat apostolus fidem substantiam rerum sperandarum: vt dictum est supra quia. s. prima inchoatio rerum sperandarum in nobis est per assensum fidei que virtute continet omnes res sperādas. In hoc enim speramus beatificari: q videbimus aperta visione veritatem. Cui per fidem adheremus. Sm hoc ergo fides sic diffinitur. Fides est habitus mentis qua inchoatur vita eterna in nobis. faciens intellectum assentire non apparentibus. Hanc diffinitionem ponit. b. Tho. 2 2. q. 4. ar. 1. In qua diffinitione ponūtur tria. s. genus: differentia: et effectus. Genus dum dicitur. Habitus mentis: quia omnis virtus est habitus. Et differentiam dum dicit. Faciēs intellectum assentire non apparentibus. Effectum vero dum dicit. Qua inchoatur vita eterna in nobis. De quo effectu videbimus infra domino concedente. Notandum est autem q in omnibus fidelibus inchoatur nunc vita eterna et post mortem continuatur: sicut dicunt legiste de suitate in filiosfamilias. ff. de liberis et postumis l. in suis. Nam filij incipiunt habere hereditatem viuentibus parentibus: sunt enim quasi domini et consequuntur eam post mortem parentum continuatione dominij in eos: sic fideles incipiūt hic p fidē et post mortē continuant. Propter hoc dicit dns Mat. 5. Beati pauperes spiritu: qm ipsorū est regnum celorum. Nota. Est: non dicit erit. sicut econtra reprobis in quibus incipit nunc infernus. Hic pratice de superbo ambicioso quomodo semper est in anxietate et in pena: quia non habet honores vel dignitates quos desiderat. Sic de auaro rc. Crescit amor nummi: quātū pecunia crescit. Iuuenalis. Sic de luxurioso rc. Unde versus. Nescio qd sit amor: nec amoris sētio nodū Sed scio siquis amat: nescit habere modū. Ideo dicitur Deutero. 32. Ignis succensus est in furore meo: et ardebit vsqz ad inferni nouissima. A quo liberet nos Iesus christus dominus noster.

¶ De veritate fidei christiane: siue q sola fides christianorū ē vera. Sermo. 5.

Fides tua te

f

saluum fecit Luc. 18. sequitur hodie predicare de fidei veritate. Unde multis rationibus suasiuis apparebit fidem christianam esse solam veram fidem. Non enim potest ratio demonstratiua adduci: quia tunc iam non esset fides. Salutemus ergo virgo maria rc. Pro introductione ergo materie. notandum q vera conclusio est in sancta theologia: sicut tangit. b. Tho. 2 2. q. 4. ar. 6. q impossibile est q sint plures fides: sed vna tantum est fides. Et probatur. ratio est ista. Cum enim fides sit habitus quidam: habitus quidem distinguuntur secundum diuersa obiecta: oportet q vbi est vnum obiectum ibi sit vnus habitus. Obiectum autem formale fidei est veritas prima

siue diuina.sub cuius ratione credunt diuersi fidei articuli. Quare enim credo christum filium dei, crucifixum. mortuum. ⁊ resurrexisse ⁊c.⁊ remissionẽ peccatorum.⁊ carnis resurrectionẽ ⁊c: Nõ ob aliã rõnẽ: nisi q2 sic deus reuelauit: ⁊ sic vna est rõ formalis fidei:que dicitur obiectum formale:⁊ ꝯsequẽter sequitur ꝙ vna sit fides spẽ: lȝ differat nũero in diuersis subiectiue. Sicut vnũ lumen solis ꝑducit multos radios:⁊ in multis diuersimode recipit.24.q.i Loquitur. Patet ergo rõ. Auctas. Unus dñs vna fides.vnũ baptisma.vnus deus ⁊ pater omniũ Eph.4. Unde ⁊ dñs querens a discipulis.quẽ dicunt hoies esse filiũ hois: audiuit a Petro. Tu es xp̃s filius dei viui. Et rñdit. Tu es petrus ⁊ sup hanc petrã edificabo ecclesiã meã Mat.16. Nota Super hãc pe.Glo.i.sup hanc soliditatẽ fidei:q2 dicit vnã in numero singulari. sic voluit deus ꝙ ecclesia esset vna: iuxta illud Cant.6. Una est colũba mea:ꝑfecta mea. Ad idẽ facit.24 q.i.Loquitur. Una est matri sue:electa genitrici sue Cant.6. Nota Matri sue.i.ecclesie triũphantis. Et ppterea etiã voluit deus ꝙ sicut est vna fides: ita ⁊ vnus pastor. Et h fuit pmus petrus: sicut habet Mat.16. Et Jo.10. Alias oues habeo que nõ sunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere ⁊ vocem meã audient.⁊ fiet vnũ ouile.⁊ vnus pastor. Cum ergo sit vna fides:⁊ videamus diuersas credentiũ hominum opiniones siue credulitates: quia vna ꝯtrariatur alteri.oportet ꝙ omnes sint false preter vnã. nec saluatur quilibet in credulitate sua:sicut falso opinantur machometice siue saraceni. Quia cũ sit vna vera tm̃. ista sola est causa salutis:relique aũt cum sint false non pñt saluare aliquẽ : q2 false cum sint male nõ pñt esse causa salutis: q2 Arbor mala nõ põt facere fructus bonos Mat.7. Fides ergo bona est vna. Sȝ videamus que sit ista. Et dico ꝙ hec est fides christi:⁊ hoc probatur octo rõnibus. ⁊ sunt generales. De specialibus aũt auctoritatibus ⁊ rõnibus prophetarum: alias deo dante loquemur.

¶ Prima sumitur ex interiori inspiratione.
¶ Secũda ex testimoniorum approbatione.
¶ Tertia ex miraculorum patratione.
¶ Quarto ex persecutorum prostratione.
¶ Quinto ex aliarum sectarum assertione.
¶ Sexto ex physica institutione.
¶ Septimo ex diuturna duratione.
¶ Octauo ex maiorum perpetratione.

¶ Prima est propria tantum bonis fidelibus. Prima ergo ratio est ex interiori inspiratione. Et h ratio est non solum illis qui habent fidem formatam per charitatem qui interius sentiunt in mente quandam spiritus sancti presentiam que sentiri quidẽ potest. dici vero non potest:per quam agnoscunt veritatem fidei christiane : scḋm illud.i.Jo.vlt. Spiritus est qui testificatur quoniam christus est veritas. Hec pratice. Pone hominem in peccato mortali constitutum habentem quidem fidem sed informẽ:iste non poterit sentire dulcedinem illam spiritus sancti qua confirmetur in fide. Et ideo fides sua est aquatica ⁊ faciliter ei suadetur contrarium fidei.aut a diabolo interius suggerente : iuxta illud Qui secus viam hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus ⁊ tollit verbum de corde eorum ne credentes salui fiant Luc.8.aut ab homine exterius instigãte. Sed postq̃ iste talis homo agit penitentiam de peccato tam sentit inspirationem occultam interius a spiritu sancto per quam immutatur totus homo. Nam ante delectabatur homo comedere nunc ieiunare:ante de luxuria nunc de castitate:ante de cantando vane nunc de orando:ante de ridendo nunc de plangendo:ante de tripudiando ⁊ discurrendo nunc de audiendo verbum dei: ante de ornatu nunc de honestate ⁊c.ps. Hec mutatio dextere excelsi. Per quam etiam inspirationem homo qui fuerat peccator.confirmatur in fide christi. Et hoc est ꝙ dominus Jo.15. Cum venerit paraclytus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit:ille testimonium perhibebit de me. Hinc videmus ꝙ quãto plus homo elongatur a peccatis: plus confirmatur in fide. Et quanto plus peccat magis elongatur a fide. Et ratio huius est duplex. Prima est priuatiua. Secunda est positiua.

¶ Prima ratio sumitur ex parte auersionis a deo.

¶ Scda ex pte conuersionis ad creaturã.

¶ Prima ratio priuatiua est: qa intellect⁹ humanus non capit ea que sunt fidei per rõnem naturalem nisi illuminetur a spiritu sancto: iuxta illud apl'i. Nemo potest dicere dñs iesus nisi in spiritu sancto. i. Cor. 12. Et dixi supra sermone proximo pte. i. Per peccatũ autẽ mortale perdit hõ spũm sanctum: iuxta illud In maliuolã aiam non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis Sap. i. Et cõsequẽter segtur: q nõ põt hõ hmõi credere firmiter ea que sunt fidei: qa cessante causa cessat effectus. Hinc est q dñs dixit Jo. 14. Ego rogabo pãem ⁊ alium paraclytũ dabit vobis vt maneat vobiscũ in eternum: spiritũ veritatis: quem mundus non põt accipere: qa non videt eum. nec scit eum. Uos autẽ cognoscetis eum qa apud vos manebit ⁊ in vobis erit. Nota Mundus non potest accipere. i. homo mundanus carnaliter ⁊ mundane viuens. Quia ergo in peccato mortali existens spũm sanctũ non põt accipere: ideo non põt ea que sunt fidei firmiter credere. Et ideo adueniente psecutionẽ abnegat fidem. Et ideo apl's ait. Animalis homo nõ pcipit ea que sunt spũs dei: stulticia est enim illi. i. Cor. 2.

¶ Scda rõ est positiua: quia intellectus humanus qui est subiectũ fidei ita obscuratur a concupiscentia peccati mortalis: q nõ põt clare cognoscere ea que sunt fidei: iuxta illud Boetij. Nubibus atris condita nullum. Fundere potest sidera lumen. Da similitudinem de illo qui poneret obicem lumini solis: puta murum. vel tabulam. vel aliud hmõi. Ho. Supercidit ignis ⁊ non viderunt solem. Et qd mirũ cum etiã circa naturalẽ cognitionem obscuretur intellectus per concupiscentiam: Non enim deditus concupiscentie carnali. vel cupiditati lucri tpa'lis vel ambitioni. nõ põt acqrere perfecte scientiam aliquã: qa intellectus eius a concupiscentie caligine occupatur. Et hac ratione multi hodie aut nõ credunt. aut dubitant: qa intellectus est obscuratus fumo concupiscentie. Et hanc rõnẽ assignat apl's. Radix oium malorum est cupiditas: quã qdam appetentes errauerunt a fide. i. Tim. 5. Et quãto magis crescit cõcupiscentia tanto magis elongatur a fide. Unde Salomon sapientissimus concupiscentie ⁊ luxurie caligine obcecatus. in illud precipitium lapsus est: vt idolis geniua curuaret: sicut dicit. 3. Re. xi. Et Julianus apostata cõcupiscentia regnandi scdu ctus: apostatauit a fide. Sic ⁊ Judas concupiscentia auaritie infectus vendidit christum. vt infra dicetur. Sicut enim cõcupiscentia auertit hoiem a charitate ⁊ spe. Nã multi concupiscẽtia ducti auertũt se a deo per peccata mortalia: sic ⁊ a fide. Unde vt hic supra dixi Judas cõcupiscẽtia ductus vendidit xp̃m: in cuius noie mortuos suscitauerat. Et ex hoc hõ fidelis magis confirmatur in fide. qa ex quo pctm̃ ⁊ cõcupiscẽtia diminuunt fidẽ christi ⁊ totaliter tollũt. ergo ꝯcupiscẽtia ⁊ fides xp̃i sunt ꝯtraria. Fiat ergo ratio. Quãdo sunt duo cõtraria quorũ vnũ est malum. alterũ est bonũ: sed cõcupiscẽtia ⁊ fides christi sunt contraria. qz vnũ tollit aliud. ergo cum ꝯcupiscẽtia sit mala seqr̃ q fides xp̃i sit bona ⁊ consequẽter vera. Uidemus nãq q sic est in pfidia machometi ⁊ iudeorum. Quia hõ q̃to magis adheret peccatis: tanto magis ꝯfirmat̃ in illa perfidia. At in fide xp̃i. ecõtra. Quia q̃to magis homo peccat tanto magis dubitat i fide Et q̃to magis a peccato elongat̃: tanto magis in fide confirmatur. Patet ergo prima ratio.

¶ Scda ratio ex testimoniorum approbatione. Nihil eniz tam altum est ⁊ difficile ad credendũ q nõ fiat credibile: qñ testes sic de digni de illa re phibent testimonium. Da exẽplum. qd posui supra sermone primo pte. 2. ꝓ. 2. rõne testimonij. Modo ad ꝓpositũ. Nulla fides ẽ tot testibus vallata. ⁊ tanta dignitate ⁊ claritate predita ⁊ dotata: sicut fides nostra. Nam vt ꝯfirmitramus xp̃m cuius auctas infinita est. Primo fuerũt ꝓphete. de xp̃iana fide ꝓphetãtes: qui fuerunt multi ⁊ fide digni. Unde Actuũ. 10. Huic. s. xp̃o. qui est principiũ fidei nostre: oẽs ꝓphete testimoniũ perhibent. remissionẽ peccatorum accipere per nomen eius oẽs qui credunt in eũz. Itẽ dñs Jo. 5. Scrutamini scripturas in qbus pu-

tatis vitam eternã habere: ꝛ ille sunt que testimoniũ ꝑhibent de me ꝛ nõ solũ hoc est verũ de ꝓphetis fidelibus: sed etiã de gentilibus ꝛ infidelibus. quoꝝ quidã illu-strati gratia ꝓphetie multa de xp̄o ꝓdixe-rũt: sicut pꝫ de balaam Nũeri.24. quũ di-xit. Orief stella ex Jacob: ꝯsurget virga de israel. ꝛ percutiet duces moab. Sic ꝛ de Sibylla vt refert Lactãtius ꝛ Aug. in ser-mone de natiuitate dñi: ꝙ multa clare de xp̄o ꝓphetauit. Originaliter aũt hoc dicit Aug. 18. de ci. dei. c. 23. vbi ponit. 27. versus sibylle Eritree: vel s̄m quosdam Cumee qui incipiunt.

Judicij signũ tellus sudore madescet.
E celo rex adueniet per secla futurus.
Scilicet in carne p̄sens vt iudicet orbē.

Un̄ dicit Aug. ꝙ si litteras que sunt in ca-pitibus oium versuum cõnectẽtes excepto 5. versu. ꝛ 18. ꝛ 19. Et horũ trium in scripte sunt nõ legamus sed ꝓ eis. y. litterã tanq̄ in eisdē locis ipsa sit posita recordemur ex-primitur in. 5. verbis. Jesus xp̄s dei filius saluator. Itē quid Plato senserit de xp̄o ꝛ quid p̄cognouerit: vide. j. sermone. 8. pte. i. Ad idem facit qd̄ refert. b. Tho. 22. q. 2. ar. 7. ad tertiũ argu. vbi sic dicit. Inuenit̄ in historijs romanoꝝ ꝙ tēpore Cõstantini augusti ꝛ Helene matris eius. inuentum fuit quoddã sepulchꝛũ in quo iacebat hõ auream laminã habens in pectore: in qua scriptũ erat. Christus nascet̄ ex Uirgine: ꝛ credo in eum. O sol sub Helene ꝛ Con-stantini tēporibus: iterum me videbis. Ad idem facit qd̄ legit̄ in cronica martiniana sub Federico imperatore secũdo. Ubi di-citur ꝙ tempore regis Ferandi in Toleto ciuitate hispanie: quidã iudeus cõminuen-do vnam rupem pro vinea ampliãda in medio rupis inuenit cõcauitatē vnã. nul-lam penitus diuisionē hñtem nec scissuraꝫ ꝛ in cõcauitate illa repperit vnum librum quasi folia lignea hñtem: qui liber trib⁹ lin-guis scriptus erat. vꝫ hebraice. grece ꝛ lati-ne. ꝛ tm̄ de lr̄a hēbat quãtum vnũ psalte-rium. ꝛ loq̄bat̄ de triplici mundo: ab Adã vsq̄ ad Antichristũ: ꝓprietates hoium ca-sectiũq̄ mundi exprimendo. Principium vero tertij mundi posuit in xp̄o: sic dicens. In tertio mundo filius dei nascet̄ ex virgi-ne maria. ꝛ pro salute hoium patietur. Quo legēs iudeus statim cũ tota domo sua ba-ptizatus est. Erat etiã in libro scriptum ꝙ tēpore Ferandi regis Castille debebat li-ber inueniri: ꝛ h̄ ibi. Ideo ecclesia cantat. Isayas cecinit sinagoga meminit: nũq̄ tñ desinit esse ceca. Si non suis vatibus cre-dat vel gentilibus sibyllinis versibus h̄ pre-dicta. Patet ergo primũ testimoniũ ꝓphe-rum. In nulla aũt secta precesserũt vatici-nia ꝓphetaꝝ sicut in nostra. Unde p̄fidia machometi a nullo ꝓphetaꝝ fuit p̄nuncia-ta: qn potius quasi oia veteris ꝛ noui testa-menti documēta fabulosa narratiõe depra-uat: vt patet eius legē intuenti. Un̄ astuto ꝯsilio libros veteris ꝛ noui testamẽti suis sequacibus nõ reliq̄t legendos. ne per eos falsitatis redargueret̄ s̄m. b. Tho. p̄mo cõ-tra gētiles. c. 6. Christus tñ iniq̄tati sꝫ: be-ne de eo predixit. quũ dixit. Uidete ne qs vos seducat. Multi enim veniẽt in nomine meo dicentes: ego sum xp̄s ꝛ multos sedu-cent Mat. 24. Tales fuerunt Simon ma-gus ꝛ Macometus. ꝛ qdã alius q̄ dicens se eē messiam seduxit aliquos iudeos. Sic etiã secta ꝛ perfidia iudeoꝝ post xp̄i aduē-tum nullũ habuit ꝓphã affirmantē co-rũ sectam esse verã: q: oēs ꝓphete ꝛ lex vsq̄ ad Jo. ꝓphetauerunt. Mat. xi. Ratio colligit̄ ex similitudine de rege venturo in regnum: sed postq̄ venit nõ oꝫ p̄nuntiare. Aliã similitudinē ponit Greg. in p̄mo mo-ral. de stellis in nocte preuenientibus solē.

¶ Scdo fuit cõfirmata testimonijs apo-stolorum: quoꝝ sonus in oēm terrã exiuit. approbando testimoniũ ipsoꝝ ꝛ virtuose viuēdo ꝛ etiã miracula faciendo. vt infra dicetur parte proxima.

¶ Tertio testimonio euãgelistaꝝ: q̄ fue-rũt ꝛ scripserunt quattuor euangelia. quasi quattuor instrumenta omni robore ꝛ fide vallata. Cum tñ de qualibet re credat̄ vni instrumēto: a persona fide digna ꝯscripto.

¶ Quarto martyribus ꝓprium sangui-nem ꝓ fide xp̄i fundentibus: quoꝝ nume-rus tantus est. vt dicat Jo. ꝙ vidit turbã magnam quam dinumerare nemo pote-rat ꝛc̄. Apoc. 7.

¶ Quinto testimonio doctoꝝ omni sciē-tia ꝛ sapientia preditorum. Et nulla secta

vnquam habuit tot et tantos doctores: sicut christiana fides.

¶ Sexto confessorum.

¶ Septimo virginum.

¶ Octauo penitentium.

¶ Nono regum et principum mundi: qui fidem exaltauerunt ecclesias et monasteria edificando. et pro fide bellando. Sicut fuit Constantinus imperator. Justinianus. Theodosius. et reliqui principes Romani: qui cum essent dni totius mundi crucis iugo ceruices humiliter submiserunt. Patet ergo veritas fidei christiane: multorum milium testium fide dignissimorum testimonijs approbata. Cum tamen diuino et humano iure in ore duorum vel trium testium stet omne verbum Deuto. 19. Et. C. de testibus. l. Jurisiurandi. Item. ff. e. l. Ubi numerus testium non adijcitur: ibi duo sufficiant. pluris enim locutio duorum numero contenta est. Ideo dicit btus Maximus in sermone de martyribus. Magni itaque periculi reus est. si post prophetarum oracula. post apostolorum testimonia. post martyrum vulnera. veterem fidem quasi nouellam discutere presumas. et post morientium sudores ociosa disputatione de religionis veritate contendas. Nota similitudinem de ducato aureo colato per furnellum ignis. et per multorum manus transeunte. Nam quando illum recipis: ponis in bursa sine discussione an sit aureus. Sic de fide etc.

¶ Tertia ratio est miraculorum patratione. Nulla enim secta fuit miraculis approbata preter fidem christi. Nam et saraceni confitentur quod machometus dicebat se non in miraculis sed in potentia armorum esse missum: que signa etiam latronibus et tyrannis communia sunt. Cum tamen nulli debeat credi dicenti se missum esse a deo: nisi aut propheticis oraculis sicut Jo. baptista: aut signorum euidentijs sicut Moyses approbet: sicut dicitur in. c. Cum ex iniuncto Extra de hereticis. quorum vtrunque defuit machometo. Et ideo magna stulticia est illorum qui illum imitantur. Si autem queris. quomodo traxerit homines ad se: Respondeo quod dupliciter. Primo dando precepta carnalia voluptati conformia: quibus homines ad se traxit. sicut et ipse carnalis erat. Unde nota quomodo iactabat se sicut potentem ad coeundum cum mulieribus sicut quadraginta viri. Proh pudor et fetor. Nota exemplum illius saraceni philosophi qui dixit regi quod male faciebat adorare machometum qui fuit quedam bestia. et propter quod rex fecit ipsum occidi: ex consilio suorum. Promisit etiam machometus in premium carnales voluptates: que bestijs et hominibus communes sunt. Documenta etiam vera non attulit nisi que de facili a quolibet mediocriter sapiente naturali ingenio cognosci possunt: quin potius vera que docuit fabulis et falsissimis doctrinis immiscuit sicut ponit. b. Tho. in primo contra gent. c. 6.

¶ Secundo traxit ad se homines vi armorum: in quorum potentia dixit se missum: vt supra dixi. Ei etiam non aliqui sapientes in rebus diuinis et humanis exercitati a principio crediderunt. sed homines bestiales in deserto manentes. omnis doctrine diuine prorsus ignari vsque ad hodiernum diem: qui etiam nunc omni perito homine destituti sunt. Unde nec philosophos habent. nec medicos. nec theologos etc. vt audiui. per quorum multitudinem alios armorum violentia in suam legem coegit secundum b. Tho. vbi supra. Cum ergo nullo miraculo sectam suam machometus confirmauit nec diuino oraculo: manifestum est quod falsa est secta sua. Quia nescit diuina iustitia patrocinium prestare criminibus. Notandum autem quod si machometus vel alij homines illius secte vel aliarum mira alia fecissent aut fecerint: fuerunt falsa miracula. Uel si vera tamen ad finem falsitatis ex virtute diaboli perpetrata: sicut erunt illa antichristi de quo dicetur infra. Possunt autem signa facta per bonos distingui ab his que per malos fiunt quadrupliciter: sicut notat. b. Tho. in. 2. sen. di. 7. q. 3. ar. 1. in responsione ad. 2. argu. Primo ex efficatia virtutis operantis. quia signa facta per bonos diuina virtute sunt in illis etiam ad que virtus actiua nature se nullo modo extendit: sicut suscitare mortuos: et huiusmodi que demones secundum veritatem facere non possunt sed in prestigijs que diu durare non possunt.

¶ Secundo ex vtilitate signorum: quorum signa que per bonos facta sunt sunt de rebus vtilibus vt in curationibus infirmitatum. et huiusmodi. Signa autem per malos facta sunt in rebus nociuis vel vanis. Sicut quod volant in aere. Uel faciunt membra hominum stupida et huiusmodi. Et has differentias assignat. b. petrus in itinerario Clementis.

Tertia differentia est.q̄tũ ad finẽ:quia signa bonoꝝ ordinant ad edificationem fidei ⁊ bonoꝝ moꝝ:iuxta illud Mar.vltio. Illi autẽ ꝓfecti predicauerunt vbiq3 dño cooperant.⁊ sermo.cõfir.sequentib⁹ signis. Sed signa maloꝝ sunt in manifestum nocumentum fidei ⁊ honestatis.

Quarto q̄tũ ad modũ.q2 boni operant miracula per inuocationẽ diuini noĩs pie ⁊ reuerenter. Sed mali quibusdã deliramentis: sicut q incidunt se cultris ⁊ faciunt turpia. Et ita signa per bonos facta possũt manifeste discerni ab his que virtute demonis fiunt.b.Tho.

Secta etiã iudeoꝝ post christi aduentum nullo miraculo confirmata est.quin potius videmus ꝙ iudei cõiter adhibent studium artibus magicis ⁊ diuinationibus.quibus a diabolo seducti in sua perfidia cõfirmantur. Semp enĩ3 spũi sancto restiterunt:sicut arguit eos.b.Stephanus Act.7. Quãdo enim lex mosayca in suo vigore ꝑmanebat semp apostatabant ab illa vera lege. ⁊ ad idolatriã declinabant. Nam etiã viuente Moyse vitulum aureũ adorauerunt sicut legitur Exo.32.sic ⁊ successiue vsq3 ad xp̄m preuaricabant:a lege moysi ad ritum gentilium diuertebant Faciebant sibi ꝓpucia ⁊ alia legalia postergantes : sicut patet in libris machab. Postq̄ aũt illa lex accepit terminum in xp̄o. Nam finis legis xp̄s est: ad iustitiam omni credenti Ro.x. Unde ex tunc fuit mortifera lex illa q̄tũ ad cerimonialia ⁊ iud icialia.ita se fecerunt iudei illi legi ꝙ illam transgredi nullo modo volunt: q̄uis etiam de legalibus illius legis pauca obseruent. Sicut est Sabbatũ ⁊ Circũcisio ⁊ abstinentia ab aliquibus cibis. Sola igitur fides xp̄i oraculis non minimis sed maximis confirmata est:sicut patet primo in xp̄o:cui oĩa elementa ⁊ celestia corpora attestata sunt. ꝙ ipse fuit veritas ⁊ verus Messias. Nam terra testata est ꝙ ipse fuit verus messias:qñ imperio suo mortui resurgebant Mat.9.Luc.7.Jo.xi. Mare qñq3 solidum se prebuit pedibus eius. Aer etia3 qñ imperabat ventis vt cessarent : ⁊ facta est tranquillitas magna Mat.8. Corpora ẽt celestia:qñ in morte ei⁹ obscuratus est sol Item qñ stella apparuit magis in eius natiuitate sanctissima:⁊ etiã angeli cantãtes Gloria in excelsis. Item demones : qñ expellebantur solo imperio xp̄i a corporibus per ipsos vexatis:sicut ⁊ in multis aliis ⁊c. Sed ꝙ magis videtur non solum ipse xp̄s sed etiam discipuli sui ⁊ alij in noĩe eius.ꝙ nunq̄ factum fuit in veteri testamẽto: multa miracula faciebant mirabiliter sanando langores.mortuos suscitando. surdos erigendo.claudos dirigendo.cecos illuminãdo. Sed qđ est mirabilius:idiote ⁊ simplices pauperes ⁊ deiecti.sũmã sapiam ⁊ facũdiã in instanti consecuti sunt : ⁊ per mundum discurrentes ipsum xp̄i fidei submiserunt. Quod oĩbus mirabilibus mirabilius est: quadruplici ratione.

Primo ex parte predicantiũ. q erant idiote ⁊ simplices q̄tũ ad sciam acquisitã: propter hoc xp̄s noluit habere Nathanael in apl'm:q2 erat magnus legis doctor:sicut legitur Jo.i. Uide etiam in Aug.22. de ci.dei.c.5.⁊ sequentibus Erant etiã xp̄i discipuli q̄tum ad mundum:valde deiecti.

Scđo ex parte illoꝝ quos conuerterunt. Nam erant hoĩes magne potentie ⁊ nobilitatis.sicut rõani fuerũt:quoꝝ imperio totus mundus regebat. Et isti cum essent superbissimi ⁊ magne estimationis apud semetipsos nihilominus humiliter submiserunt ⁊ potentiã ⁊ nobilitatẽ ⁊ diuitias pauperibus hoĩbus ⁊ deiectis:qđ nõ nisi diuina operatione factum est.nec aliter fieri potuit Item conuersi fuerunt ad fidem xp̄i hoĩes sapiẽtissimi ⁊ magni ph̄i:sicut patet de Dionysio ariopagyta. Policarpo.⁊ Cypriano ⁊ multis aliis.

Tertio ex parte rei predicate. Predicabant enim res supernaturales:quas intellectus humanus naturali ratione capere non potest.s.deum trinum ⁊ vnum. Item hoĩem mortuũ:crucifixum cum magno vituperio:⁊ epultum e se deum saluatorem. Unde apl's.i.Cor.i. Judei signa petunt: greci sapientiam querunt:nos aũt predicamus xp̄m crucifixum. Judeis q̄dẽ scandalum.gentibus aũt stultitiam.ipsis aũt vocatis iudeis atq3 grecis xp̄m dei virtute3 ⁊ dei sapientiam. Predicabant etiã xp̄i matrem esse post partũ virginem.in hostia cõsecrata totũ corpus xp̄i contineri.mortuoꝝ

resurrectionem rc. que impossibile erant mentibus humanis infigere: nisi diuina virtus operata fuisset. qd fuit maximum miraculorum.


Quarto fuit mirabilissimum ex pte modi conuertendi. Non enim per potentiam armoꝝ apli mundū ad fidē xpi traxerūt sicut machometus fecit: vt dictum est. Cum essent deiecti ⁊ humiles: nō per diuitias qꝛ pauperimi erant ⁊ inopes: qnimmo despiciendas ⁊ relinquēdas suadebant ⁊ exemplis ⁊ verbis: ⁊ oēs virtutes amplectēdas predicabant. sicut ⁊ xpo fecerat. Non etiā per voluptates sicut etiā machometus fecit: qꝛ predicabant hoībus a voluptatibꝰ ⁊ carnalibus abstinendum esse. ⁊ castitati ⁊ abstinentie vacandum. Unde oēs voluptates penitus cohibebant. Non per scientiā acqsitam: quia idiote erant. Nec p eloquētiam: qꝛ simplices erant. Unde ⁊ apls ait. i. Cor. 2. Ego cum venissem ad vos fratres. veni non in sublimitate sermonis aut sapiētie. annuntians vobis testimoniū xpi. Nō enim iudicaui me scire aliqd inter vos nisi Jesum xpm hūc crucifixum. Et ita sermo meus ⁊ predicatio mea. nō in psuasibilibꝰ humane sapiētie verbis: sed in ostensione spūs ⁊ virtutis. Ut fides nostra non sit in sapientia hoīum sed in virtute dei. Patet ergo q nulla vi. nulla ratione. nulla occasione tpali siue humana. pdicatores fidei christiane mundum ad xpi fidem traxerūt. Relinquitur ergo q sola virtute diuina: iuxta illud dnī. Nemo potest venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum Jo. 6.

Et si diceret aliquis q apli virtute diaboli traxerunt mundū ad fidē xpi: nō valet: qa per xpm ⁊ aplos diaboli sunt expulsi a mūdo: qꝛ ⁊ idola destrui faciebant. ⁊ ab obsessorum corporibus expellebant eos. qnimo oēs artes magicas ⁊ dyalecticas fides xpi reprobat ⁊ condēnat. Ad hoc facit ratio. quam fecit dnūs cōtra iudeos Luc. xi. Qui dicebant xpm in belzebub principe demoniorum eicere demonia. Adhuc etiam mirabilissimum fuit. q inter persecutiones tyrannoꝝ innumera hoīum turba non solū simplicium sed etiā sapientissimorum hoīum ad xpianam fidem conuolabant. vt infra tangetur proxima rōne. Sigs aūt ita pertinacissimus esset q negaret miracula esse facta ad confirmationem fidei christiane: oportet q confiteatur oīno miracula esse facta. Nam qd mirabilius esse potuit vt ait Aug. 22. d ci. dei. c. 5. Et b. Tho. i. ɔtra gēt. c. 6. q̄ ad credendum tam ardua ⁊ ad operandum tam difficilia ⁊ ad sperandum tam alta hoīes absq mirabilibus signis inducere ⁊ ad relinquendum idolorum cultum qui tot milibus annoꝝ mundū vniuersum infecerat: Constat q tunc tēporis predicātibus aplis. idola per mundum celebrant. nunc aūt oīa sunt sublata. Quod si absq miraculis factum est: nil isto mirabilius esse potest. Relinquitur ergo q diuina virtute fides xpi miraculis maximis est confirmata. Unde ⁊ Mar. vltio. dicitur. Illi aūt s. apli perfecti predicauerant vbiq: dnō cooperāte ⁊ sermone confirmante sequētibꝰ signis. Et sic patet quarta ratio. Alias aūt rationes ponā in sermone primo seqnti.

De miraculis factis per aplos ⁊ alios sanctos ad gloriam dei ⁊ confirmationem fidei christiane nimis longum qnimmo impossibile esset omnia narrare: sed inter cetera nota vnum quod contingit tempore Cōstantini imperatoris in historia tripartita lib. 25. ⁊ Uincentio historiali vbi sic dicit. Tempore Constantini imperatoris ⁊ hirene vxoris eius. in Syria ciuitate Perito que subiacet Antiochie iudei imagines saluatoris iesu christi inuenientes in domo cuiusdam iudei ibi relictam a quodā christiano qui ibi manserat. eam iniuriose deposuerant. ⁊ omnia opprobria que iudei quondam christo iesu intulerant illi imagini inferebant illudentes ei. criminose conuiciantes eamq percutientes. manus ⁊ pedes eius clauis configentes. acetum ⁊ fel ei porrigentes. Tandem latere eius aperto exiuit deco sanguis ⁊ aqua. Quod illi supposita ampula suscipientes ad experimentum vtrum fuerint vera miracula que iesum fecisse audierant omnes infirmos in sinagoga collectos hoc sanguine aspergebant. ⁊ a quocunq langore detinebantur liberabantur. Unde tandem iudei cōpuncti ad Deodatum ciuitatis episcopum omnes cucurrerunt eiq re ista narrata imaginem cum sanguine eidem dederunt.

Quibus baptizatis episcopus sanguinem per ampullas diuisum longe lateqꝫ dirigēs predicabat magnalia dei. Obtestans omnes vt singulis annis .5. idus nouember celebraretur passio dn̄ice imaginis. Hec ille. Item potes hoc notare miraculū de conuersione Constātini imperatoris. Sed illud vide. j. in sermone proximo pte .l. Si aūt ab aliquo diceretur ꝙ etiam demones miracula facere possunt ⁊ etiam fecerūt tempore quo per totum mundum tanꝙ dij ab hoibus colebantur. Rn̄dendū est ꝙ nullomodo potest fieri ab aliqua creatura verum miraculum sed a solo deo. Et de hoc dic ꝫ b. Tho. in questionibus de potētia dei. Et Aug. aliquid tāgit .22. de ci. dei. c. 8. 9. ⁊ .1°. Propterea quomodo demones miracula fecissent ad destruendum cultum ipsorum qui per totum orbem tanꝙ dij colebātur.

¶ De fidei perfectione. Sermo .4.



Fides tua te saluum fecit. Luc. 18. Superiori proximo sermone vidimus tres rōnes qb' ꝓbatur fidem christi esse solam veram fidem. modo sequitur videre alias quoqꝫ rōnes que supra proximo ſmone notate sunt. Salutetur virgo ⁊c.

¶ Quarta ergo ratio. qua probatur veritas fidei christiane: est ex tyrannoꝝ persecutione. Nam nunꝙ fuit aliquod regnum tam excellens ꝙ non destrueretur per potētiam hostium. Fuerunt enim quattuor regna principalia in mundo. que omnia sunt hodie destructa. Primū fuit regnū caldeorū ⁊ Assirioꝝ. Scd'm vero fuit Persarū ⁊ Medoꝝ. Tertium Grecoruꝫ qd' incepit in Alexandro magno. Quartum ceteris potētius fuit Romanoꝝ. Hec quattuor regna fuerūt signata in visione Danielis: in qua vidit bestias quattuor. Prima erat similis leone. Scd'a similis vrso. Tertia similis pdo. Quarte aūt bestie nomen nō ponit: sed dicit ꝙ erat terribilis atqꝫ mirabilis ⁊ fortis nimis: dentes ferreos habens magnos: comedens atqꝫ cōminuēs: ⁊ reliqua pedibus suis conculcans Danielis .7. Per leenam: designatur primum regnum caldeorum ⁊ Assiriorum. Per vrsuꝫ regnū Persarum ⁊ Medorum. Per pardum: regnū grecorum. Per quartam bestiam: regnum romanorum: que omnia destructa sunt. vt patet ꝑ experientiā: ꝗuis cūqꝫ essent potentissima ⁊ ditissima. Fides aūt christiana ⁊ ecclesia habuit multas ꝑsecutiones. Nam ex vna pte fremebant principes romani ⁊ alij tyranni pagani cū potentia magna ⁊ crudelitate. Ex alia pte heretici cum sapientia magna ⁊ scientia. Ex alia pte iudei cuꝫ astutia: ⁊ nihilominus deus gloriosus semper ꝯseruauit ecclesiam ⁊ fidem christianā: vt nunꝙ deficeret. Quinimo semꝑ inter ꝑsecutiones maximas augebat ⁊ firmabat: iuxta figurā que habetur Exo. 1. vbi dicit ꝙ quāto magis egypcij opprimebāt iudeos tanto magis multiplicabant ⁊ crescebant. Item in arca Noe q̄ a fluctibus superioꝛ eleuabatur. Et hoc fuit significatum in nauicula petri que iactabatur ⁊ operiebatur fluctibus: sed christo imꝑante vento ⁊ mari: facta est trāqllitas magna Mat. 8. Plus etiam: qꝛ omnes persecutores fidei mirabiliter a deo humiliati sunt ad confirmationem fidei christiane. Naꝫ vt de ceteris imperatoribus taceam: Julianus apostata imperatoꝛ fidei christiane seuissimus persecutoꝛ fuit mirabiliter occisus. Qui quādo fuit percussus a sancto mercurio manibus suis accepit sanguinem ⁊ in aerem illū ꝓiciens aiebat. Vicisti iesu nazarene vincis ret magne minorem. Per os mihi misero parcere nāqꝫ soles. In bello ꝑsico: vt legit' in histo: ia ecclesiastica. Et vide in legenda beati Juliani martyris. Itē Constātinus imperatoꝛ fuit ꝑcussus a lepra incurabili per naturam ꝓpter persecutionem quā fidei christiane inferebat. ⁊ nunꝙ sanari potuit nisi preterꝙ fidē christi cum baptismo suscepit a btō Siluestro. Itē de Decio imperatore crudelissimo qui occidi fecit. b. Laurētiū: legit' ꝙ suffocatus a diabolo expirauit. De Quintiano etiam qui martyrizari fecit beatā Agatham: legitur ꝙ submersus in flumine miserabiliter ⁊ mirabiliter expirauit. Multa etiam alia similia leguntur in legendis sanctorum. Item de Theodosio seniore imperatore: qui miraculose habuit victoriā cōtra Eugenium ⁊ Arbogastē ⁊c. sicut legit' i historia tripartita lib. 18.

Et in Vincentio historiali. De Judeis ve
ro qui persecuti sunt xpm et aplos. quãta
dampnatione iuerunt peccatũ suum: nemo
est qui nesciat. Sicut pz in destructione hie
rusalẽ per Titũ et Vespasianũ. De qua vi
de in legenda beatoꝝ Philippi et Jacobi.
Et etiã pz in dispersione eorũdem p vni/
uersum mundũ: vbi ab omni natione de
specti sunt. et velut serui subiecti. De heret
cis eciã quantũ sint a deo humiliati: pz in/
uenientibus Cronicas. Sed dicã duo exẽ/
pla. Primũ de Ario heresiarca cuius here
sis maxime ecclesiã afflixit et dissipauit.
Iste ergo Arius primo per Nicenũ ↄdẽ/
natus est. per Constãtinũ in exiliũ relega
tus: tandẽ per eũdem ab exilio reuocatus
Alexandrie morabat. Eusebius aũt ma/
gnus Arij fautor Nicomediensis epus Con
stantinopolim Ariũ euocauit. et imperiali/
bus ibidẽ edictis euocari cõciliũ fecit. vbi
maxime cõuenerunt illi epi qui Arium se
ctabant. Itaqꝫ Alexandro cõstantinopoli
tano archiepo diem statuerunt in quo vel
Ariũ in cõione susciperet. vel ipse ab ecclesia
pulsus discedat. At ipse noctẽ precedentẽ
diem statutũ peruigilẽ in orationibus du/
xit. Et sub altari tota nocte iacens. causaz
ecclesie dño cõmendabat. Igit totius po/
puli summa expectatio erat: vt ipso mane
vel susciperet Arius. vel Alexander pel/
leret epo. Arius summo mane ↄsurgens et
epoꝝ ac populoꝝ frequẽtia vallatus ad ec
clesiã pergens. cũ in media via esset qdaz
remorsus ↄsciencie ipsum inuasit q adeo
eius vniuersa interiora cõmouit vt locum
quereret quo declinare posset ad secreta
nature. Cũqꝫ illi locum publicũ ostẽdissent
illuc cito pgens oia intestina emisit: et in
manibus diaboli miserã aiam expirauit.
et sic adinuenite heresis penã soluit. Q̄ cũ
audisset Eusebius oẽsqꝫ fautores ipsius.
tanto pudore ↄsternati sunt: vt qd facerẽt
vel quo diuerterent oĩno nescirẽt. Et sic per
secutio illa cõquieuit. Simile dr de quodã
Leone papa qui Arij fautor erat. Hic cõ
ciliũ aduocauit vt oẽs epos cogeret vt in
ariana pfidia ↄsentirent. Ad hoc ↄcilium
nõ vocatus venit Hilarius pictauiensis
epus. Q̄ dum papa audisset oĩbus mãda
uit epis ↄgregatis vt veniẽti Hilario nul
lus assurgeret: nec illi inter se locũ darent.
Cũqꝫ Hilarius aduenisset et cerneret q̃ si
bi locũ nõ facerent dixit. Dñi est terra et
plenitudo eius. Cũqꝫ super terrã ad sedẽ/
dum se posuisset terra ↄsurgens cathedrã
illi fecit. Tunc papa dixit ad eũ. Tu es
Hilarius gallus: Et ille ait. Nõ sum gal/
lus sed manens in gallia. Et ille ait. Si tu
es Hilarius manẽs in gallia: ergo sum leo
romane sedis antistes. Cui Hilarius. Et si
tu es leo: nõ tñ de tribu iuda. Et Leo ait.
Q̄ui sum: modo tibi ostẽdam. Expecta me
paulũ: donec redeam. Cui Hilarius. Et si
nõ redieris qs mihi iusticiã exhibebit: Ego
mox redeã ait Leo: et iuxta merita tibi red
dam. Itaqꝫ ad sellaz accessit ad secreta na
ture et sicut Arius oia intestina cum vita
effudit. Morte igit in cõcilio nunciata Hi
larius in mediũ surrexit: et oẽs ad catholi
cam fidem reduxit. Patet ergo quõ pse/
cutores fidei xpiane diuina ꝓuidentia hu
miliauit: vt xpiane fidei veritatẽ astrueret.
Illa vero. s. fides xpiana velut pelagi ru/
pes imota remansit. Q̄ vero nõ esset possibile
via humana. restat ergo q̃ diuina virtute
fides xpiana seruat: et ↄsequenter q̃ ipsa
sola sit vera.

¶ Quinta ratio est ex aliaꝝ sectaꝝ asser/
tione. Quia oẽs secte dicunt q̃ post suam
nostra est melior et magis rõnabilis: sicut
exẽplariter dicit de Soldano. Qui semel
ↄuocauit ad se vnũ xpianum. vnũ sarace/
nũ. et vnum iudeũ. Cũqꝫ interrogasset sin/
gulos de fide sua. vnusquisqꝫ laudabat fi
dem xpiani post suã. Christianus aũt intẽ/
rogatus vltimo dixit: q̃ sua fides erat ve/
ra. Interrogatus iterũ a Soldano quenam
melior esset post suã. Rñdit: q̃ nulla ẽ bo/
na nisi fides xpi tm. qr oẽs alie damnant.
Quia vnus dñs. vna fides. vnum baptis/
ma Eph. 4. Facit etiã ad hoc testimoniũ
Josephi de dño nostro Jesu xpo in lib. 18.
antiquitatũ. c. 9. qui sic ait. Fuit hiisdem tẽ
poribus Jesus sapiens vir: si tñ virũ eum
nolare fas est. Erat enim mirabiliũ operũ
effector et doctor eoꝝ hominũ qui libẽter
que vera sunt audiunt. Et multos quidem
iudeoꝝ multos etiã ex gentibus sibi adiũ
xit: xpo hic erat. Hūc accusatione primoꝝ
nostre gentis viroꝝ: Cum Pilatus in cru/

et agendam esse decreuisset nō deseruerūt
hi qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit
enim eis tertia die iterum viuus sm ꝙ di
uinitus inspirati pphe. vel hec vel alia de
eo innumera miracula futura eē pdixerāt.
Sed ꝛ in hodiernum diē christianoꝝ qui
ab ipso nuncupati sunt ꝛ nomen pseuerat
ꝛ genus. Ad idem facit epl'a Lucij Lētuli
romani ad romanos. Ut refert Eutropius
se repperisse in annalibus iudeoꝝ. Que in
cipit. Apparuit tēpibus ꝛ adhuc est hō ma
gne virtutis noīatus iesus xp̄s: q dicitur a
gētibus ppha veritatis. quē eius discipuli
vocant filiū dei. suscitans mortuos ꝛ sanās
oēs languores. Hō qdem staturę pcere:
mediocris ꝛ spectabilis vultū hñs venera
bilem. quē intuentes pñt diligere ꝛ formi/
dare. capillos hñs coloris nucis auellane
pmature. ꝛ planos vsqꝫ ad aures. ab auri
bus circinos crispos aliquātulū. ceruleores
ꝛ fulgētiores. ab humeris ventilantes. Di
scrimen hñs in medio capitis iuxta morem
nazareoꝝ. frontē planam atqꝫ serenissimā
cuꝫ facie sine ruga ꝛ macula aliqua: quam
rubor moderat ꝰvenustat. Nasi ꝛ oris nul
la pꝛsus est reprehensio. barbā hñs copio
sam ꝛ impuberem capillis colore similimā
nō longam sed in medio bifurcatā. aspectū
hñs simplicē ꝛ maturū. oculis glaucis va
rijs ꝛ claris existentibus. In increpatione
terribilis. in admonitione blandus ꝛ ama
bilis. hilaris seruata grauitate: qui nunꝙ
visus est ridere flere aūt sic. In statura cor
poris ppagatus rectus. manꝰ hñs ꝛ bra
chia visui delectabilia. In colloqo grauis.
rarus ꝛ modestus. Speciosus inter filios
hoīum. Machometus dicit in lege sua ꝙ
xp̄s etiā fuit magnus ppha ꝛ sanctissimus
homo. ꝛ valde amicus dei. ꝛ vocabat xp̄m
flatum dei. ꝛ matrem eius dixit esse virgi/
nem: vnde blasphematores noīs xp̄i ꝛ vir
ginis marie apud eos puniunt. Dixit etiā
machometus ꝙ deꝰ multa miracula fecit
per eum. Dicit etiā ꝙ illi qui pfecte sequū
tur xp̄m saluantur. Ex quo apparet ꝙ oīo
concluditur ꝙ nostra fides sit vera: qa si
xp̄s fuit amicus dei ꝛ sanctus hō. ergo nō
fuit mendax ꝛ deceptor: sed ipse in pluribꝰ
locis dixit se esse verum filium dei ꝛ veruꝫ
hoiem. ꝛ dixit necessarium eē baptismū ad
salutem. ꝛ alia sacramenta ꝛ alios articu/
los fidei docuit. ergo aut dicebat verum ꝛ
habetur ppositum. aut si mentiebatur ꝛ se
ducebat populū: qūo erat amicus dei? Cer
te no posset hoc esse. Nullum eniꝫ peccatū
ꝛ nullum malū fuisset isto grauius: ꝛ fuis
set supbia incomparabilis dicens se esse fi
lium dei cum non esset. Patet ergo ex his
ꝙ christiana fides est vera.

¶ Sexta ratio est ex phyfica institutione.
Quia vita quā xp̄s istituit ꝛ a veris chri
stianis seruatur. est vita moralis ꝛ virtuo
sissima. ꝛ conformis in oībus morali phie:
qd nō est in alijs sectis. Unde sicut recita
tur in historia ecclesiastica: vidētes phi pa
gani ꝙ christiani viuebant virtuosissime
multum inclinabanṫ ad christi fidem reci
piendam. Licet enim audirent aliquando
a multis detrahi christianis: tamen ipsi di
ligentius perscrutantes vitam eoꝝ inueniē
bant ipsam esse virtuosissimā. Deinde vite
rius aspicientes miracula a christianis in
christi noie facta ꝛ obstupescentes admira
bantur. Postremo videbant christianos
qñ ppter fidē xp̄i ducebanṫ ad mortem le
tanter incedere ꝛ mutuo seie exhortantes:
ac si essent ad epulas inuitati. Et cū essent
corā cippo certatim pie conabāṫ ad mortē
alter alteꝝ pueníre. Qd videntes phi ma
nifeste cognoscebāt ꝙ erat ipossibile ipsos
gaudēter mori. si viciose vixissent. Et ex hoc
multi illoꝝ puertebanṫ ad fidē xp̄i. Illi vo
q nō cōuertebanṫ laudabāt potius vitam
ipsoꝝ. Unū ꝛ magnū articulū huiꝰ: qꝛ mul
ti docti viri pagani scripserant libros post
xp̄m ꝛ tñ nullā faciūt mētionē d xp̄ianis.
Sicut Iuuenalis satyrus q fuit rephēsor
vitioꝝ. Statius. Lucanus. Seneca. ꝛ mul
ti alij. qd est signū ꝙ nō inueniebāt in fide
xp̄i aliqd rephēsibile. Alioqn verisimile est
ꝙ illā vituperassent in libris suis: sicut ꝛ ce
tera vitia. Unde dicit Augu. 6. de ci. dei ꝙ
Seneca inter alias supstitiones rephēdit
ꝛ sacramenta iudeoꝝ ꝛ maxime sabbata.
inutiliter eos facere affirmās. ꝙ p illos sin
gulos septē interpositos dies. septimā fere
ptē etatis sue pdūt. vacādo ꝛ multa in tpe
vrgētia nō agēdo ledunṫ. xp̄ianos tñ tunc
iudeis inimicissimos i neutrā ptē cōmemo
rare ausus est. ne vel laudaret contra sue

patrie veterem consuetudinē vel reprehen
deret contra ꝓpriam forsitan voluntatem.
Hec ille. Idē posset dici de iuriscōsultis q̄
fuerāt pagani. ⁊ multi eoꝝ post xp̄m.
¶ Septima ratio. est ex diuturna duratio
ne. Nam malum ⁊ falsum nō pōt diu tp̄e
durare. Unde videmus oia regna mutata
⁊ destructa ⁊ magnas ciuitates subuersas
ꝓpter mala que fiebant in eis: sicut Sodo
ma. Gomorra ⁊c. Gen̄.18. Un̄ dic scriptu
ra. Regnum a gente in gentē trāsferē pro
pter iniusticias ⁊ iniurias: ⁊ contumelias.
⁊ diuersos dolos Eccli.x. Cum ergo xp̄i fi
des durauerit tāto tp̄e ergo ⁊c. Nam iam
durauit a mille quadringētis annis citra:
ꝑimo a principio mundi. s. ab adam. quia
eadem est fides nostra cū fide antiquoꝝ
patrū veteris testamenti ⁊ etiā legis natu
re. Nam ⁊ ipi credebant in xp̄m qui tunc
erat venturus. Nos aūt credimus in xp̄m
q̄ iam venit. ergo eadē fides est spē. licet sit
diuersa numero: vt dixi supra in principio
ꝑimi s̄monis in introitu. Unde a princi/
pio mundi vsq̄ nūc semꝑ durauit ⁊ dura/
bit vsq̄ ad finē mundi. Mat. vlt. Ecce ego
vobiscum sum oībus diebus vsq̄ ad cōsu
mationem seculi. Per qḋ arguit q̄ fides
xp̄i sit vera ⁊ bona. Et ꝓpter hoc ille vene
rabilis legis doctor Gamaliel loquens iu/
deis cū prius allegasset exēpla Theode ⁊
Iude galilei: qui auerterunt successiue po
pulum post se: ⁊ tandē dissipati sunt. ipsi ⁊
oēs fautores ipsoꝝ. Postea subiunxit di/
cens. Et nunc itaq̄ dico vobis discedite
ab hoībus istis ⁊ sinite illos: quā si est ab ho
minibus ꝯsiliū hoc aut opus dissoluetur.
Si vo ex deo ē. nō poteritis dissoluere eos
ne forte ⁊ deo repugnare videamini Act.5.
Et si obijcerē de lege machometi q̄ tm̄ du
rauit: iam sunt octingēti circiter āni. Ad h̄
facilis est rn̄sio: quia lex illa est delectabilis
valde ⁊ carnalis. Unde nō durat q̄ bona
sed q̄ dele tabilis ⁊ facilis: sicut pctm̄ semꝑ
durat nō q̄ bonū sed q̄ delectabile. Lex
aūt xp̄iana est difficilis ⁊ austera ⁊ intelle
ctui ⁊ volūtati multū repugnās s̄m se. Eo
dem mō pōt rn̄deri ad culturā idoloꝝ que
ante xp̄m multis millibus ānoꝝ in mūdo
durauerat. Rō est. s. q̄ demones q̄ hītabāt
in idolis suadebant oēm voluptatē ⁊ car/
nalitatem. ideo isto modo mundum allicie
bant: Iuxta qḋ dicit̄ Sap.14. Infandorū
enim idoloꝝ cultura: ois mali causa est ⁊
initiū ⁊ finis. Si aūt obijciat̄ etiā de Iu
deis q̄ durant adhuc: rn̄deo q̄ hoc est tri
plici rōne. Prima est vt iudei sint in te
stimoniū scripturaꝝ quas in xp̄i testimo
nium allegamus: ne aliq̄ fortasse putarent
nos illas finxisse. Unde Aug.18. de ci. dei
c.46. Iudei qui xp̄m occiderunt ⁊ in eum
credere noluerunt. q̄ oportebat eū mori ⁊
resurgere: vastati infelicius a romanis fun
ditusq̄ suo regno vbi iā eis alienigene do
minabant̄ eradicati dispersiq̄ per terras: q̄n
q̄dem vbiq̄ nō desunt per scripturas suas
testimonio nobis sunt ꝓp̄hias non finxisse
de xp̄o ⁊c. Hec ille. Et de hoc allegat pro
pheta ps.58. Deus ostēdit mihi sup inimi
cos meos: ne occidas eos ne q̄n obliuiscan
tur populi mei. Sed s̄m aliam litteraꝫ.70.
ne q̄n obliuiscantur legē meam. Quam lit
teram refert Aug. vbi supra. Dispge illos
in virtute tua: ⁊ depone eos ꝓtector meus
dn̄e. Tria ergo petit xp̄o de iudeis que oia
sunt impleta hodie. Primo ne occidas eos
idest ne funditus pereant: vt dicit Glo. q̄m
uis magna pars eoꝝ fuerit occisa: q̄ dicit̄
in legenda sanctoꝝ Philippi ⁊ Iacobi:
vndecies centena millia peste fame ⁊ gla/
dio perierūt. Vel s̄m Aug. dic ne occidas
eos. i. non in eis perdas q̄ sunt iudei.
Scd̄o petit disperge illos in virtute tua.
Nam vt ait Aug. vbi supra. Parum fuit
vt diceret ne occidas eos ne q̄n obliuiscan
tur legem tuā: nisi adderet Et disperge eos.
q̄n si cum isto testimonio scripturarum in
sua tm̄modo terra nō vbiq̄ essent ꝓfecto
ecclesia que vbiq̄ est eos ꝓp̄hiaꝝ que de
christo premisse sunt testes in oibus genti
bus habere nō posset. Tertio petit depo
ne eos. i. a regno ⁊ potestate: quia in nulla
parte mundi regnant: iuxta illud Osee.3.
Dies multos sedebunt filij israel sine rege
⁊ sine principe. sine sacrificio. ⁊ sine altari. ⁊
sine ephot. ⁊ sine teraphin. Et post hec re
uertentur filij israel: ⁊ querent dn̄m deum
suum. ⁊ dauid regem suum.

Secūda ratio quare iudei adhuc durāt
ex diuina prouidentia est. vt sint in testimo
nium mortis christi. quia propter culpam

quam commiserunt patiuntur penam istam dispersionis et subuersionis. quia in omnem terram sunt subiecti et dispersi et deiecti sicut manifeste conspicimus: et hanc penam non propter aliam culpam nisi propter mortem christi. Nam ut dicit Glo. in ps. preallegato: sicut Caym signum habuit ut nemo eum occideret et tamen profugus esset super terram Ita gens Judaica habens signum circuncisionis et sabbati et pasce non est occisa et tamen sit dispersa et profuga. Et de hoc habetur Amos 2°. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus israel. et super quattuor non conuertam eum pro eo quod vendiderunt iustum argento. et pauperem pro calciamentis. Nota Super tribus sceleribus israel.

¶ Primum fuit scelus venditionis ioseph Gen. 37.

¶ Secundum adorationis vituli aurei in deserto Exo. 32.

¶ Tertium occisionis prophetarum.

Pro primo passi sunt penam quia steterunt quadringentis annis in egypto sub pharaone etc. Pro 2°. omnes fuerunt mortui in deserto preter duos. scilicet Caleph filium Jephone: et Josue filium Nun. Pro 3°. fuerunt captiuati per Nabuchodonosor. 70. annis secundum quod prophetatum fuerat per hieremiam prophetam. et tandem conuersi sunt ad deum et habuerunt misericordiam: sed pro quarto nequaquam. Quod autem fuerit quartum scelus: declarat propheta dicens. Pro eo quod vendiderunt iustum pro argento. i. christum quem vendiderunt et occiderunt.

Tertia ratio est. ut prophetie veritas impleatur: que dicit quod iudei debent durare usque ad finem mundi. Et hi qui tunc reperientur salui fient: iuxta illud ps. Conuertentur ad vesperam et famem patientur ut canes. Item Isa. i. Si fuerit numerus filiorum israel sicut harena maris: reliquie salue fient. Ad idem transumptiue Ro. 9. Item Jere. 23. Ecce dies veniunt dicit dominus: et suscitabo Dauid germen iustum: et regnabit rex et sapiens erit. et faciet iudicium et iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur iuda etc.

¶ Octaua ratio est ex malorum perpetratione que fiunt in ecclesia. Que tot sunt quod propterea merito extirpari et destrui deberent humanitus loquendo. Quis enim posset numerare diluuium peccatorum que a christianis quotidie committuntur: et tamen fides et ecclesia semper stat: Nulla natio tantum offendit contra fidem suam sicut christiani. et maxime ubi deberet esse fons sanctitatis. scilicet in clero. et in ecclesia romana: ubi est sentina vitiorum. Hic cadit exemplum quod refert per Johannem baccatio in libro qui intitulatur le cento nouelle. de illo iudeo qui antequam baptizaretur voluit venire ad ecclesiam romanam: qui videns ibi multa peccata committi dixit. Vere fides ista sustentatur a deo: et sic baptismum sumpsit.

¶ De fidei conditione. Sermo. 5.



Fides tua te saluam fecit. Luc. 18. Dicto supra de fidei veritate sequitur hodie videre de. 4. articulo. videlicet de fidei perfectibilitate siue perfectione Salutetur virgo maria etc. Pro complemento sermonis: est notandum quod secundum sententiam theologorum. ad hoc ut fides sit perfecta requiruntur septem conditiones siue circunstantie sine quibus aut non est fides aut est imperfecta.

¶ Primo requiritur Simplicitas: sine disputatione.

¶ Secundo Integritas: sine diminutione.

¶ Tertio Firmitas: sine dubitatione.

¶ Quarto Veritas: sine simulatione.

¶ Quinto Charitas: pro informatione.

¶ Sexto Animositas: cum fortificatione.

¶ Septimo Humilitas: cum subiectione.

¶ Primo igitur requiritur simplicitas etc. Ambro. Tolle argumenta: ubi fides queritur. Et ideo de iure ciuili prohibitum est de fide publice disputare: ut in. l. Nemo. C. de sum. trini. et fi. catho. De iure vero canonico solum laice persone prohibitum est publice vel priuate de fide catholica disputare: ut in. c. Quicunque. §. 5. Prohibemus. de hereticis lib. 6. Dicit tamen Inno. in. c. Damnamus. de sum. tri. et fi. ca. quod disputare de fide non licet publice turbis conuenientis cum tumultu vel sine pstdie defendende. C. de sum. tri. et fi. catho. l. i.

Si aut ad ɔfusionem hereticoꝝ vel ad vir
tutem clarificandã disputaret aliquis nõ
credimus malũ: vt fecit Silvester. Hoc In
no. Sed qꝛ post Innocentiũ fuit statutũ
simpliciter ꝙ layco nõ lꝫ de fide disputa/
re: vt in dicto. §. Inhibemus. Id simpliciť
est intelligendũ ꝛ indistincte: vt sentit ibi
Glo. Sed dices tu: ꝛ quõ ergo cum predi/
catores tot rõnes in sermonibus predictis
induxisti pro fidei veritate ꝛ doctores the
ologi etiã scripserunt libros multos fidei
rationibus roborando .i. Petri 3. Parati
semper ad satisfactionẽ ꝛc. vt. ỷ: Pro hu/
ius ergo puncti intellectu: notãdũ ꝙ sicut
ponit. b. Tho. 22. q. 2. ar. 10. Ratio hũana
inducta ad ea que sunt fidei dupliciť põt
se habere ad voluntatem credentis. Uno
modo antecedẽter. Aliomodo ɔsequẽter.
Antecedẽter quidem: sicut precedens: puta
quũ quis aut nõ haberet voluntatem aut
nõ haberet promptã voluntatẽ ad creden
dũ: nisi ratio hũana induceret: sicut Tho.
apl's voluit tangere ꝛ videre. Et sic ratio
hũana inducta: diminuit meritum fidei.
Uñ Greg. Fides nõ habet meritum: vbi
hũana ratio p̄bet experimentũ. Uñ talis
homo qui sic inquireret rationẽ humanã:
potius esset infidelis q̃ fidelis. Nõ enim
homo dꝫ credere ea que sunt fidei ꝓpter
rationẽ humanã: sed ꝓpter auctem diui/
nam: duplici ratione. Prima ꝓpter reue
rentiã: qꝛ nec fallere nec falli põt. alioquin
sibi magna irreuerentia inferť ꝛ iniuria.
Credis enim patri tuo dicenti te esse filiũ
suum. cum tñ incertũ sit apud oẽs preter
q̃ apud matrem. Uñ dñt legiste ꝙ mater
semper est certa: sed pater incertus est. nisi
p̄sumptiue. l. Quisqꝫ. §. parẽtes. ff. de in ius
vo. Et de ɔdi. ꝛ demõ. l. Titius. Et hoc ve/
rũ est apud alios: sed filius incertus est de
vtroqꝫ. Credis etiã instrumẽto notarij in
quo ɔtinetur ɔtractus vel testamentũ: vel
aliqd tale. Cur quattuor instrumẽtis xp̄i
nõ credis. i. quattuor euangelijs scriptis a
quattuor notarijs cum fide ꝛ omni credu
litate dignis ꝛ omni exceptione maiorib9:
Credis cuilibet artifici de arte sua. cur di/
uine sapientie incarnate nõ credis: Certe
magna sibi irreuerentia inferť. Doctrix est
enim discipline dei: ꝛ electrix operũ ipsius

Sap. 8. Dic mihi: si rex aut aliqua fide di/
gna persona ꝛ reuerenda diceret tibi ali/
quid: tu vero nolles credere: nisi ancilla sua
id assereret. nõne sibi magnam iniuriã fa/
ceres: Certe sic. Sic naturalis ratio: est an/
cilla dei. Id Ambro. vt dictũ est. ait. Tolle
argumẽta: vbi fides queritur. Scd̃a rõ
est qꝛ stulticia est querere rõnes humanas
hoc modo ad credẽdũ ea que sunt fidei.
Sicut enim stultus esset cecus qui vellet de
coloribus disputare: sic stultus esset ille q
vellet ea que sunt fidei ꝑ humanas rõnes
inuestigare. Cũ etiam in naturalibus que
sensu percipi possunt inuestigandis intelle
ctus noster multũ deficiens inueniať: quia
vt dictũ est. Sicut se hꝫ oculus noctue ad
lumen solis: ita se hꝫ intellectus noster ad
manifestissima in natura. ſm ph̃m. 2. Me/
thaphisice. Et id ille qui vult ꝑ humanas
rõnes inuestigare ea que sunt fidei intrat
in tẽtatiõeꝫ ꝛ in laqueũ diaboli: a quo faci
liter decipiť. Nota hic exẽplum de eua vo/
lenter cum diabolo disputare. Uñ Apls. 2.
Cor. xi. Timeo ne sicut serpens euam sedu
xit astucia sua: ita corrũpanť sensus vestri.
ꝛ excidant a simplicitate fidei que est in
xp̄o. Declara vt notaui in dñica in octaua
pasce sermone. 5. qui incipit Noli esse incre
dulus ꝛc. pte. i. Itẽ cadit hic exẽplũ illius
magistri in theologia. qui totã fidem colle
gerat in rationibus ꝛ articulis. Cũ ergo
venit ad mortẽ tentatus a diabolo ꝛ vi/
ctus. dixit matrem dñi nõ esse virginẽ ꝛc.
Sed postea pniam egit. Si ergo naturalia
nõ põt intellectus noster: vt dictũ est: inue
stigare. multo minus inuestigare ea que sũt
supnaturalia. cuiusmodi sunt ea que sunt
fidei. Da exẽplũ de calce qua ignis latẽs
ɔtineť. Et cũ naturaliter aqua extinguat
ignẽ ꝛ oleũ ipsum nutriat: tñ si qs aquã in
calcẽ mittit ignis latens incipit feruere: ꝛ
aquã calefacit. Si aũt calx ponať in oleo
ille ignis extinguiť ꝛ nõ feruet. Itẽ cũ ar/
gentũ sit clarũ. ꝛ ignis etiã sit clarus ꝛ lu/
cidus: quare denigrãt qbus apponunť ea:
Item cur palee que sunt tante caliditatis
ꝙ poma cruda nõ matura maturant: tñ
sunt tante frigiditatis ꝙ niues in media
estate ɔseruãt ne fluãt: Itẽ in egypto sunt
duo fontes iuxͣ se positi. in quoꝝ vno fa/

ces accense extinguunt. ꝛ in altero extincte accendunt. Et vnus est tam calidus in nocte vt tangi nõ possit: ꝛ tam frigidus in die: vt bibi nõ possit. Sic ꝛ in multis alijs exẽplis pꝫ: ꝙ nõ possumus naturalia inuestigare. Quantũ stultũ est ergo psumere supnaturalia inuestigare: Ergo mitte arcana dei celũqꝫ inquirere qd sit: vt ait Cato. Itẽ de magete qui trahit ferrũ: ipossibile videt scire rõnẽ. Itẽ dĩ: ꝙ Earque scimus: sunt minima ps eoꝝ que ignoramus. Et iõ postposita oĩ rõne humana dꝫ homo credere. In cuius figurã dĩ Apoc. 12. ꝙ mulier amicta sole. i. aĩa humana glorificata hẽbat lunã sub pedibus. Per lunã intellige sciã phicã que supponi dꝫ auctĩ diuine. Dicit. n. regula phie ꝙ Multiplicatis suppositis: multiplicant essentie. Auicẽ. 5. Metha. Et Com. 12. Metha Hoc verum est: nisi in diuinis. Itẽ dicit. ꝙ Finiti ad infinitũ: nulla ẽ pportio. in pmo phicoꝝ. 3°. ꝛ. 8°. Et in p°. de ce. ꝛ mũdo. Hoc verũ est: nisi in xp̃o deo ꝛ hoie. Itẽ dicit: ꝙ Locus dꝫ pportionari locato. 4°. phicoꝝ. Hoc veꝝ est: nisi in eucharistia. Itẽ ꝙ ipossibile est deũ mori ꝛc̃. Vñ Aplˢ. Videte ne qs vos seducat p philoꝫ ꝛ inanem fallaciam Coll. 2.

Scdo modo rõ humana põt se hẽe ad voluntatẽ credentis ↄ̨sequenter. Cũ. n. hõ hꝫ voluntatẽ promptã ad credendũ diligit voluntatẽ creditã: ꝛ sup eam excogitat ꝛ amplectit. si quas rõnes adhuc inuenire põt. Et quãtũ ad hoc rõ humana nõ excludit meritũ fidei: sed est signum maioris meriti. Et hoc significat Jo. 4. Vbi samaritani ad mulierẽ p quã rõ humana significat. dixerũt. Jam nõ ppt tuam loquelaꝫ credimus. Ipsi. n. audiuimus ꝛ scimus: qꝛ hic est vere saluator mũdi. Adducere ergo rõnes hũanas p fidei ↄ̨firmatione hac dẽ cã: nõ erat inutile: qnimo Theo° fidelis isto respectu dꝫ niti rõnes inducere ad fideliũ ↄ̨solationẽ. ꝛ infideliũ ↄ̨futationẽ: iuxta illud Petri apli. parati semp ad satisfactionẽ omni poscẽti vos rõnẽ de ea q̃ in vobis est fide ꝛ spe. i. Petri. 3. Licet rõnes iste que inducunt ad veritatẽ fidei ↄ̨firmandã nõ sint demonstratiue. es que in visionẽ intelligibilẽ possint inducere intellectũ humanũ. alioquin iam nõ esset fides sꝫ scia: sꝫ remouent ipedimẽta fidei. oñdendo nõ esse impossibile qd in fide pponit. Vñ p tales rõnes nõ diminuit meritũ fidei. nec ratio fm. b. Tho. q. ꝛ ar. vbi supra. 3. parte: in responsione ad scdm.

¶ Scdo requirit integritas ꝛc̃. Rñ: qꝛ si oẽs articulos crederet pter vnũ: iam nõ hꝫ fidẽ tam de illo quẽ nõ credit: q̃ʒ de illis quos credit. de qbus nõ fidem sed opinionẽ hꝫ: fꝫ. b. Tho. 22. q. 5. ar. 3. de quo dic vt dixi supra fmone. 2. pte. 3. Vñ oẽs articuli integraliter sunt credẽdi. Sunt aũt. 12. articuli. vel. 13. fm diuersas cõputationes. Pro cuius declaratione nota. ꝙ fm ꝙ dicit. b. Tho. 22. q. i. ar. 8. illa p se ptinet ad fidem quoꝝ visione in vita eterna pfruemur. ꝛ p que ducemur in vitã eternã. Duo aũt nobis vidẽda pponent. s. occultũ obiectũ diuinitatis. cuius nos visio beatos facit. ꝛ mysteriũ humanitatis xp̃i p quẽ in gloriã filiorũ dei accessum hẽt em⁹: vt dĩ Ro. 5. Vñ dĩ Jo. 17. Hec est aũt vita eterna vt cognoscant te solũ verũ deum. ꝛ quẽ misisti iesuꝫ xp̃m Et iõ pma distinctio credibiliũ est: ꝙ quedã ptinent ad maiestatẽ diuinitatis: quedã vero ptinent ad mysteriũ hũanitatis xp̃i. qd ẽ pietatis sacramẽtũ: vt dĩ. i. Timo. 4. Circa maiestatem diuinitatis tria pponunt nobis credẽda. Primo qdẽ vnitas deitatis: ꝛ ad hoc ptinet primus articulus. Scdo trinitas psonaꝝ. ꝛ ad hoc sunt tres articuli: fm tres psonas. Tertio pponunt nobis opa diuinitatis ppria. quoꝝ pmum ptinet ad eẽ nature. ꝛ sic pponit articulus creationis. Scdm vero ad esse grẽ: ꝛ sic pponunt nobis sub vno articulo oĩa ptinentia ad sanctificationẽ humanã. Tertiũ ptinet ad esse glorie. ꝛ sic ponit alius articulus ad resurrectionem carnis. ꝛ de vita eterna: ꝛ ita sunt septẽ articuli ad diuinitatẽ ptinentes. Silr etiã circa humanitatẽ xp̃i ponunt septem Ad qd facit visio q̃ habet Apoc. 5. de libro q erat scriptus intus ꝛ foris ꝛ signatus septẽ sigillis. i. septẽ articulis circa humanitatẽ xp̃i ptinẽtibus fm vnã expositionẽ. Quoꝝ articuloꝝ pmus ẽ de incarnatiõe siue de ↄ̨ceptione xp̃i. Scdo de natiuitate eius virginis. Tertius de passione eius ꝛ morte ꝛ sepultura. Quart⁹ est de descensu ad inferos. Quintus ẽ de re-

surrectione. Sextus de ascẽsione. Septim⁹
de aduentu ad iudicium. ⁊ sic in vniuerso
sunt. xiiij. Quidam tamen distingunt. xij. ar/
ticulos fidei. sex pertinentes ad diuinita/
tem: ⁊ sex pertinentes ad humanitatem.
Tres enim articulos triũ personaꝝ comp̃/
hendunt sub vno: q꞉ eadẽ ẽ cognitio triũ
personaꝝ. Articulum de opere glorificatio/
nis distingunt in duos. s. in resurrectionem
carnis. ⁊ in gloriã anime. Similit̃ articulũ
ↄceptionis ⁊ natiuitatis cõiungunt in vnũ
b. Tho. Omnes ergo predicti articuli inte
graliter ⁊ explicite sunt credendi. Alias si
quis vnum illoꝝ nõ crederet damnaretur.
Quia sicut qui totam legẽ obseruauerit: of
fenderit aũt in vno factus est omniũ reus
Jaco. 2. Sic ꝗ omnes articulos crediderit
preter vnũ. perdit fidem de oĩbus. Ratio
est: q꞉ sicut oĩa mandata habẽt cõnexionẽ
quãdam in charitate qua perdita nullum
mandatũ potest perfecte seruari: sic oẽs ar
ticuli habent cõnexionẽ in veritate diuina:
cui detrahit̃ si vnus articulus nõ credit̃.
¶ Tertio requirit̃ firmitas: sine dubitatio/
ne. Quia aliogn Dubius in fide infidelis
est: de hereticis c. i. Nõ dico de illo qui ali
quãdo tentat̃ de his que sunt fidei: tamen
semꝑ deliberato aĩo credit quicq̃d credit
sancta mater ecclesia: q꞉ talis nõ est dubi
tatio sed tentatio: sed ille dicit̃ dubitare de
his que sunt fidei qui nõ declinat ad vnaꝫ
partẽ. puta affirmatiuam plusq̃ ad negati
uam vel ecõuerso: talis est dubius in fide.
⁊ ↄsequenter infidelis. Iste ergo si in tali
statu moreret̃ ꝓculdubio damnaretur: q꞉
nõ credit. Qui aũt nõ credit iã iudicatus
i. condẽnatus est Jo. 3. Credere enim ẽ cũ
assensione cogitare: vt dicit Aug. Cum ma/
iori ergo certitudine ⁊ firmitate debemus
tenere ea que sunt fidei q̃ ea que intelle/
ctu vel sensu percipimus. Ratio est: q꞉ quã
doq꞉ sensus decipi põt. vel ex parte subie/
cti. vel ex pte medij. Vide supra ſmone. i.
pte. i. Sic ⁊ ꝓpter mediũ distantiã videbit̃
homo ⁊ apparebit animal brutũ. vel ex de
fectu luminis q꞉ de nocte vnuꝫ apparebit
esse aliud. Sic ⁊ intellectus põt decipi: si/
cut pꝫ in omni scia in qua nullus pene do
ctoꝝ fuit: qui nõ aliq̃n errauerit. Vñ dicit̃
Quãdoq꞉ bonus dormitat Homerus. Sꝫ
veritas diuina cui fides innitit̃ nõ potest
decipere: ⁊ iõ certiora sunt ea que sunt fi/
dei q̃ ea que intellectu ꝑcipiunt̃. Iõ dicit
Jaco. i. Postulet in fide nihil hesitãs. Qui
enim hesitat: silis est fluctui maris. Nota
fluctui maris. Sicut enim vnda maris nõ
stat firma sed agitat̃ ventis: modo huc mõ
illuc: sic ꝑsona que dubitat agitat̃ hinc inde
argumẽtis ⁊ rõnibus. Vide s. sermone. 3.
vbi agit̃ de fidei veritate. pte. i. Nota exem
plũ de eua q̃ voluit cum diabolo disputa/
re. ideo de verbis dei dubitauit ⁊ cecidit.
Iõ Apl's dic. i. Thi. i. habẽs fidẽ ⁊ bonã
ↄsciam: quã quidã repellentes circa fidem
naufragauerũt. Et. 2. Cor. xi. Timeo ñ ⁊c̃.
Vñ cõiter vt plurimũ tales hoĩes qui de
fide dubitant sunt hoĩes male ↄscie: qui vt
liberius voluptatibus ⁊ peccatis vacent:
dicũt. Et qd scit homo de alio mũdo: si ẽ in/
fernus vel purgatoriũ ⁊c̃. Forsitan clerici
hoc inuenerunt. Et ex hoc vide q̃tũ occe/
patur hõ a peccato: q꞉ magis credit ꝑsua/
sioni false quã sibi peccm̃ facit: q̃ xp̃o. apo
stolis. euãgelistis. martyribus. doctoribus.
p̃dicatoribus. ⁊ toti mundo. Tales. n. pe
iores sunt diabolo in hoc. Quia demones
credunt ⁊ ↄtremiscunt Jac. 2. Isti aũt nõ
credunt ⁊ ↄsequenter nõ timent: q꞉ timor
est effectus credulitatis siue fidei. Cessante
aũt cã: cessat effectus. Exẽplum audiui de
quodã solẽni medico: qui vocabat̃ magi/
ster Jacobus de forliuio ꝗ dubitabat de
articulo eucharistie. Et cũ veniret ad mor/
tẽ ⁊ suaderet̃ sibi vt cõicaret. missum ẽ ꝓ
sacerdote: cui dictũ ẽ a quodã. Vide quõ
istum cõicas: q꞉ nõ credit. Dum aũt sacer/
dos veniret cum corpore xp̃i: interrogauit
sacerdos ⁊ petijt verum crederet ⁊c̃. Rñ.
Verũ hoc crediderunt Hierony. ⁊ Augu:
Rñ. sacerdos: q̃ ita. At ille dixit. Postq̃ tã
ti hoĩes hoc crediderũt: ⁊ ego credo: ⁊ sic
sumpsit cõionẽ. Qñ aũt hõ de dubitatio/
ne tentat̃. bonũ est recurrere ad auctẽ xp̃i:
⁊ magnoꝝ doctoꝝ qui fuerunt in ecclesia.
Vñ btũs Maximus in sermone. Magni
itaq꞉ periculi reus est si post ꝓphaꝝ oracu/
la. post testimonia apostoloꝝ. post martyrũ
vulnera. veterem fidẽ quasi nouellã discu/

tare ꝓfamas: ⁊ post morientium sudores. ociosa disputatione de veritate religionis contendas.

¶ Quarto requirit̃ veritas: sine simulatione. Ueritas: ẽ adequatio rei ad intellectũ. Tunc ergo est fides vera qñ cum actu interiori credulitatis cordialis: ꝯcordat act⁹ exterior. Tria ergo debẽt cõcurrere ad hoc vt fides sit vera. Primo credulitas cordis interior firma: vt dictũ est. Scḋa cõfessio oris vt hõ omni die ꝯfiteat̃ ipsã: Ad similitudinẽ militis: qñ facit omagiũ regi genu flexo ⁊c̃. Sic quolibet mane ⁊ sero: dꝫ hõ ꝯfiteri ore fidẽ: dicendo. Credo in deum ⁊c̃. Alioquin fides interior si p os non exterius ꝓcedit paulatim deficit: sicut lumen lucerne si nõ hꝫ spiraculũ. Et idõ ꝯfessio cũ fide est necessaria. Quid si ges negat xp̄m ore victus forsasic tormẽtis sꝫ nõ corde: R̃ᵒ. Peccauit mortaliter absq̧ dubio: q2 nulla rõne debet ad hoc induci. 22. q. 2. Primũ. ⁊ hoc notat Glo. xi. q. 3. Nõ solũ. Et tex. ⁊ Glo. Ad idem facit Ro. 10. Corde credit̃ ad iustitiã: ore aũt ꝯfessio fit ad salutem. Tertio requirit̃ manifestatio operis. Quia si haberetis tantã fidẽ q̃tã habuerũt petrus ⁊ paulus nihil ꝓdeisset vobis nisi virtuose operemini. Uñ Jacob⁹. Quid ꝓderit fratres mei: si fidẽ dicat quis se hr̃e. opera aũt nõ habeat: nũqd poterit fides saluare eũ: Quasi dicat non. Et. j. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita ⁊ fides sine operibus mortua ẽ Jacobi. 2. Uerbi gr̃a. Uos creditis q̧ tres personę pater ⁊ filius ⁊ sp̃us sanctus est vnus deus: huic credulitati correspondet̃: quando aĩa. corpus. ⁊ vita. concorditer virtuose operant̃. Itẽ creditis q̧ christus tm̃ humiliauerit se ad recipiendum miseriam nostre humanitatis cum miserijs nostris ⁊c̃. Hic ostendatis opere q̧ quantumcũq̧ sitis alti nobilitate. dominio. dignitate ⁊ scientia ⁊c̃. humilietis vos: iuxta illud Eccl'i. 3. Quanto maior es: humilia te in omnibus: ⁊ coram deo inuenies gratiam. Item creditis q̧ xp̄s elegit virginem in matrem. cum tñ de alia potuisset nasci: ⁊ ipse etiam virgo fuit: ostẽdatis hoc opere vt fueritis castitatem. Dic virũ copula carnalis inter cõ

iuges sit licita tẽpore quadragesime: dic q̧ nõ. 33. q. 4. christiano. tñ nõ est mortale sed veniale: vt dicit Tho. vel nullũ nisi per cõtẽptum: quia tunc est mortale. Item credit̃ur q̧ xp̄s fuit paup. adeo q̧ nõ hẽbat lectum aut domũ: vnde de nocte sepe ibat in desertum ad dormiendum si nõ habebat aliũ locũ. Mat. 8. Uulpes foueas habent ⁊ volucres celi nidos. filius autẽ hominis non habet vbi caput reclinet: ostendatis hoc opere vt ⁊ si paupertatem voluntariã aut non vis aut non potes habere: saltem aliena restituas ⁊ elemosynas pauperibus de eo qḋ tibi superest: facias. Item creditis q̧ christus fuit passus iniurias. derisiones ⁊c̃. ⁊ tandem mortem. nec voluit recipere vindictam. imo rogauit patrẽ dicẽs. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt Luc. 23. Ostẽdatis hoc opere patiẽtie remittẽdo iniurias inimicis ⁊c̃. Alioquin mortua est fides tua. Item creditis q̧ christus fuit mortuus in cruce ⁊ tertia die resurrexit: sic ⁊ vos moriemini quantũ ad vitam peccatorum in cruce penitentie: ⁊ sic post tertium diem. s. contritionis. confessionis. ⁊ satisfactionis. precipue hoc tẽpore quadragesime: resurgetis ad vitam gratie. Ro. 4. Sicut christus resurrexit a mortuis per gloriã patris: ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Item creditis q̧ christus ascendit in celum: ostendatis hoc opere: vt in diebus dominicis ⁊ festiuis ꝓcipuis. ascendatis per contemplationem ⁊ orationem. Audiatis etiam missam totam ⁊ sermonem: vt dicatis cum apostolo. Nostra conuersatio in celis est Phil. 3. Item creditis q̧ christus est in hostia cõsecrata: ostendatis hoc opere: vt deuote cõmunicetis in pascate. saltem iuxta preceptum qḋ habetur de peniten. ⁊ remis. c. Omnis vtriusq̧ sexus. Tunc ergo est vera fides quando opera exteriora sunt conformia fidei christiane. Alias fides falsa est in homine qui vitiose viuit. licet verbis christũ cõfiteatur: Et horum magna est multitudo: q2 credere corde ⁊ confiteri solum ore fidẽ ⁊ genuflectere coram xp̄o: paruꝫ est. Quid enim tibi constat: Quid perdis audiendo missam ⁊ sermones ⁊c̃: De talibus dicit

Apostolus Tit.i. Confitentur se nosce de-
um: factis autem negant. Super quo tex-
tu dicit Hierony. Et habetur in decre. xi.
q.3. Estimant quidam in eo tantum deum
negari. si in persecutione quis a genti-
bus comprehensus se confiteri renuerit es-
se xpianum. Ecce apls in oibus q puersa sut
factis deum asserit negari. xps sapia est. iu-
stitia. veritas. scitas. fortitudo. negat per
insipiam sapia. p iniquitatem iusticia. per men-
dacium veritas. per turpitudinem sanctitas. p
imbecillitatem animi fortitudo. Quotienscuq
vincimur a vitijs atq peccatis: totiens dnm
negamus &c. Item saluator Mat.7. Non
ois qui dicit dne dne intrabit in regnum ce-
lorum: sed qui facit voluntatem pris mei qui in
celis est. ipse intrabit in regnum celorum. Pri-
mum signu dne: credulitatem cordis. Scdm
dne: significat confessionem oris. Iste no intra
bit in regnum celorum: sed q facit voluntatem &c.
per operis manifestationem. Nota q illi qui
ore confitent fidem & no opere. sunt similes il
lis qui genu flectebant ante xpm. & postea
ipsum percutiebant harundine. Sic tales
genuflectunt & adorant xpm & ipsum confi-
tentur ore. & postmodu ipsum in proximo
percutiunt. Mat.25. quod vni ex minimis
meis fecistis &c.


¶ Quinto requirit caritas pro informa
tione. Et ista est clauis perfectionis fidei.
Nam charitas est forma fidei: sm. b. Tho.
22.q.4.ar.3. Nam sine charitate nec perfe
cta est fides in se. nec pot operari: qr vt dicit
ad Gal.5. Fides per charitatem operatur.
Et si qs fidelis operatur sine charitate: ca-
ret merito: iuxta illud. 1. Cor.13. Si habue
ro oem fidem ita vt montes transferam. cha
ritatem aut non habuero nihil sum. Tunc
aut est pfecta fides qn charitate informa
tur. Talis fuit fides Magdalene: cui licet
dns dixerit Fides tua te saluam fecit: tn vt
ostenderet q illam salutem operata sit fi-
des semper charitate informata: dixit. Di-
missa sunt ei peccata multa: quoniam dile
xit multum Luc.7. Charitatem deo exhi-
beamus de corde puro. conscientia bona
& fide non ficta. De pe. di.2.c. Ergo. Non
ergo fides sine charitate peccata dimittit
sed formata charitate: quia vt dicitur
Prouerb.5. Vniuersa delicta operit cha-
ritas. Et hoc etiam vult. b. Tho. 22.q.7.
ar.2. Et est tanti vigoris fides cum chari-
tate: q etiam ante baptismum actu sum-
ptum peccatum remittit & gratiam confert:
sicut patet in Cornelio centurione Act.x.
Benefacit. c. Debitum de baptismo.

¶ Sexto requiritur animositas cum forti-
ficatione. Requiritur enim q fides sit for-
titudine roborata. vt homo sit paratus om
nia mala subire & etiam mortem pati pro-
pter fidem. Talis fuit fides Stephani.
Laurentij. & aliorum martyrum: qui per fi
dem vicerunt regna. operati sunt iustitiam.
adepti sunt repromissiones Hebr.11. Vn-
de Apoc.2. Esto fidelis vsq ad mortem: &
tibi dabo coronam vite. De qua corona ha
betur Apoc.12. Mulier amicta sole &c.

¶ Septimo requiritur humilitas cum su-
biectione: vt. s. homo humilietur coram deo
quantumcunq sit fidelis. Nec presumat de se
nec superbiat: alioquin fides sua sibi inuti
lis erit. Sicut exemplum patet in petro quan
do propter fidem suam presumens prorū-
pit in illud verbum dicens. Et si omnes scan
dalizati fuerint in te: sed non ego. Et ibi-
dem etiam. Si oportuerit me mori tecum:
non te negabo. Et ideo eadem nocte tenta-
tus de fide grauiter corruit & ter fidem ne-
gauit: quia per que quis peccat per hec &
torquetur Sap.xi. Hac enim de causa cor
ruit: quia non se humiliauit sed presumpsit
de se dicit Ambro.6.q.1. Imitare. Debet er
go fides esse humilis: quia dum humilitate
subijcitur in se ipsa perficitur. Talis fuit fi
des virginis gloriose que ait. Ecce ancilla
domini: fiat mihi sm verbum tuum Luc.1.
Credidit enim illud in se compleri quod
ab angelo prenuntiatum sibi fuerat. Et li-
cet illud maximum donum. omnia alia do
na excesserat: tamen ex hoc non se exalta-
uit sed humiliauit se: vnde & dixit. Quia
respexit humilitatem ancille tue. ecce. n. &c.
Talis etiam fuit fides cananee: que in fi-
de vera solidata in tante humilitatis pro-
funditate se collocauit: vt nec propter chri-
sti taciturnitatem. nec propter negatiuam
responsionem. nec propter illatam contu-
meliam retro discesserit: sed semetipsam ma-
gis humilians ait. Dne etiam catelli edunt
de micis que cadunt de mensa dnorum suorum

Propter quã humilitatẽ adeo pfecta fuit fides sua:vt dñs rñdens dixerit ei.O mulier:magna est fides tua:fiat tibi sicut vis Mat.15.Talis etiã fuit fides Dauid:q dicebat.Credidi pp̃ter qd locutus sum.Credidi.s.corde.Propter qd locutus suz.s.ore. Ego aũt humiliatus sum nimis.Amen.

¶ De fidei vtilitate.vel de effectibus fidei. Sermo.6.



Ides tua te saluum fecit.Luc.18.Uiso supra de.4°.articu.vz.de fidei perfectiõe:restat modo videre de.5.arti.qui est vltim⁹:vz de fidei vtilitate.Salutet ergo Maria rc̃.Pro cõplemẽto sermonis:notandũ ꝙ siqs vellet oẽs effectus fidei numerare potius sibi tẽpus deficeret.aut memoria ꝙ materia.Unde aplꝰs loquens de fide dicit.Quid adhuc dicam:Deficiet enim me tẽpus enarrantẽ Heb.xi.Et h dixit postꝙ multas laudes de fide narrauit.Nota similitudinẽ de fonte qui pducit multa flumina rc̃.Sic fides est fons qdam.Eccl'i.i. Fons sapiẽtie verbũ dei.Et pducit multa flumina.i.multos effectus.Jo.7.Qui credit in me sicut dicit scriptura:flumina de ventre eius fluent aque viue.Sunt autem octo flumina:sicut h infra dicet.Unde sicut origo oĩuz fructuũ est arbor:sic origo ꝛ fundamentũ oium virtutũ.oĩs gratie.ꝛ omnis meriti.est fides.Jdõ dr̃ Substãtia rerꝫ sperandarꝫ Heb.xi.Quia hz rõnem primi ꝛ fundamenti:vt dixi supra sermone.2.pte. 2.Unde.i.Tim.i.Fundamentũ aliud nemo põt ponere pter id qd positũ est:qd ẽ xp̃s iesus.Glo.i.fides iesu xp̃i.Aliquos ergo in presenti s̃mone effectus fidei psequemur. Ubi nota octo effectus.

¶ Primo enim fides peccata dimittit.
¶ Scdo hominem deo subijcit.
¶ Tertio mundum vincit.
¶ Quarto carnem comprimit.
¶ Quinto demonem deprimit.
¶ Sexto mirabilia facit.
¶ Septimo gratiam influit.
¶ Octauo gloriam tribuit.

Primum est gratie infusio.
Scdm est peccatorꝫ remissio.
Tertium est diuina subiectio.
Quartum est mundi despectio.
Quintum est carnis compressio.
Sextum est diaboli prostratio.
Septimum est miraculorꝫ operatio.
Octauum est glorie collatio.

¶ Primus ergo effectus siue vtilitas fidei:est qr peccata diluit.Probatꝰ rõne.exẽplo.ꝛ auctẽ.Ratio est ista.Peccatũ.n.non põt nisi p ɔtritionẽ deleri.que ẽ dolor de peccatis volũtarie assumptus.Illa enim inordinatio q̃ est facta in peccato p inordinatã delectationem reducit ad equalitatẽ iustitie p dolorẽ ɔtritionis.Dolor autẽ ille est de peccato.inquãtũ p illud offensus est deus ꝛ peccator incurrit reatum pene eterne.Propi hoc.n.peccator dolet:qr putat se offendisse deũ per peccatuz.ꝛ se esse reũ pene eterne.ꝛ dz etiã credere ꝛ sperare veniã a deo.Requirit ergo ꝙ ad h vt iustificet a peccato:credat deũ iustificatorem hominũ per ministeriũ xp̃i.Tria ergo credit peccator qui ɔterit.Primũ est qr credit se offendisse deũ peccando.Scdo credit se diuinã grãm pdidisse peccato.Tertio credit se dignũ eterne pene:ꝛ ideo timet:ꝛ qdlibz istorꝫ hz p fidẽ.Dic practice. Jdõ Ro.4.Credenti in eũ q iustificat impiũ reputatꝰ fides eius ad iustitiam s̃m ppositũ gratie dei.Si qd istorꝫ triũ deficiat:nõ põt vera ɔtritio haberi.Uide.b.Tho i.2. q.iiz.ar.4.Qd aũt peccator hoc patet:vñ hz nisi ex fide:Ergo fides est origo ꝛ fundamẽtum ɔtritionis ꝛ ɔsequẽter remissionis peccatorꝫ ex pte ipsius peccatoris:sz ex pte dei est gratia ꝛ misericordia dei:sz ex parte xp̃i est meritũ passionis sue.Hec.n. triplex cã ɔcurrit in peccatorꝫ remissionẽ: ex pte gdẽ dei misericordia:ex pte xp̃i q est deus ꝛ hõ est meritũ mortis sue:ex pte nostra fides.Hãc triplicẽ cãm ponit Aplꝰs Ro.3.Justificati gratis p gratiã ipsius:ex ore ipsius.Et p redẽptionẽ que ẽ in xp̃o iesu quẽ pposuit de⁹ ppiciatorẽ p fidẽ in sanguine ipsius:ecce scdm.Et.j.Arbitramur.n. iustificari hoiem p fidem sine operibus legis:ecce tertia.Patet ergo ꝙ fides est origo ꝛ causa iustificationis peccatorꝫ ex pte nostra.Unde Abac.2.Justus aũt me⁹ ex fide viuit.Et sic pz rõ.Exẽplum habemus in

Cornelio centurione qui cum adhuc non esset baptizatus: quia tamen habebat fidem implicitam. consecutus est peccatoꝝ remissionem. ⁊ accepte erant elemosyne sue coram deo. Unde dixit ei angelus. Orationes tue ⁊ elemosyne ascenderunt in memoriam in conspectu domini. Unde vt plenius in fide instrueret apparuit ei angelus dñi manifeste. monens eum vt accersiri faceret symonē petrū. per quē plenius instrueret de his que sunt fidei Act. 10. Ex his pȝ etiā sine baptismo peccata dimitti baptismo dico actuali: vt pȝ etiam Extra. in. c. Debitum de baptismo. Baptismus aūt nullū peccatū pōt remittere sine fide actuali in adultis. vel habituali sicut in pueris: vt Ex. in. c. Maiores: de baptismo. Nam dicit Mat. vlti. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero nō crediderit ꝯdēnabitur. Un̄ saracenus vel iudeus eo ipso ꝙ fidē habet purgat a peccatis. etiā anteq̄ actualiter baptizetur. Ideo dicit Act. 15. Fide purificans corda eoꝝ. Et nota ꝙ fides tollit peccata nō solū q̄tū ad culpam sȝ etiā q̄tū ad penam eternā. ⁊ etiā tēporalē. si est pfecta fides ⁊ ꝯtritio: sicut fuit in magdalena. ⁊ bono latrone. Exēplum etiā habet de Niniuitis: q credentes verbis Jone egerunt penitētiā. Nec solum fides ꝓpria est causa ⁊ origo remissionis peccatoꝝ: sed etiā fides aliena: de cōgruo tñ non de condigno. In cuius signū legit Mat. 8. De centurione propter cuius fidem sanatus est puer suus. Unde dixit ei dñs. Uade ⁊ sicut credidisti fiat tibi: ⁊ sanatus est puer in illa hora Mat. 8. Dic totam historiā. Sic ad p̄ces Jairi archisinagogi suscitauit xp̄s filiam eius: sicut legit Mat. 9. Et Mat. 5. Sic ad fidem ⁊ p̄ces Marthe ⁊ Magdalene suscitauit Lazarū. Et vt hoc manifeste ostnderet exquisiuit xp̄s a martha ꝯfessionē anteq̄ ipsum resuscitaret: dicens. Ego sum resurrectio ⁊ vita. Qui credit in me. etiam si mortuus fuerit viuet: ⁊ omnis qui credit in me non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utiq̄ dñe. Ego credidi: q2 tu es christus filius dei viui. qui in hūc venisti Jo. xi. Et tunc statim postea xp̄s suscitauit Lazarū: sicut ⁊ ad fidem ipsoꝝ illoꝝ qui portabāt paralyticum. Un̄ dicit Mat. 9. Ecce offerebant ei paralyticum in lecto iacentem. Uidens aūt iesus fidem illoꝝ dixit paralytico. Cōfide fili: remittuntur tibi peccata tua: Sic ⁊ fides cananee subuenit filie q̄ a diabolo vexabatur Mat. 15. Un̄ dixit ei. O mulier: magna est fides tua ⁊c̄. Super quo verbo dicit Glo. Quātū valet apud deum fides ꝓpria. apud quem tñ valuit aliena: vt intus ⁊ extra sanaret hominē? Un̄ ⁊ hodie multi peccatores ꝯuertuntur ꝓpter fidem ⁊ orationē ecclesie. Sic fides ⁊ oratio sancte Monice subuenit Augustino filio suo. Un̄ legit. Cui⁹ mater deuotissima quem carne prius pepererat mundo: charitatis visceribus postmodū multo semine lachrymaꝝ genuit xp̄o. Patet primus effectus fidei.

¶ Secundus effectus fidei est: q2 hominē deo subijcit. Et hoc quantū ad tria. Primo q̄tū ad intellectū. Scd̄o q̄tū ad volūtatem. Tertio quantum ad vitam.

Quantū ad intellectū: q2 subijcit intellectum humanū ad credendum deo de his que etiam intelligere perfecte non potest: quod est valde mirabile. Ratio: quia facit hominem operari supra naturalem potentiam. Nam naturaliter cognitio nostra habet ortum a sensu: nec potest homo cognoscere naturaliter nisi que sensu percipit: ⁊ tamen per fidem eleuat homo ad cognoscendum illa que sensu percipi possunt: nisi solo auditu. Ro. 10. Ergo fides ex auditu ⁊c̄. Et ideo est mirabile. sicut si animal brutum eleuaretur ad volandum in aere. Ideo apostolus. 2. Cor. 10. In captiuitatē redigentes intellectum vestruȝ: in obsequiū christi. Unde dicit Bernar. ꝙ tria singulariter mirabiliter fecit deus in assumptione nature humane. Coniuncta enim sunt simul deus ⁊ homo. mater ⁊ virgo. Fides ⁊ cor humanum. Hec ille.

¶ Scd̄o fides subijcit deo voluntatem hominis ad obediendum ei in omnibus quantūcūq̄ arduis. Exemplum habemus de Abraam quando ei precepit deus vt

imolaret Isaac vnigenitum suum. In qua quidem facto magna concertatio esse poterat inter naturam et fidem. Nam ex parte vna videbat Abraā q erat filius suus. Item vnicus. Item legitimus et naturalis: dilectus valde. Item non sperabat aliū ex vxore suscipere: eo q esset iam prouecte etatis. Ex alia parte fides vrgebat eū. ex quo enim deus sibi promiserat dicens. In Isaac vocabitur tibi semen Gen. 21. Credidit q licet ipsum occideret ex precepto dei. poterat deus ipsum a morte suscitare: et hac de causa in hoc tam graui certamine vicit naturam fides. Unde iuit ad montem illum vt ipsum dño imolaret: sicut legitur Gen. 22. Uñ apostolus fidē ipsius Abrae magnificans: ait. Fide obtulit Abraam Isaac cum tentaret et vnigenitū offerebat: qui susceperat promissiones. Ad quem dictum est: quia in Isaac vocabitur tibi semen: arbitrans q2 a mortuis suscitare eum potens est deus Heb. xi.

Tertio fides subijcit deo corpus et vitā hominis. Quid enim mouit matres ad sustinendum diuersa tormenta et mortem crudelem: nisi fides? Positi enim erant in hoc certamine vtrum vellent vitam aut fidem perdere: et elegerunt vitam perdere q̄ fidē: propter quā ludibria experti insuper et vincla et carceres. lapidati sunt. secti sunt. temptati sunt. in occisione gladij mortui sunt Heb. xi. Nota hic moraliter: contra illos qui pro christo nolunt dare bona temporalia in subuentione pauperum. Quō ergo darent vitam: quando non dant bona temporalia? Et hoc propter defectum fidei. Et h patet manifeste. Nam vnusquisq3 libenter daret ducatum pro lucranda vna ciuitate si haberet instrumentū promissionis validum et roboratum? Et tamen christus promittit pro vno centum et vitā eternam: iuxta illud Mat. 19. Centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis: et tamen non dant. Quod nō ex alio procedit: nisi ex defectu fidei. Magis enim credunt instrumēto notarij q̄ instrumēto christi: et magis verbis iudei q̄ verbis dei. Mater ergo martyrū fides catholica est: q̄ deo mirabili modo hominis subicit intellectum. voluntatem. et vitam. Inuñ etiā fides subijcit animam deo. q ipsam deo vnit et facit vnum cum deo: sicut vir et vxor fiunt vna caro. Unde et per fidem desponsatur anima a deo: iux illud Ose. 2. Sponsabo te mihi in fide. Unde Io. 17. Nō pro eis rogo tm̄: sed etiam pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint sicut tu pater in me. et ego in te. Et infra. Sicut et nos vnum sumus.

¶ Tertius effectus fidei est: quia vincit mundum. 1. Io. 5. Hec est victoria que vincit mundum: fides nostra. Quis est autē qui vincit mūdum nisi qui credit quoniā iesus est filius dei. Bellat enim mundus contra nos dupliciter. Primo prosperis blandiendo et alliciendo. Secūdo aduersis terrendo: vtroq3 modo hominem sepe a deo recedere facit. Fides autem in vtroq3 bello facit hominem vincere. Nam si homo est in prosperitate cōsiderat q prosperitas illa transitoria est: et q nullius momenti est. respectu futurorum bonorum que in futura gloria expectamus. et ex hoc contemnit ipsa. nec ponit spem in ipsis. presertim quia considerat homo q bona temporalia sunt impeditiua bonorum eternorum. Unde Greg. Tanto quis a superno amore disiungitur: quanto quis inferius delectatur. Et ad hoc etiam inducit fides: sez ad mundi contemptum: exemplo christi qui prosperitatem et temporalia bona contempsit et aduersa sustinuit. vnde regnum fugit. Io. 6. Non autem crucem. Ideo Hebr. 12. Aspicientes in auctorem fidei. et consumatorem iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Sunt ergo bona temporalia impeditiua bonorum eternorum: propter quod dicebat saluator. q Facilius potest camelus per foramē acus intrare: q̄ diues in regnū celorum Mat. 19. Unde plerūq3 homo relinquit omnia temporalia bona. et parentes. et amicos: vt expeditius acquirat eterna. Et hoc vnde: nisi ex fide quam habet de eternis propter verbum christi dicentis: Omnis qui reliquerit domum vel

fratres. aut sorores. aut patrem: aut agros. propter nomen meum. centuplum accipiet et vitam eternam possidebit Mat.19. Si autem homo est in aduersitate: patienter per fidem sustinet. Considerat enim quod per tribulationes huius mundi patienter sustentas. homo acquirit vitam eternam incomparabiliter meliorem ista. 2.Cor.4. Id enim quod in presenti est momentaneum et leuis tribulationis nostre: supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis. Nec sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam: que reuelabitur in nobis Ro.8. Propter hoc ergo homo sustinendo patienter. vincit mundum. Et hoc vnde habet nisi ex fide? Si autem fidem non habet omnia timet. omnibus passionibus est subiectus. et in prosperitatibus temporalibus bonis spem figit. et sic tandem a mundo vincitur et decipitur. Figura ad hoc habetur de virga moysi qua percussit mare et diuisit. et sic filij israel transirent liberati ab oppressione Pharaonis Exo.14. Virga significat fidem qua transit illesus homo per mare huius mundi. Ad idem facit figura de archa Noe: quam aqua diluuij ad sublimiora tulit Gen.7. Omnes autem quos extra archam inuenit extinxit: vt ponit Greg. in li° mor. Et habetur in dec.24.q.1. Quia et sola. Sicut igitur insurgentibus aquis archa eleuabatur superius: sic tunc fides eleuat hominem ad superiora. cum magis insurgunt mundi aduersitates. Ro.5. Non solum autem: sed et gloriamur in tribulationibus: scientes quia tribulatio patientiam operatur. patientia autem probationem. probatio vero spem. Ad idem in nouo testamento habetur figura de petro qui ad iussum domini ambulabat super mare vt iret ad Iesum: sed cum timuisset ventum validum cepit mergi. Unde continuo Iesus extendens manum apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei quare dubitasti Mat.14. Nota ergo quod quamdiu habuit petrus fidem firmam ibat supra mare: sed quamprimum cepit dubitare. cepit mergi: ad significandum quod in mari huius mundi homo illesus vadit quamdiu homo firmam fidem habet: quia per fidem contemnit aduersa mundi et quandoque per fidem a multis periculis preseruatur. Sed qui dubitat de fide: multa incurrit periculo. quibus vincitur et in corpore et in anima. Unde ad propositum dicit Ambro. et habetur in decre.24.q.1. Non turbatur nauis que petrum habet. et turbatur que Iudam habet: et si multa illic discipulorum merita nauigabant. tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. In vtraque petrus: sed qui suis meritis firmus est: turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum. caueamus proditorem. ne per vnum fluctuemus plurimi. Et infra. Ibi ergo turbatio: vbi modica fides. Ibi securitas: vbi perfecta dilectio. Et ita etiam experimento vidi quandoque. Nota exemplum de domino Stephano medico qui captus a curia in vigil. natiuitatis domini propter proditionem discopertam: cum fuisset acriter questionatus. dixit compellente eum diuino iudicio. Merito hoc tali die patior quia olim non credebam natiuitatem domini etc. postea vero decapitatus est. et in fide ecclesie me presente mortuus est. Hec ergo est victoria que vincit mundum fides nostra. 1.Io.5.

¶ Quartus effectus est: quia carnem comprimit. Caro enim bellat aduersus spiritum cum delectationibus et voluptatibus. Unde Gal.5. Caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem: hec enim sibi inuicem aduersantur. vt non quecunque vultis illa faciatis. Sed quomodo in hoc bello speratur victoria nisi per fidem? Nam fides dicit homini quod si carni consenserit pro delectatione momentanea que communis est nobis et bestijs. perdit homo eterna: que communia sunt nobis et angelis: et penas incurrunt eternas. Ro.8. Si enim secundum carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Item Gal.6 Qui seminat in carne: de carne et metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu. de spiritu metet vitam eternam. Qui autem fidem non habent oportet quod carni succumbant. Ideo Apostolus hortatur: dicens. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere Eph.6. Unde Hiero. ad Eustoch. de virginitate seruanda. Siquando senseris exteriorem hominem florem adolescentie suspirare. et accepto cibo iacente in lecto compositam dulcis libidinum pompa concusserit: arripe scutum fidei in quo ignite diaboli extinguuntur

fugitte. Nota exemplum de illo hieremia qui tentatus a quadam muliere oes sibi digitos combussit 7c. sic Antonius. sic Pieronymus. sic benedictus. sic dnicus. sic frãciscus. Et oes sancti per fidem vicerunt regna: 7 carnales tentationes. Heb. xi. Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iustitiam 7c.

¶ Quintus effectus est: q2 deprimit demonem. Diabolus enim q̃rit libenter eruere hois fidem. que est oculus aie. Sicut coru9 primo currit ad oculum cadaueris. Item oculum fidei diabolus sibi consentientibus volant: ne videant quo ducant: sicut solent oculi velari his qui ducuntur ad patibulũ. Itẽ facit diabolus peccatori sicut fit aiali qñ mollit ad rotã sive molendinũ: alioquin nõ vult circuire. Sic diabolus si operuerit oculos mentis tollendo fidem in omne peccatum qd volucrit hoiem inducit. Tentat igitur hoiem diabolus de omni peccato. sed precipue de supbia: vt nõ obediat pceptis dei nec deo subiciatur sed sibi. Hoc aũt remouet fides. per quã cognoscimus q deus est dñs oium 7 ei soli sit obtẽperandum. 7 ipse solus sit adorandus: Iuxta illud Mat. 4. Dñũ deum adorabis 7 illi soli seruies. Propter hoc exhortat nos apls petrus dicens. Aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit 7c. i. Petri vltimo. Figura habet de Dauid vincente Goliath cum qnq lapidibus de torrente 7 cum funda 7 baculo. Goliath interptat transiens: 7 significat qui transiuit de celo in terram. de gr̃a in culpam. de lo vnditate angelica ad penã infernalẽ. 7 de angelo factus est diabolus. Mat. vlt. Signa aũt eos qui crediderint hec sequntur. In nomine meo demonia eijcient 7c. Per funda vero põt dici q significatur oro. Per peram vero pastoralem vbi lapides reponuntur: significatur memoria. Triplex autẽ ictus. lapidum quos Dauid piecit in goliath: significatur fidem trinitatis. Uel aliter. Per baculum significatur crux xp̃i. Per qnq lapides de torrente: qnq vulnera xp̃i. Per fundam significatur memoria. 7 sic p fides christi 7 memoriã crucis vincit diabolus. Hic historiaz si videtur tibi: prout habet. i. Re. 17. Item potest poni exemplum de sancta Iustina. 7 de sancto Cypriano.

¶ Sextus effectus est: quia mirabilia facit. Multa enim mirabilia que fuerunt ab aplis 7 alijs sanctis facta. virtute fidei patrata sunt: vel ipsos facientiũ vel illoz qui bus facta sunt. Unde 7 xp̃s faciebat miracula. non pp̄ter eius fidẽ q2 fides nõ erat in eo: sed ꝓm fidem illoz q̃bus ipse miracula faciebat. Unde dixit Centurioni. Uade 7 sicut credidisti fiat tibi Mat. 8. Et Mat. 6. dicit q nõ poterat in patria sua facere signum pp̄ter incredulitatẽ eoz. Nota Nõ poterat. i. nolebat q2 potentie sue nõ ꝯgruebat. Sic exponit Glo. i. q. i. c. Manifestissime in Glo. vltima. Uel dic ꝓm Tho. q hoc qd dicit Non poterat: non refert ad potentiã absolutã: sed ad id qd põt fieri congruẽter. Nõ enim cõgruum erat vt inter incredulos operet miracula. Unde subdit. Et mirabatur pp̄ter incredulitatẽ eoz. ꝓm quez modum dicit Gen. 18. Unde celare potero Abraã que gesturus sum: Et Gen. 19. Nõ potero facere q̃cq̃ donec ingrediaris illuc: ita exponit. b. Tho. pte. 3. q. 43. ar. 2. i r̃sione ad primũ. Fides est mater oium miraculoz q̃ facta sunt i mũdo. O fidei magna potẽtia. Nã elemẽta oia 7 corpa celestia: fidei obediẽtiã exhibuerũt. Nã primo terra fidei obediuit dum p xp̃m 7 petrũ 7 alios sanctos. mortui resuscitati sunt: ad quorum imperiũ terra se appuit 7c. pp qd dicit dñs Si habueritis fidẽ sicut granũ synapis: dicetis mõti huic trãsi hic 7 trãsibit Mat. 17.

Scdo aqua: fidei obediuit: sicut patuit in mari rubeo qd se apuit ad imperium moysi Exo. 14. Itẽ in trãsitu Iordanis p Iosue. Tertio aer: sicut patuit qñ xp̃o pcipienti vẽto 7 mari facta ẽ trãqllitas magna Mat. 8 Itẽ Theodosio impatori ad cui9 fidẽ 7 orõnem motus est vẽtus maximus q irruit vehemẽter in hostes: adeo vt oẽs debellati fuerint. sicut legit in eccl'iastica historia. Et refert Glo. magna Io. an. in cle. Si dñm declinqs 7 ve. scõ in fine glo

Quarto ignis: sicut p3 i trib9 pueris piecti i camino ignis ardẽ: q̃s oio nõ tetigit ignis nec cõtristauit: sicut legit Dan. 3. Idẽ p3 in multis scis q in ignẽ piecti illesi manebãt

Quinto corpora celestia: sicut p3 de sole q ad iussum Iosue stetit Iosue. x. Itẽ tpe

Ezechie reuersus est sol decē lineis Isa.38.
Sexto demones: vnde ad fidem aplo⁊
⁊ alio⁊ expellebantur de corporibus ener-
guminum obsessorum. Septimo omnes
creature: vnde omnes langores sanabant.
sicut p₃ de Enea Actu.9. Et ad vmbra₃ pe
tri sanabantur in firmi. sicut dicitur Act.5.
Unde Mar.vlti. dicitur. Signa autē eos
qui crediderint hec sequentur. In nomine
meo demonia ejicient. linguis loquētur no-
uis. serpentes tollent. Et si mortiferum qd
biberint nō eos nocebit. Super egros ma-
nus iponent: ⁊ bene habebunt. Patet er-
go quomodo mirabilia fides operat. Itē
Mar.9. Si potes credere: omnia possibilia
sunt credenti.

¶ Septimus effectus est: q₂ grām infundit
seu infundit. Rō est: q₂ grā cum sit forma
q̄dam nō infundit in subiectū qd est aīa:
nisi cōueniēter p̄paratū. Quia actus acti-
uorum sunt in patiente disposito. Disponit
aūt aīa ad grām per voluntatē ad bonū
i. Re.7. Preparate corda vestra dño. Vo-
luntas aūt presupponit cognitionē intelle-
ctus: q₂ non pōt voluntas ferri nisi in rem
apprehensam. Intellectus aūt p̄ficit in co
gnitione diuinorū per fidē: igitur fides est
dispositio aīe ad grām suscipiendā: ⁊ sic est
causa gratie gratum facientis. ⁊ hoc verū
est de fide informati. Sed fides formata
per charitatem est effectus gratie potius
q̄ causa. Unde Hebr.xi. Sine fide: impos
sibile est placere deo. Pro latiori tamen de
claratione: Nota q₂ gratia dupliciter po-
test dici. Uno modo ipsū auxilium dei mo
uentis aīam ad bonum: ⁊ tunc fides est ef
fectus ipsius gratie: vt dictum est supra ser-
mone scdo vbi agitur de quiditate fidei p̄-
te.i. Aliomodo dicitur grā ipsum habitua e
vel donum: ⁊ sic p̄requiritur fides per rō-
nem que hic ponitur. Patet ratio. Aucto-
ritas. Oportet accedentem ad deū crede
re Hebr.xi. Item Jo.7. Qui credit in me
sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius
fluent aque viue. Hoc autem dixit de spi-
ritu quem accepturi erant credentes in eū.
Et hinc est q₂ cathecismus precedit bapti
smum. Ante enim q̄ baptizetur quis instrua
tur de his que sunt fidei ⁊c̄. vt detur intel-
ligi quia ad receptionem gratie baptismā-
lis: requiritur preparati fidei. Jo.xi. Qui
credit in me: etiam si mortuus fuerit ⁊c̄. s.
vita gratie. Et sic duplici medio: conclusio
ista probatur. s. ratione ⁊ auctoritate. Itē
Ro.i. Hebr.x. Justus ex fide viuit.

¶ Octauus effectus est: quia gloriam tri-
buit. Patet ratio. ⁊ auctoritas. Ratio est:
quia sine principio non potest esse medium
neq₃ finis: sed principium glorie est fides.
Sicut enim tempore diluuii non fuit salus
alicui sine archa: sic nec alicui est salus sine
fide. Figura de scala Jacob. Unde fides
dicitur substantia rerum sperandarū Heb.
xi. Ergo primordium ⁊ origo glorie est fi-
des. Unde Mar.vltimo. Qui crediderit
⁊ baptizatus fuerit: saluus erit. Exem-
plum patet in latrone: ⁊ in magdalena.
Cui dictum est. Fides tua te saluam fecit
Luc.7. Et in pueris baptizatis. Et de Tho.
cui dictum est Beati qui non viderunt ⁊
crediderunt Jo.20. Ideo dicit Jo. Hec
autem scripta sunt vt credatis quia iesus
est filius dei. ⁊ vt credentes vitam habea-
tis in nomine ipsius. Item Jo.3. Sic deus
dilexit mundum vt filium suum vnigeni-
tum daret: vt omnis qui credit in ipsum
non pereat: sed habeat vitam eternam.
Item Jo.6. Qui credit in me: habet vi-
tam eternam. Item Jo.xi. Ego sum resur-
rectio ⁊ vita: qui credit in me etiam si mor
tuus fuerit viuet. ⁊ omnis qui viuit ⁊ cre-
dit in me. non morietur in eternum. Item
.i. Jo.5. Hec scribo vobis: vt sciatis quo-
niam vitam habetis eternam qui credit
in nomine filii dei. Fides ergo est stella re
ges spirituales ad saluatorem adducens
Mat.2. Patet ergo q₂ effectus ⁊ finis fi-
dei: est vita eterna. Et hoc habemus visio
Jo. apostoli Apoc.12. Mulier amicta sole
⁊ luna sub pedibus eius ⁊ in capite eius
corona stellarum.12. Expone figuram istā
sicut scriptū in sermo 5. in octaua pasce qui
incipit Noli esse incredulus. parte.3. Pro
pter hoc dicit thema. Fides tua te saluū
fecit ⁊c̄. Amen.

¶ De imortalitate anime. Sermo 7.



Ides tua te saluū fecit. Luc.18. Quia vltimus ⁊ finalis effectus fidei formate est glia vite eterne vt dictum est supra primo: gliam aūt vite eterne nō posset hūana natura adipisci nisi esset imortalis: Ideo anteq̄ ad articulos fidei descēdamus: videamus aliqd de ipsius aīe imortalitate put s. aīa naturaliter est imortalis. Salutetur pmo virgo maria ⁊c. Pro cōplemēto ergo sermonis: est notādū q̄ quattuor modis vti possumus ad probandum anime rationalis immortalitatem.

Primo per rationes theologales.

Secundo per deductiones naturales.

Tertio per visiones exemplares.

Quarto per auctoritates doctorales.

Nō tn̄ istis mediis pncipaliter initi debemus ad hoc credēdū sed diuine veritati ⁊ auctori soli que p xp̄m nobis reuelata est: dicentē. Venite bn̄dicti pris mei ⁊c. Et Ite maledicti in ignē eternū Mat.25. Has ergo rōnes nō antecedēter sed ɔſter allegamus. Pro confirmatione veritatis fidei. Nec mireris q̄s si hanc materiā aggredior predicādo ipsam fidelibus. Nā ⁊ hoc idē facit Greg.4. dialogoꝝ. Primum ergo mediū trifariā diuidit sm̄ q̄ tres rōnes theologice adduci pnt ad ppositū. Prima rō sumit ex pte diuine iustitie. Scda ex pte diuine sapie. Tertia ex parte diuine clemētie.

Quartus dies est resurrectio: in quo fecit solem ⁊ lunam ⁊ stellas. Et solem intelligitur ipse christus: qui in die resurrectionis factus est immortalis ⁊ gloriosus. lucens plus q̃ sol per dotem claritatis. Facta est luna idest virgo maria illuminata per letitiam que paulo ante per dolorem fuerat obscurata. Quid putas maius fuerit: dolor virginis in passione ⁊ morte christi: an letitia in resurrectione? Puto sine preiudicio veritatis maiorem fuisse letitiam: quia dolor fuit temperatus ⁊ mixtus spe resurrectionis: quia hoc fuisse prenuntiatum per prophetas virgo sciebat. sed in letitia illa non fuit mixtura tristitie. Nota quomodo prout est verisimile: virgo videns resuscitatum christum obsculata est eum sepius. pedes. manus. os ⁊c. d. O vulnera preciosa: ⁊ q̃tum dolorem mihi intulistis die veneris ⁊c. Et quomodo xp̃s ei. Mater mea de cetero gaudete: quia non habebitis amodo nisi gaudiũ. Ecce quomodo facta est luna. i. virgo illuminata a christo sicut luna a sole. ⁊ illuminans celos. i. omnes nos. Unde maria interpretatur illuminata vel illuminatrix. Facte sunt stelle idest apostoli illuminati sunt per fidem: quam in nocte passionis perdiderant. ⁊ christum solum corpore ⁊ mente reliquerant. q adeo illuminati sunt q̃ totum mundum postea illuminauerunt.

Quintus dies est ascensio in qua fecit aues ⁊ pisces. Per aues designantur contemplatiui. per pisces actiui. Ipsos ergo apostolos eo die fecit aues per contemplationem. ⁊ ex tunc ascenderunt ad celum per desideria sancta. In quo sciebant christum corporaliter esse. Unde Mat.24. Ubi fuerit corpus: illic cõgregabuntur ⁊ aquile. Quia amor est quoddam vinculum: quod trahit amantem ad amatum. Item Jo.14. Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero paraclytus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittam illum ad vos. Item fecit ipsos apostolos pisces per vitam actiuam: quando misit eos per mare mundi huius: d. Euntes in mundum vniuersum: predicate euangelium omni creature Mar.vlti. Baptizantes eos ⁊c. Mat.vlti. Predicatio enim ⁊ baptizatio: pertinet ad vitam actiuam.

Sextus dies fuit missio sp̃us sancti in die pente. in quo fecit hoiem. i. genus humanum siue collegium ap̃loꝝ. p̃fecit quod prius valde erat imperfectum ⁊ fragile. pp̃ qd̃ noluit dñs vt ante p̃dicarent: nec exirẽt ciuitatẽ propter eius resurrectionẽ. Act.1. Et cõuescens p̃cepit eis ab ierosolimis ne discederent: sed expec. p̃ quã an. ingt p̃ os. m. Sed in die pent. repleti sunt spiritu sancto

⁊ fuerant apostoli et tunc perfectissimi homines. adeo in gratia confirmati. quod nullo modo de cetero mortaliter peccauerunt. nec mortem timebant. nec totum mundũ. Unde petrus: qui ad vocem ancille timore ductus ter negauerat christum: postea coram regibus ⁊ principibus mundi non timebat confiteri nomen christi. Item alij apostoli qui in nocte passionis xp̄i fugerãt relinquentes ipsum solũ. postea ibant gaudentes a cõspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu cõtumelias pati Act. 5. Et tunc etiam sunt diuise bestie ab eis. i. iudei increduli ⁊ bestiales: quia dicebant ipsos musto plenos. cum tñ essent pleni spũ sancto Act. 2. Unde in p̄dicatione petri prima cõuersa sunt tria millia hominum ad xp̄m: sicut ibidem legitur.

Septima dies erit aduentus ad iudicium vniuersale: in quo postq̄ xp̄s iudicauerit mundũ. requiescet cum sanctis suis ab omni opere recreationis: dicẽs eis. Uenite benedicti ⁊c. Mat. 25.

¶ Tertiũ opus est iustificationis. In quo spũs sanctus adhibuit hebdomodã suam septem dierũ. i. septem sacramentoꝝ: per que septem virtutes tribuit.

Primo die creauit lucem fidei per sacramentũ baptismi: qui intertitũ dĩ fidei. 45. di. De iudeis. In baptismo creat grãm fidei: que est lux aie. ⁊ per quã fideles ab infidelibus separant: quia lux a tenebris separatur. Unde Ephe. 5. Eratis aliquã do tenebre: nunc autẽ lux in dño. Hec ẽ nubes lucida: que filijs israel in deserto lucebat. nõ autẽ egyptijs. i. tenebrosis sicut legit̃ Exo. 14.

Secũs dies. est sacramentũ cõfirmationis siue chrismatis: in quo creat firmamẽtũ. i. gratiam fortitudinis. Quia id sacramentum datur ad robur fidei xp̄iane ⁊ perseuerantiam habendam: per quod diuidantur aque ab aquis. i. perseuerantes a non perseuerantibus. Unde Mat. 12. Qui perseuerauerit vsq̄ in finem: saluus erit. ⁊ sic ascẽdet super celum. ergo qui non perseuerauerit: erit sub firmamento: quia detrudetur ad infernum.

Tertius dies est sacramẽtũ eucharistie: per quod infundit gratiã charitatis que cõparatur cõgregationi aquaꝝ: in vnum. quia per ipsaꝝ mẽbra ecclie vniũt xp̄o. Jo. 6. Qui man. car. me. ⁊ bi. sang. me. in me manet ⁊ ego in ipso. Itẽ. i. Jo. 4. Deus charitas ẽ ⁊ qui ma. in cha. ⁊c. Itẽ per charitatẽ mẽbra ecclesie vniunt̃ in vnum corpus. Unde .i. Cor. 10. Unus panis ⁊ vnũ corpus multi sumus: omnes quidẽ de vno pane ⁊ de vno calice percipiamus.

Quartus dies est sacramentũ pn̄ie: in quo creat gratiã iustitie per quã opera tenebraꝝ abijciunt̃. ⁊ induimur arma lucis Ro. 13. Ideoq̄ cõparat̃ creationi luminarium. Tunc. n. creat̃ feruor diuini amoris tanq̄ sol lucens in aia ⁊ ardens. ⁊ luna. i. virtus humilitatis. ⁊ stelle. i. actus singulaꝝ virtutũ. per quas penitentes lucẽt alijs per exempla virtuosa: iuxta illud dñi. Sic lu. lux ve. co. ho. vt vi. o. v. bo. ⁊ glo. p. v. q in ce. est Mat. 5. Et ideo exempla hm̄oi. dicũt̃ stelle lucentes: per quas etiam oẽs nostros aduersarios debellam⁹. Unde Judi. 5. Stelle manentes in ordine suo aduersus Sisaram pugnauerunt. Sisara interpretatur exclusio gaudij: ⁊ significat diabolũ: qui excluditur cum sibi cõsentientibus a gaudio paradisi.


Quintus dies est sacramentũ extreme vnctionis: in quo cõfertur gratia spei ⁊ etiã gratia ad remissionem venialium: vt cito aia volet ad deũ. Et id cõparat̃ creationi volatiliũ. que separant̃ a piscibus: quia per hanc separant̃ electi a damnatis in damnationem fluctibus. Uel per gratiã spei collatam in sacramẽto extreme vnctionis. fiunt boles pisces ⁊ aues: quia bene natant in mari. i. amaritudine mortis sine periculo naufragij desperationis. Et postea fiunt aues quia euolant ad celum.

Sextus dies est sacramentum matrimonij: in quo cõfertur gratia temperantie ad reprimendos motus bestiales concupiscentie carnalis: ⁊ ideo cõparatur sexte diei creationis. in qua creauit deus bestias terre ⁊ postea hominem. vt dominaret̃ eis. Per bestias enim designantur brutales motus cõcupiscentie carnalis: vt dixi: qui dñr fieri in hoc die. quia apparent ⁊ insurgunt tales motus inter coniuges: sed reprimi debent ⁊ reprimuntur per gratiam temperãtie collatã in matrimonio. per quã sic ha-

mo.l.rectificatur.vt sciat vas suum possidere in sanctificatione et honore. His autem motibus homo dñari dz per virtutem temperantie:que in matrimonio infunditur a spiritu sancto.per quã virtutẽ homo viuit fm rationẽ humanã. Alioquin homo ẽ similis bestijs.ps. Hõ cum in ho. esset non intellexit:cõpara. est iu.insi. et s.f. est illis.

Septimus vero est sacramentũ ordinis: in quo spũs sanctus creat gratiam prudẽtie et perfectionis.per quã dz homo a negocijs mundanis cessare:iuxta illud Apostoli. Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus:vt ei placeat cui se probauit.2.Tim.2. Alioquin cythara cum psalterio nõ bene concordat:vt dicit ter.in.c. Diuersis fallacijs.de cle. cõiugatis. Finis. Quia ad istum articulũ de creatione mundi potest pertinere etiam prudentia diuina super gubernatiõe vniuersi:ideo potes predicare de prudentia seu predestinatiõe diuina:de qua vide plene in sermone dñice.xx.qui incipit Multi sunt vocati rc.

¶ De iustificatione peccatoris. Sine de his que concurrunt ad iustificationem humanam. Sermo.ij.



Fides tua te saluum fecit.Luc.18. ¶ Sequitur hodie predicare de quarto articulo ptinẽte ad diuinitatẽ.vz de opere iustificationis que in symbolo aplico hoc mõ pponitur. Sanctã ecclesiã catholicã:sctõz cõionẽ:remissionem peccatoz. Et proposuerunt istũ articulũ Simon et Tadeus. Nã Symon dixit. Sanctã ecclesiã catholicam. Tadeus subiunxit. Sanctoz cõionẽ:remissionẽ peccatoz:vt dicit Ugo de prato. In symbolo vero Niceno sic describitur. Et vnã sanctam catholicã et apostolicã ecclesiam. Cõfiteor vnum baptisma in remissionẽ peccatoz.ergo huius articuli erit hoc mane predicatio nostra. Salutetur virgo rc.

Pro declaratione huius articuli et introductione materie predicande:est notandũ q fm q dicit.b.Tho.22.q.i.ar.8.sub hoc articulo pponuntur nobis credenda oia pertinentia ad sanctificationẽ humanam. Oportet ergo q de oibus illis sit sermo noster que ad sanctificationẽ humanã cõcurrunt. Cõcurrunt aũt septem cause, que sunt iste vz.

¶ Prima est causa principalis effectiua.
¶ Scda est causa meritalis inductiua.
¶ Tertia est causa istrumẽtalis cooperatiua.
¶ Quarta est cã materialis receptiua.
¶ Quinta est cã virtualis dispositiua.
¶ Sexta est cã formalis perfectiua.
¶ Septima est cã finalis cõpletiua.

De quibus oibus scripsi in sermonibus it.de peccatis in genere.et in.5°.ar.de peccato mortali sermone.f.vbi agit de remedijs peccati mortalis.quãtũ ad eãm. Sed in presenti sermone de materia ista in quibusdã aliter procedemus.

¶ Prima ergo causa est pncipalis effectiua.et ista est deus solus qui ex sua misericordia pctã principaliter remittit lauando et iustificãdo. Et hoc pz rõne.et auctẽ. Probatur aũt hoc primo rõne:quam fundo ex quodã dicto Augustini super Jo. Nã sup illud verbum dñi qd habetur Jo.14. Qui credit in me:opera q ego facio ipse faciet et maiora horũ faciet:dicit Aug. Prorsus maius hoc esse dixerim:vt ex impio iustus fiat:q creare celum et terrã. Qd intelligendũ est:nõ quãtũ ad modũ agendi:sz quãtum ad rem factã siue ad modũ rei facte. Pro cuius intellectu notandũ:q vt dicit b. Tho.l.2.q.ij.ar.9.opus aliqd põt dici magnum dupli. Uniomodo ex parte modi agendi.et sic maximum est opus creatiõis: in quo ex nihilo fit aliquid. et maius ẽ q opus iustificationis. Ratio est:quia in creatione nihil potuit cooperari agenti. cum ex nihilo aliquid factum fuerit:sed in opere iustificationis cooperatur deo liberum arbitrium hominis.s.fides. Mat.vlt. Qui crediderit et bapti.fue.sal.erit:qui nõ crediderit condem. Heb.xi. Accedentem ad deum oz credere. Itẽ charitas actualis in adulto. Luc.7. Dimissa sunt ei peccata multa: qm dilexit multum. Unde Augu. Qui creauit te sine te:non iustificabit te sine te.i. sine operatione tua. Quattuor enim requirunt ad iustificationẽ impij.quoz duo sunt ex pte nostra:reliqua vero duo ex pte dei.

7. cãe concurrũt ad iustificationẽ impij.

Prima duo sunt ista: Motus liberi arbitrij in deum per fidem: motus liberi arbitrij in peccatum. Alia vero duo sunt ista .s. gratie infusio. ⁊ culpe remissio. De quibus vide. b. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 6. Nota moraliter contra illos qui expectant vt moueantur a deo: ⁊ ideo non curant orare: dicentes. Deus est ille qui mouet ⁊ omnia facit: heresis est: quia nos debemus cooperari deo: vt dicit Aug. vbi supra. Ideo dicit dominus. Conuertimini ad me: ⁊ ego conuertar ad vos Zacha. 1. Nota exemplū de illo qui cum esset infirmus ⁊ nollet recipere medicinam. relinquens sanitatem ⁊ mortem suam deo. stulticia esset: quia deus ordinauit media quibus vita spiritualis ⁊ corporalis conseruetur. Nota exēplum qd legitur in colla. patrum. de illis duobus q recedentes a cella proposuerant se nunq̄ comesturos nisi misisset deus eis cibum. Cūq̄ incidissent in latrones vnus latronū porrexit eis panem quem vnus accepit. arbitrans a deo sibi illum dari ⁊ comedit. Alter vero mori se dimisit: ⁊ sic mortuus ē corporaliter ⁊ spiritualiter. Ex quo p3 q̄ deus operatur effectus suos mediantibus causis scd'is. Sicut in salute corporis: sic ⁊ in salute anime. Alio modo potest dici magnum opus ꝓpter magnitudinem eius qd fit: ⁊ s'm hoc maius opus est iustificatio impij q̄ creatio celi ⁊ terre: s'm q̄ dicit Augu. Ratio est: quia iustificatio impij terminatur ad bonū eternum. qd in diuina participatione ⁊ visione consistit. creatio vero celi ⁊ terre terminatur ad bonum nature mutabilis. Et ideo Aug. cū dixisset q̄ maius est q̄ ex impio fiat iustus q̄ creare celum ⁊ terram. subiungit. Celū enim ⁊ terra transibit: predestinatoꝝ vero salus ⁊ iustificatio permanebit. Itē quia in creatione mundi nihil fuit resistens deo: sed in iustificatione impij sic. s. voluntas ipsius peccatoris. Nota moraliter quot modos tenuit ⁊ tenet deus ad cōuertendum peccatores. cum tñ peccator semper sit durus: ⁊ ꝓpter hoc: predicta iustificatio impij est maius opus q̄ creatio mūdi. Ideo ecclesia in oratione ait. Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime ⁊ miserando manifestas. Et ps. Miserationes eius: super oia opera eius. Fiat ergo ratio a minori. Qui non potest facere minus. nō potest facere maius: sed opus iustificationis est maius q̄ creationis. ergo cum opus creationis nulli creature cōperat: sed propriū est opus dei. multo minus poterit creatura iustificare per modum principalis agentis. Ideo ergo dixi q̄ principalis causa effectiua sanctificationis humane: est solus deus.

Scd'o hoc idem probat̄ auct'e. Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. ⁊ peccatoꝝ tuorum non recordabor. Item Leui 20. Custodite p̄cepta mea ⁊ facite ea: quia ego sum dñs qui sanctifico vos. Item Ro. 3. Iustificati gratis per gratiā ipsius. Et Mat. 9. Et Mar. 2. Quis potest remittere peccata: nisi solus deus? Et sic patet prima causa.

¶ Scd'a causa est meritalis inductiua. Et hec est duplex. Prima est passio vnius hominis iesu christi: cuius merito inducit̄ siue inclinatur deus ad remissionem peccatorum ⁊ ad sanctificandum hominem. Unde Apostolus Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. ecce prima principalis causa. Et p redēptionem que est in christo iesu quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius: ecce scd'a causa meritoria. Nota practice quando pro peccatoribus vt conuertantur. orat primo virgo Maria xp̄m filium suum: qui quādoq̄ zelo iusticie motus. dat matri repulsam: Mater ostēdit sibi pectus ⁊ vbera quibus ipsum lactauit: dicēs. Fili per istud pectus ⁊ per ista vbera quibus te lactaui exaudi me. Christus autem pietate ⁊ precum maternarum instantia victus. voluit se ad patrem: dicens. Pater ignosce ⁊c. qui si habet repulsam a patre: ostendit sibi vulnera. ⁊ hoc modo pater merito sue passionis inclinatur ad misericordiam Ber. Mater ostendit filio pectus ⁊ vbera filius ostendit patri latus ⁊ vulnera. nulla ergo poterit esse repulsa. vbi cōcurrunt tot charitatis insignia. Ecce prima causa meritoria inductiua. Unde. 1. Io. 2. Filioli mei hoc scribo vo

dis: vt non peccetis. sed siquis peccauerit aduocatum habemus apud patrem iesum christum: et ipse propiciatio est pro peccatis nostris.

Secūda causa meritalis inductiua: est vnitas meritorum et oratio totius vniuersalis ecclesie christiane: que continue orat pro peccatorum conuersione ad deum tanq̄ mater pro filijs. Ideo dicit articulus fidei. Credo in sanctā ecclesiam catholicam. sanctorum cōmunionem. remissionem peccatorum. Ubi notandum: q̄ orationes ecclesie prosunt christianis dupliciter. Uno modo ex charitatis vnione: et sic solum bonis in gratia cōsistentis prosunt. Ideo dicitur Sanctorum cōmunionem: sicut cibus sumptus per os prodest omnibus mēbris corporis. ps. Particeps sum omnium timentiū te. Alio modo ex ecclesie intentione siue oratione: et sic prosunt etiam malis christianis. Unde sepius deus conuertit peccatores per orationem: vt. j. dicitur. De quo dic latius vt scripsi in sermonibus de peccatis in genere. ar. 4. sermone. 5. in prima conclusione. Igitur iam videmus quantā solicitudinem habet mater pro liberatione filij incarcerati in mortem vel captiui in barbaria. multo magis solicita est sancta mater ecclesia pro liberatione peccatorum: qui detinentur captiui a diabolo in carcere peccati mortalis. Unde merito ecclesie orantis deus suscitatur ad suscitandum peccatorem de morte peccati mortalis ad vitam gratie. In cuius signum siue figura habetur: q̄ christus dum iret in ciuitatem que vocatur naym videns adolescentem qui efferebatur mortuus filius vnicus matris sue: que vidua erat. videns etiam dn̄s matrem illam flentem. misericordia motus dixit illi. Noli flere: et statim resuscitauit illum: vt habetur Luc. 7. Quid per viduam matrem nisi ecclesia designatur: que mater est omnium fidelium: Et est viduata a presentia corporali Iesu christi sponsi sui. Unde Tren. i. Facta est quasi vidua dn̄a gentiū. Et ps. Uiduam eius benedicens benedicam. Glo. viduam. i. ecclesiam. Per mortuū vero filium: peccator designatur. qui mortuus ē quantū ad vitam gratie. qua priuatur per peccatum. Sicut enim anima est vita corporis: sic deus est vita anime. Jo. 14. Ego sum via veritas et vita. Et consequenter sicut anima separata a corpore corpus est mortuū: sic et c. Ad fletum ergo. i. orationes huius vidue. i. ecclesie. deus suscitat peccatores ad vitam gratie. Unde dicit Eccli. 35. Nō despiciet deus preces pupilli. nec viduam. si effundat loquelam gemitus. Nōne lachryme vidue descendunt ad maxillam: A maxilla etiam ascendūt vsq̄ ad celum: et dn̄s exauditor nō delectabitur in illis. Pupillus est qui caret matre. mater nostra est ecclesia. qua caret qui est in peccato mortali. et ideo dicitur pupillus: qui tn̄ si orēt nō despicit deus preces suas. ps. Dominus custodit aduenas: pu. et vi. su. et vi. et c. Unde Grecismus. Pupillus matre caret: orphanus est sine patre. Ad idem quod legitur de petro Act. xi. Unde ad preces ecclesie petrus a vinculis liberatus est. Expone moraliter. Intm̄ autem vnitas ecclesie valet: q̄ extra ecclesiam nulla est salus: sicut nec extra arcam Noe. Unde Grego. in lib. mo. Et in decre. 24. q. i. Quia ex sola catholica ecclesia veritas conspicitur: apud se esse locum dominus prohibet de quo videatur: in petra Moyses ponit vt dei faciem contempletur. quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit diuinam presentiam non agnoscit. De soliditate dominus dicit. Super hanc petram: edificabo ecclesiam meam. Sola quippe est per quam sacrificium meum dominus accipiat libēter. que sola pro errantibus intercedat fiducialiter. Unde et de agni hostia dominus precepit dicēs. In vna domo comedetis. nec efferetis de carnibus eius extra fores. In vna nēq̄ domo comeditur: quia in catholica ecclesia vera hostia redemptionis immolatur. de carnibus eius diuina lex efferri prohibet: quia dari canibus sanctum vetat. Sola est que intra se positos valida charitatis compage custodit. Unde et aqua diluuij archam ad subliniora sustulit. Omnes autem quos extra archam inuenit: extinxit. Hec ille.

¶ Tertia causa est instrumentalis cooperatiua: et hec est duplex secundum quod duplex instrumentum concurrit in huius sanctificatione. Unum est instrumentum animatum: aliud est instrumentum inanimatum. Animatum est sacerdos ad quem solum ex officio competit ministrare sacramenta. licet quedam sacramenta sint que requirant in ministerio ordinem episcopalem: sicut est sacramentum ordinis et chrismatio: nec valet consuetudo contraria: vt in .c. Quanto de consue. Quedam vero sacramenta non requirunt de essentia potestatem aliquam in ministerio: sicut est baptismus. et matrimonium: tamen ex officio solus sacerdos baptizat et benedicit nuptias etc. sacramenta ad ipsum pertinentia confert. Que autem requirantur in sacerdote qui sacramentum penitentie conferre vult confitentibus: vide quod scripsi in sermonibus quadragesimalibus de peccatis in genere ar. 3. sermone. x. vbi vide omnino vbi agitur de remediis peccati mortalis: quantum ad causam. Instrumentum autem inanimatum est sacramentum. Est autem notandum: quod septem sunt sacramenta instituta a christo: secundum quod septem mala per peccatum incurrimus. Sunt autem sacramenta instituta a christo in medicinam humani generis. ps. Misit verbum suum et sanauit eos: et eripuit eos de interitionibus eorum. Et ideo oportuit tot instituere sacramenta: quot infirmitates per peccatum incurrimus. Septem autem infirmitates incurrimus. scilicet tres culpe. et quattuor pene. Prima infirmitas culpe est peccatum originale: et contra hoc institutum est sacramentum baptismi.

Secunda infirmitas culpe. est peccatum mortale: et contra hoc institutum est sacramentum penitentie.

Tertia infirmitas culpe. est peccatum veniale et contra hoc institutum est sacramentum extreme vnctionis. b. Tho. tamen dicit quod nullum sacramentum est institutum ad peccati venialis remissionem: sicut ad principalem effectum: vt ipse notat in. 4. sen. di. 16. q. 1. ar. 2. q. 3. ad primum. Et in tertia parte. q. 65. ar. 1. ad octauum. Item prima infirmitas pene est fragilitas siue impotentia ad bonum: et contra hoc est confirmatio siue chrisma. Secunda infirmitas pene est ignorantia. et contra hoc est ordo. Tertia infirmitas pene est malitia: et contra hoc est eucharistia in qua est fons omnis bonitatis realiter contente.

Quarta infirmitas pene est concupiscentia: per quam sumus valde proni ad malum: iuxta illud Sensus enim et cogitatio humani cordis: prona sunt ad malum ab adolescentia sua Gen. 8. Contra hoc est matrimonium: per quod confertur gratia ad repressionem concupiscentie. Predicta ergo sacramenta sunt cause instrumentales sanctificationis humane: sine quibus non posset etiam papa remittere culpam aliquam: quia conferre effectum principalem sacramenti sine sacramento. pertinet ad potestatem excellentie. que competit soli christo secundum quod homo: sicut patet in maria magdalena: cui dixit. Remittuntur tibi peccata tua Luc. 7. et Mat. 9. Et ex hoc nota contra illos qui dicunt. Est indulgentia pene et culpe.

¶ Quarta causa est materialis receptiua. Vide de ista causa. et de aliis tribus sequentibus. sicut scripsi in sermone vt supra. videlicet in sermonibus quadragesimalibus de peccatis in genere ar. 3. sermone. x. vbi agitur de remediis peccati mortalis: quantum ad causam parte. 4. 5. 6. et 7. Finis.

¶ De gloria anime. Sermo. 14.



Fides tua te saluum fecit. Luc. 18. Supra visum est de quarto articulo fidei: nunc videndum est de quinto pertinente ad diuinitatem: videlicet de opere dei circa gubernationem nature humane. Qui quidem articulus sic in symbolo apostolico proponitur. Carnis resurrectionem In symbolo autem Niceno dicitur. Et expecto resurrectionem mortuorum: et vitam venturi seculi. Amen. Predictum autem articulum apostolum composuit. b. Matheus apostolus sed doctores theologie ponentes. 12. articulos diuidunt istum articulum siue ista verba in duos articulos. scilicet in gloriam corporis quod dicit Carnis resurrectionem. Et in gloriam

anime: dum dicit. Vitam eternam. Amen. Primus aut articulus istorum duorum est gloria aie: tum quia aia est nobilior corpore: tum quia gloria aie est ante fine prior tpe: quam gloria corporis. Et ideo hodie dno pcedente de gloria aie predicabimus. In sequenti vero sermone de gloria corporis. Salutet virgo Maria &c. Pro introductione materie predicande: notandu q firma pclusio e in sancta theologia approbata per fidem catholicam. q aia separata a corpore. si no hz in se aliqd peccatum originale nec mortale nec veniale: nec etiam est obnoxia alicuius pene reatus. statim euolat ad celum: vbi co sequitur vita eterna. Probat hec pclusio. Rone. Aucte. Et exeplo. Ro est multiplex. Prima est hec. In vita ista e status merendi vel demerendi. vnde comparat milite & diebus mercenarij. Job. 7. Militia est vita hois super terram: & sicut mercenarij dies eius. Sed post statu militie & labore mercenarijs statim debet premiu vel pena bn vel male certantibus. Vn Leui. 19. di. No morabitur opus mercenarij tui apud te vsqz mane. Dns etiam dicit Joel. vlti. Cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Statim igitur post mortem redditur anime premium vite.

¶ Scda ratio est arguendo de pena inferni ad premium glorie. Peccatoribus enim statim datur infernus post mortez. Job. 21. Ducunt in bonis dies suos: & in pucto ad inferna descendunt. ergo & iustis statim datur paradisus. Item Luc. 16. Mortuus est diues: & sepultus est in inferno. Alias rationes ponit. b. Tho. in. 4. ptra gen. c. 61.

¶ Scdo probatur aucte. 2. Cor. 5. Scimus enim qm si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: q edificationem ex deo habeamus domum no manufactam: sed eternaz in celis. Item Mat. 20. de operarijs quibus de sero data est merces denarij diurni. Per sero aut intelligitur mors: p denarium diurnum vita eterna. Unde dicit ibi. Cum sero aut factum esset dicit. do. vi. pro. s. Uo. op. & redde illis mer. ic. a no. vsqz ad primos. Ad idem dicit apostolus Phil. 1. Desiderium habeo dissolui & esse cum xpo. Christus aut in celis est. Sperabat ergo apls statim post corporis dissolutionem se peruenturu ad celum & christu. Et sic idem q primo. ¶ Exeplu de latrone cui dixit dns. Hodie mecum eris in paradiso Luc. 23. Quate aut sit excellentie & magnitudinis gloria illa: si vellem hoc attentare. temerarium esset & impossibile describere. Cum paulus qui fuit raptus ad videndum illam gloriam cum postq ad se reuersus interrogaretur: quidnam vidisset: nihil aliud maius de illa gloria dicere potuit: nisi q Oculus non vidit: nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit: que preparauit deus diligetibus se. 1. Cor. 2. Quid igitur attentabo exprimere gloriam illam quam nunq vidi. cum is qui viderit. nesciuerit exprimere? Aliqua tn de illa possum intellectu coprehendere fm modulum nostrum. fm q theologi de ipsa aliqualit tractauerunt. Notandum igitur. q quia gloria vite eterne datur in premium victorie. qua homo habet cotra vitia & peccata per virtutes: iuxta illud Qui vicerit dabo ei sedere mecu in throno meo. sicut & ego vici & sedi cu patre meo in throno eius Apoc. 3. Ideo fm numeru virtutu possunt diuersa premia glorie adaptari. Sunt aut septe virtutes quibus meremur vitam eternam: quaru tres sunt theologice: & quattuor cardinales: quibus respondent septez premia vite eterne.

¶ Prima virtus theologica est fides: & huic respondet diuina cognitio cum clara visione.

¶ Scda virtus theologica est spes: & huic respondet diuina contemplatio siue coprehensio cum firma adhesione.

¶ Tertia virtus theologica est charitas: & huic respondet diuina delectatio cum fruitione.

¶ Quarta virtus & prima cardinalis est prudentia: & huic respondet creaturaru cognitio sine dubitatione.

¶ Quinta virtus cardinalis est iustitia: & huic respondet de omnibus exultatio cu iubilatione.

¶ Sexta virtus cardinalis est fortitudo: & huic respondet pacis possessio absqz perturbatione.

¶ Septima virtus cardinalis est temperantia: & huic respondet plena satiatio

Virtutes 7 q[uibus] meremur vitam eternam.

absq defectione.

¶ Prima tria pertinent ad gloriam essen tialem anime: que est gaudium de creatore. Alia quattuor pertinent ad gloriā accidē talem que est gaudium de creatura: sed in cipe narrare a premijs. Quorum primum premiū est diuina cognitio. cuius clara visio ne: et hoc respondet fidei etc. Et sic de singu lis. Uel potes dicere: quod gaudia paradisi sunt. 12. et sunt ista videlicet: tres dotes aie in qui bus consistit gloria essentialis. Itē quattuor corporis. Itē sunt quinque gaudia correspō dentia sensibus. qui oēs actuabunt in glo ria. Uide post festū trinitatis sermone. 82. pte. i. Uel fac aliū processum: sm quod scripsi in sermonibus de oratione dnica: super secūda petitione. s. Adueniat regnum tuum etc.

¶ Primū ergo premiū vite eterne est di uina cognitio cum clara visione: et hoc re spondet fidei. Sicut enim homo per fidem humiliat intellectū ad credendū ea que nō videt propter diuinam auctoritatem: iuxta illud Apli. In captiuitatē redigentes omnem in tellectū in obsequium xpi. 2. Cor. 10. Ita cō gruum est: vt merito huius fidei clare vi deat ea que prius non visa credidit. Dic practice: quod deus dicit aie separate. Tu credidisti ea que dicta sunt tibi ab ecclesia. humiliando intellectū tuum: sed ea nō vi disti. Idcirco in premium huius etc. Unde statim anima videt essentiam diuinā: iux ta illud. i. Cor. 3. Uidebimus eum sicuti ē. Et. i. Cor. 13. Nunc videmus per speculum in enigmate: tunc autē facie ad faciem. Itē Io. 17. Hec est vita eterna: vt co. te. so. ve. de. et quē mi. iesum xpm. In qua visione ef ficitur anima beata. Unde Aug⁹. Uisio est tota merces. Quod intelligendum est vel quia totam mercedem inchoat. vel quia quodā modo totam mercedem cōt. Succedēte er go visione cedit fides: quia de ratione fi dei est quod que creduntur nō videantur. Unde dicit Apl's: quod fides est sperandarum substā tia rerum: argumentū nō apparentium. Heb. xi. Et Aug⁹ dicit: quod fides est credere quod nō video. Uidet etiā anima xpm et virgi nem Mariā et alios sanctos. Quātam au tem beatitudinē anima cōsequatur ex hu iusmodi visione: impossibile est enarrare. Pos sum autē aliquid de hoc existimare per crea turam: et ex scriptura. Ex creatura quidem tripliciter cōsidera. Nota hic si vis contem plari quāta sit pulchritudo dei triplicem creaturam: ex cuius consideratione hoc po terit percipi aliqualiter.

¶ Primo ex creatura corporali.

¶ Secūdo ex creatura rationali.

¶ Tertio ex creatura spirituali.

Ex creatura corporali. que est quasi que dam scala habens. 14. scalinos. s. quattuor elementa et x. celos. Primo ergo considera terram. Secūdo mare pulchrius etc. Tertio aerem pulchriorē. et sic ascēdas de gradu in gradū. et inuenies maximam pulchritudi nem celi empyrei. et sic differunt stelle in pulchritudine.

Secūdo ex creatura rationali. que est aia. Cōsidera quod vna sola anima est pulchrior omnibus creaturis corporalibus. et etiam mille mūdis lōge nobilior. Mat. 16. Quid proficit homini si vniuersum mundum lu cretur: anime vero sue detrimentum patia tur? Aut quā da. homo cōmutationem pro anima sua? Extra de symo. c. Math⁹. in fi. i. q. i. Sigs neq. Ratio est: quia in ea relu cet imago dei. Gen. 9. Ad imaginem quip pe dei factus est homo. Hinc est quod si ho mo daretur toti terre. mari. aeri. et etiam omnibus celis et angelis. nunquam contentare tur sed solo deo: quo habito fine istis con tentaretur. Et hec est pulchritudo natura lis anime beate. Et cum in paradiso sint quasi infinite anime beate differentes in pulchritudine: cogita quanta sit pulchritu do anime beatioris. Fulgebunt etiam iusti septies plus sole. Cum ergo tot sint anime beate: quātū putas incēt? Intellectus he bet. memoria offuscat. Uoluntas deficit. ista cōprehendere. Et sic patet secūda scala: sed ascende tertiā scalam que sequitur.

Tertia ergo scala est consideratio crea ture spiritualis. s. angelorum: cōsidera tria. Primo eorum pulchritudinē. Secūdo eorum mul titudinē. Tertio eorum distinctionē. Primo ergo etc. Ita enim sunt pulchri angeli quod mi nimus angelus qui est in paradiso est pul chrior decies pulchriori aia quā deus crea uit: de pulchritudine naturali loquendo.

Scdo vero multitudinē:q2 sunt plures
ꝙ harena maris ꝛč. Quilibet hō vel bo/
nus vel malus habet angelum in custodia
de infimo ordine:nec solum hoies sed etiā
plāte. musce. pulices. canes. ꝛ quelibet spēs
creaturaꝝ habet vnū angelū pro custodia:
ſm Aug. Origenem. ꝛ Damascenū. Nam
natura pulicis est tanta:q2 a nobis intelligi
nō potest. ꝛ est nobilior ꝙ quelibet planta.
Cū habeat esse. viuere. ꝛ sentire. Nec mire/
ris de his:q2 vides ꝙ dñi tēporales habēt
ministros super canes. equos. falcones. ꝛ sic
de alijs. Et sicut isti sunt soliciti circa offici/
um suum ppter gratiam dñi sui acquiren
dā:sic ꝛ āgeli multo plus. Tertio videas
distinctionem:q2 vnusqsqꝫ angelus differt
ab angelo spē:ꝛ sic vnus angelus est pul/
chrior altero. Verbi grā. Scdo angelus est
pulchrior primo angelo decies. tertius 2°.
quartus 3°. ꝛ sic de alijs. semp multiplican
do vsqꝫ ad vltimū seraphin. ꝛ cōsiderando
terram primo. scdo aquā que est decies pul
chrior terra. ꝛ sic de aere. de igne. de stellis.
ꝛ sic de celis. deinde cōsiderando pulchri/
tudinem angeloꝝ. ꝛ animaꝝ. inuenies mi/
rabilia. Sed quid de deo dicimus:qui hec
oia creauit: Cuius pulchritudo tanta ē ꝙ
nulla cōparatio inter creaturas ꝛ deum ca
dit nec cadere potest:q2 finiti ad infinitū
nulla est pportio. ꝛ sic poterimus vtcūqꝫ co
gnoscere. s. ex pulchritudine elemētoꝝ. celo
rū. syderū. atqꝫ planetaꝝ. animaꝝ. in tanta
multitudine sibi existentiū. necnō ꝛ spirituū
beatoꝝ. s. angeloꝝ. archāgeloꝝ. quātus splē
dor rutilantis decoris dꝫ esse in aula illius
summi iperatoris. quāta britudo. ꝛ quāta
gloria. Ex quo ɔsiderari potest: ꝙ dulce ꝙ
gloriosum sit videre deū per essentiā ꝛ ei9
curiam gloriosam. Figura de regina sabba
que venit videre sapientiā ꝛ gloriā Salo/
monis. De qua dicit textus. Videns autē
regina oēm sapientiā Salomonis. ꝛ domū
quā edificauerat. ꝛ cibos mense eius. ꝛ ha
bitationes seruoꝝ. ꝛ ordines ministrantiū.
vestesqꝫ eorum. ꝛ pincernas. ꝛ holocausta q̄
offerebat in domo dñi:non habebat vltra
spiritum. dixitqꝫ ad regem. Verus est ſmo
quem audiui. Et. j. Maior est sapientia ꝛ
opera tua: ꝙ rumor quem audiui. Beati
serui tui ꝛč. 3. Re. 10. Item de Moyse Exo.
34. vt supra vī. Item de petro quando vi/
dit xp̄m transfiguratum Mat. 17. Vide. j.
parte. 3. Ex creaturarū ergo pulchritudine
deuenimus in aliqualem cognitionem in/
finite pulchritudinis diuine. Unde Ro. 1.
Inuisibilia dei per ea que facta sunt a
creatura mundi. i. homine: intellecta con/
spiciuntur: sempiterna quoqꝫ virtus eius ꝛ
diuinitas. Ex pulchritudine etiam rei arti/
ficiate cognoscimus sapientiam artificis:
in cuius mente longe excellentius est for/
ma artis. ꝙ in illa re materiali. Patet er/
go ꝙ ex creatura hec noscimus. ¶ Itē ex
scriptura. Quanta enim dulcedine frueba/
tur ꝛ reficiebatur Moyses audiendo vocē
dei in monte synai Exo. 24. cognoscere
possumus ex hoc ꝙ quadraginta diebus ꝛ
ꝛ quadraginta noctibus sine cibo ꝛ potu
permansit. ita delectabatur in audiēdo vo/
cem dei ꝛ loquendo:cum tamen ille nō es/
set deus. sed angelus loquens in persona
dei sicut dicit beatus Stephanus Act.
7. Et Apostolus Gal. 3. vbi dicit ꝙ lex fuit
ordinata per angelos in manu mediato/
ris. i. Moysi. Si igitur tanta dulcedo fuit
in audiendo vocem angeli: quanta est illa
quā ɔsequitur anima in videndo deum p
essentiam: Unde ꝛ Moyses hoc petebat
di. Si inueni gratiam in cōspectu tuo:ostē
de mihi faciem tuam Exo. 33. Sed non ob
tinuit. Unde dicit, dominus ei. Posterio/
ra mea videbis:faciem aūt meam videre
non poteris. idest supple in presenti vita.
Sed vt daretur intelligi ꝙ in visione faciei
diuine consequitur aia maximam gloriam
dicitur ibidem. Ostendam tibi omne bo/
num. Et concordat auctoritas christi di/
centis. Hec est autem vita eterna: vt co/
gno. te solum verum deum. ꝛ quem mi. ꝛč.
Jo. 17. Nota Omne bonum. quasi dicat.
Quando videbis faciem meam: videbis
omne bonum. Et nota: ꝙ diuina essentia
videbitur ab oibus beatis tota sed non to
taliter. prout est infinita. Videbitur tamen
limpidius essentia dina ab vno ꝙ ab alio.
Et iste defectus erit ex parte videntis. non

vidit: q2 idem erit visum. Ex parte ergo obie
cti. s. dei cum sit vnum simplicissimum nul
la poterit esse diuersitas: sed ex parte poten
tie. Nam inquantum vna potentia magis
erit perfecta lumine glorie q̃ altera: tanto
perfectius operabatur circa vnum ⁊ idem
obiectum. sicut idem sol diuersimode aspi
citur vel eadem littera a diuersis legentib⁹
s̃m q̃ oculus magis vel minus est disposi
tus ad videndum. Est aũt notandum. q̃
tribus modis aliq̃d cognoscitur: vel. s. q̃ est
s̃ q̃ē ẽ. vel q̃d ẽ. Primo mõ cognoscit de⁹ in
via a bonis ⁊ a malis. Ro. i. Inuisibilia dei a crea
tura ⁊c. Scdo mõ videbit̃ i patria a bõis.
Unde. i. Jo. i. Similes ei erimus: qm̃ vide
bimus eum sicuti est. i. suam maiestatem.
claritatez. bonitatem ⁊c. Tertio modo nec
a bonis videbitur nec a malis: neq3 in via
neq3 in patria: quia finitum nunq̃ capiet
infinitum. Uidebimus etiam deum in se ⁊
deum in nobis. ⁊ nos in deo. ⁊ deũ in crea
turis. ⁊ creaturas in deo. Cognoscere autez
deum in sua essentia est visio meridiana.
cognoscere vero creaturas in verbo: est vi
sio matutina. Uidebitur aũt deus sine me
dio deferente ⁊ obnubilante: sed non sine
medio disponente. Predicta latius vide
in compendio theologice veritatis.

Scd̃m premium glorie eterne est diuina
comprehensio cum firma adhesione: ⁊ hec
respondet spei. Nam quia homo in hac vi
ta sperat se consecuturum quod non habet
ideo in futura vita comprehendit ⁊ tenet
quod diu sperauit: ⁊ tunc succedente com
prehensione deficit spes. Nam quod videt
quis quid sperat. Ro. 8. q̃uasi dicat nihil.
Comprehendit ergo aĩa deum: nõ quidem
comprehensione tali q̃ includat deum cõ
prehensum in se: quia hoc est impossibile in
tellectui creato. Unde Aug. ad Paulinũ
in libro de videndo deum. Attingere men
te deum magna est beatitudo: comprehen
dere aũt est impossibile. sed comprehendit
anima deum comprehensione tentionis: q2
tenet eum ita fortiter q̃ nunq̃ ab eo sepa
rari potest. Unde Cãt. 3. dicit anima. Inue
ni quem diligit aĩa mea: tenui eum nec di
mittam. Uide de hoc qd̃ notaui in sermo
nibus quadragesimalibus de decem prece
ptis sermone. i. in introitu. i. Cor. 9. Sic cur
rite: vt comprehendatis.

Tertium premium est diuinã delectatio
cum fruitione ⁊ respondet charitati. Nam
quia hic homo desiderat ⁊ diligit deũ vnũ:
ideo illi maxime delectatur de deo viso ⁊
comprehenso. Delectatio enim ista cõseq̃t
ad visionem ⁊ ibi non deficit charitas sicut
fides. ⁊ spes: sed magis perficitur. propter
qd̃ dicit apl's q̃ charitas nunq̃ excidit. i.
Cor. 13. Quanta enĩ3 sit delectatio illa quã
cõsequitur anima fruendo deũ. nec lingua
potest exprimere. nec intellectus percipere.
sed possumus hoc aliqualiter intelligere ex
delectatione maxima quam habet homo
in creaturis. Quantam delectat onem ha
bet auarus in diuitijs: iam videmus q̃tu3
delectatur in illis: q̃ postponit corpus suũ
⁊ aĩam suam vt illas consequatur. quinimo
quod peius est etiam postponit deum crea
torem suum. dñm suum. gubernatorem su
um redemptorem suum. diuitijs. Deberet
enim apertis oculis intellectus considera
re. si tñ delectant diuitie in hac vita que
cõmunes sunt bõis ⁊ malis: ⁊ caduce ⁊ cor
ruptibiles. nec faciunt aĩam hoĩs beatam
q̃ta delectatio debet esse in deo q̃ est crea
tor diuitiarum ⁊ oĩum rerum: Propter de
fectum ergo huius considerationis immergi
tur in ipsis diuitijs. Et propter ipsas acq
rendas in quibus sentit guttulam dulcedi
nis postponit formale principium oĩs dele
ctationis ⁊ dulcedinis. s. deum ⁊ facit sicut
equus qui quando famescit ⁊ auriga eius
vel dñs dat sibi ordeum statim voluit sibi
calceos vt percutiat eum: ⁊ non considerãs
q̃ dñs est ille qui dat sibi ordeum ⁊c. ps.
Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus ⁊c. Sic
⁊ superbus in honorib⁹. sic ⁊ ⁊ luxuriosus
in luxuria. sic gulosus in cibo ⁊ potu. ergo
ex his debemus cogitare q̃ magna sit dul
cedo in fruitione diuina. alioquin perdit
homo vtrãq3 creatam q2 deficit a creato
re quia illum noluit. Ideo dicit scriptura.
Creature dei facte sunt in odium ⁊ in tẽ
tationẽ anime hominũ ⁊ muscipulam pedi
bus insipientiũ Sap. 14. Possumus etiã
cõprehendere aliquid de magnitudine de
lectationis huius ex scriptura. Nã petrus
gustans illius dulcedinis diuine sentiens:
adeo fuit inebriatus. q̃ prupit ad illa ver

ba. Dñe: bonum est nos hic esse. Faciamus hic tria ta. i. u. moy. u. et he. u. nesciens qd diceret: vt dicit Mat. 17. Et Luc. 9. Sic ergo dauid vidit tam magnã multitudinem dulcedinis et quo gustauit vnã guttã dulcedinis illius: cogitã debet esse dulcedo bibere abundãter in illo flumine? De quo ps. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Propter hoc sancti qui inebriant illa dulcedine relinquebant oia: possessiones. agros. parentes. filios. fratres. diuitias. denique se ipsos. et corpus et vitã: vt illã ad plenũ satisfacerent. Tradebant corpa sua bestijs. aque. igni. gladijs. supplicijs. ppter ipsam gliam quã hic gustabãt propinante deo. Unde Aug in lib. ɔfessio. Introducis me dñe in quãdam dulcedinẽ que si pficiat in me. si nõ est vita eterna. nescio qd sit aliud vita beata. Item Ber. Semel inqt te gustaui bone Iesu et vtinã millesies mori possem vt iterum te gustẽ. Item Hiero. in epla ad Eustochiũ. c. 26. vbi sic ait. Scio qd loquor carissime. Non vt insipientiã loquar: ego homunculus sic abiectus sic vilis in domo dñi: adhuc viuens in corpe angelorum sepe choris interfui. de corporeis per hebdõas nihil sentiens etiam diuine visionis intuitu post multorum forte dierum spacia prescius futurorum corpori redditus fiebam: qd ibi manens felicitatis habebã qd inenarrabilis delectationis sentiebã. testes est ipsa trinitas quã cernebam: nescio quo intuitu. testes sunt et ipsi beati spũs qui aderãt. testis est et cõscientia mea. qr tantis bonis ipse fruebar. quot et qualia nescit proferre mollicies corporis mei. Unde vna stilla illius glorie degustata Stephano lapides dulces fuerunt. Laurentio craticula. sic Uincentio. sic Agathe. ego in his penis ita delector sicut qui bonum nuntium audit. et sicut qui magnum thesaurũ inuenit vel qui videt quod diu desiderauit. Sic etiã talis dulcedo sepe tollit dolorẽ et timorẽ mortis: imo cũ delectatione moritur homo. Nota exẽplũ de quodã paralytico noie Seruulus. De quo Greg. refert in. 4. dialogorum. Multa tamen sup hoc patent extra in legẽdis sctõrum.

Quartũ premiũ est creaturarum cognitio que respõdet prudẽtie. Sicut. n. homo per virtutẽ prudẽtie hui⁹ est diligẽs ad intelligendum ea que sunt dei. vt illis mediantibus perueniat ad. ipsum deum: sic merito huius virtutis dotatur anima omni scientia. Omnis enim anima videns deum cognoscit. per similitudinem. sicut si haberemus coram nobis speculum cognoscimus et videmus omnia que relucent in speculo: sic in proposito. Omnium enim creaturarum idee relucent in mente diuina: et ideo videntes deum omnia vident simul in ipso. Greg. Quid est qr non videant: qui videntem omnia vident? De hoc dicit Tho. p. i. q. 12. ar. 8. Unde nota qr anima vnius rustici vel pueruli baptizati videns deum plus cognoscit de rebus diuinis vel humanis: quã aliquis vnquã doctor in presenti vita existens: et certius et clarius incomparabiliter. Nota qr anima separata potest habere triplicem cognitionem de creaturis. Unam per species acquisitas: si hic in presenti vita acquisiuit scientiam etc. Secundo per species infusas: etiam si sit anima pueri baptizati. Tertio per cognitionem in verbo. Et nota qr sicut sponsis carnalibus tria dantur. s. dos. donatio propter nuptias. et parafrenalia: sic et anime beate. Uide in compendio theologie.

Quintum premiũ est de omnibus exultatio cum iubilatione: quod respondet iusticie. Sicut enim homo in hac vita omnibus reddit debitum per virtutem iusticie. Item quia per iustitiam affligit se in hoc. mundo per contritionem de peccatis. per confessionem. per satisfactionem. per disciplinas. per ieiunia. per elemosynas. per orationes. per peregrinationes. per afflictionem sensuum et huiusmodi opera que pertinent ad penitentiam. que est pars iusticie et omni creature iuste vsus est. Ideo delectabitur ibi in alia vita et gaudebit de omnibus. Primo de deo. Scdo de angelis. Tertio de aliis sanctis. et eorum consortio. Unde ibi nullus inuidet: sed gaudet vnus de maiori gloria alterius. Unde nec vellet habere gloriam illius. Nam si deus daret eis electionem dicendo vni. Uis gloriam illius maioris? Responderet non dñe: quia non est mihi proportionata. Sicut filius minor nõ inuidet de tunica maioris filii que non est sibi proportionata: vnde de oium

gloria gaudent. Uidebunt ergo iusti deum vt gaudeant. videbunt gl'iam sanctoꝝ vt congaudeant. videbūt quoq; penas reproboꝝ. vt de periculoꝝ euasione gr'as agant. Gaudebunt igit' de oibus creaturis ⁊ etiā de dānatis: licet sint parentes sui. ps. Uidebunt iusti ⁊ ti. ⁊ sup. e. ri. ⁊ di. Ecce homo qui non po. d. ad. s. sed spera. in mul. di. s. ⁊ preua. in va. sua. Item ps. Letabit' iustus quū viderit vindictaꝫ. Unde Isa. 35. Gaudium ⁊ leticiā obtinebunt: ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus. Et ideo ex abundātia gaudij cordialis prorūpent in laudes diuinas. ps. Beati q habitāt in domo tua dñe. in se. se. lau. te.

Sextum premium est plene pacis possessio: que respondet fortitudini. Quia enim fuit hic in vita ista fortis ⁊ paciens circa infirmitates sibi imissas a deo ⁊ contumelias sibi illatas a proximo: ideo ibi plena pace erit. Econtra mali ⁊ dānati erunt in continuis tribulationibus ⁊ guerris: vnde molestabunt' ⁊ patientur ab omnibus creaturis. Sap. 16. Creatura enim tibi factori deseruiens: ex ardescet in tormentuꝫ aduersus iniustos. Erit igitur pax inter deum ⁊ beatos. inter angelos ⁊ ipsos beatos. mutuo non timebunt guerram. non hostes ⁊c. ps. Qui habitare facis vnius moris in domo. Item Isa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiducie ⁊ in requie opulenta.

Septimum premium est plene sacietas que respondet temperantie. Quia enim hic esuriuit homo. sitiuit. ieiunauit. ⁊ fecit vigiliam: ideo ibi habebit festum. vbi plene saciabitur in mensa christi. Unde christus Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater. m. re. vt edis. ⁊ bi. super m. m. in re. m. Econtra mali qui hic faciunt festum comedendo. ⁊ bibendo ⁊c. Ideo ibi facient vigiliam quia esurient ⁊ sitient. ⁊ petent ⁊ non dabitur eis. Exemplum habetur de diuite epulone: qui iam sunt mille quadringenti anni ⁊ plus q' petijt guttam aque ⁊ nunq; habuit nec in eternuꝫ habebit Luc. 16. Ideo dicit Isa. ⁊ loquitur dñs per os eius damnatis siue peccatoribus. Pro eo q' vocaui ⁊ non respondistis. locutus sum ⁊ non audistis. ⁊ faciebatis malum in oculis vestris. ⁊ que nolui elegistis: propter hoc dicit dominus deus. Ecce serui mei comedent ⁊ vos esurietis. Ecce serui mei letabuntur. vos autem confundemini ⁊c. Isa. 65. ps. Saciabor: quum apparuerit gloria tua. Nota q' Nicolaus de lyra super illud verbum Ge. i. Creauit deus cete grandia dicit q' hebrei dicunt hic q' istud genus piscium est incredibilis magnitudinis propter qd' si multiplicata fuissent indiuidua destructum fuisset seculum: quia mare non esset nauigabile. nec alij pisces possent stare in mari. Ideo postquā deus creauerat hanc spēm in sexu masculino ⁊ feminino occidit femellam ne multiplicarentur indiuidua: ⁊ reseruat eam iustis ad comedendū in futuro seculo. Ex quo patet iudeos cecidisse in errorem saracenorum qui beatitudinem future vite ponunt in delectationibus corporalibus ciborum ⁊ venereorum. Quod non solum apud catholicos absurdum reputatur: sed etiam apud gentiles philosophos. qui beatitudinem ponunt in operibus intellectiue partis. asserentes vitam voluptuosam esse vitam porcorum: vt patet in. i. Ethi. Propter quod beatitudo non ibi est ponenda: cum felicitas nullo modo pertineat ad bruta animalia. sed solum ad intellectualem ⁊ rationalem creaturam: ꝓpter quod theologi bene ponunt beatitudinem in visione ⁊ fruitione ipsius dei. ⁊ ab hac beatitudine anime post resurrectionem fiet redundantia ad corpus per quam fiet gloriosum per dotes corporis: inter quas ponitur impassibilitas. ⁊ consequens resurrectio erit ad vitam immortalem: operibus nutritiue ⁊ generatiue non indigentem. Et ad hoc sunt auctoritates clarissime noui testamenti. Sed quia non recipiuntur a iudeis: ad hoc potest adduci auctoritas prophete dicentis. Saciabor quum apparuerit ⁊c. quia ex beatitudine anime fiet talis redundantia ad corpus. q' satiabitur hominis appetitus. Ad hoc autem facit exemplum Moysi qui existens in monte cum dño. 40. diebus ⁊. 40. noctibus non comedit. neq; bibit. consortio tñ dñi sustentatus. Et multo minus in statu future beatitudinis vsus ciborum est ponendus. Hec Nicolaus de lyra. Si tibi videbitur poteris propter prolixitatē sermonis

derelinquere hoc quod dicit de Nicolao de lyra. Finis.

¶De resurrectione vniuersali.
Sermo.15.



Ides tua te saluum fecit. Luc.18.
¶Supra sermone prio visum est de.5.articulo fi dei ptinente ad diuinitatem: vz de glorificatione animarum. Modo ergo sequitur videre de.6.articulo diuinitatis.s.de glorificatione corporũ. De quo dicit symbolum apostolicum. Carnis resurrectionem. Erit autem circa hunc articulũ triplex consideratio. Primo vtrum resurrectio sit futura. Scdo quomõ. Tertio qualis. Et de quolibet põt fieri vnus fmo: sed tantum de duabus considerationibus predicabimus hodie vnum sermonem: et cras alium. Salutetur virgo rc. Pro introductione materie predicande.est notãdum q vera conclusio est in sancta theologia p fidem catholicam approbata.q omnes homines mundi qui fuerunt. sunt et erunt.siue boni siue mali.cuiuscunq secte.condicionis.vel status.aut etatis fuerint. resurgẽt in nouissimo die cum corporibus proprijs. Hoc probatur ratione.et auctoritate. Ratione autem quadruplici ad hoc probandum. Prima sumitur ex parte diuine iustitie. Secunda ex parte diuine sapientie. Tertia ex parte diuine clementie. Quarta ex parte humane anime. Prima ergo ratio sumitur ex parte diuine iustitie: et est ista. Ad iustitiam diuinam pertinet. q ille premietur vel puniatur qui meruit vel peccauit. Ps. Duo hec audiui: quia potestas dei est.s.ad puniendum malos. Et tibi domine misericordia.s.ad premiandũ bonos quia tu reddes vnicuiq iuxta opera sua. In hac autem vita quia actiones: vt ait phs sunt suppositorũ neq anima sola neq corpus solum: sed homo ex anima et corpore compositus peccat vel meretur. ergo debetur toti homini fm animã et corpus premium vel pene. Manifestum est autem q in hac vita homines premium vltime felicitatis consequi non possunt. Multotiens etiã nec iusti in hac vita premiantur: imo econtra iuxta illud Job.21. Impij viuunt. et sublimati sunt cõfortatiq diuitijs rc. Ad idem Iere.12. Iustus qdẽ tu es dñe rc. Vide supra sermone.7.par.1. Vt ergo sit retributio bonis et malis: necessario est iteratam anime et corporis ponere coniunctionem. Vbi homo in corpore et anima premiari et puniri possit. Et confirmatur hec ratio auctoritate Apostoli dicentis. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi: vt referat vnusquisq propria sui corporis prout gessit: siue bonum siue malum. 2. Cor.5.

¶ Prima igitur ratio naturalis est: quia vnumquodque est reducibile ad principium suum. Unde sumptum est. Unde videmus quod omnia corruptibilia composita ex quattuor elementis resoluuntur in ipsa quattuor elementa: sic et bestie formate de terra: ad terram naturaliter reuertuntur: iuxta illud. Eccle. 3. Cuncta subiacent vanitati: et omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt: et in terram pariter reuertuntur. Modo videamus: de quo homo factus est: et quid est quantum ad corpus. Juxta illud. Gen. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terram: de qua sumptus es: quia puluis

to ⁊ in pulverem reverteris. Quantu3 vero ad animam: que est subiectū gratie vel culpe. Nō possumus dicere ꝙ sit producta de terra: vel de alio elemento: nec de materia celi: quia humana anima: propter sui nobilitatem est super omnem preparationē materie corporalis: nec educitur d potētia materie: sed est creata de nihilo. Ergo est naturaliter reducibilis ad nihilum. Cum ergo peccatū sit nihil: qꝛ est privatio speciei: modi: ⁊ ordinis. ſm Augustinū. Sequitur ꝙ anima naturaliter potest peccare. Unde sup illud Jo. i. Sine ipso factū est nihil: dicit Aug. nihil. i. peccatum. Ex hac ratione sequitur ꝙ peccare a deo est generale huiusmodi: ꝙ nullus homo unꝙ fuit sine peccato: exceptis duobus. Preter. n. dñm Jesum: ⁊ virginem Mariam omnes peccaverunt. Unde i. Jo. i. Si dixerimus: qꝛ peccatum nō habemus ipsi nos seducimus: ⁊ veritas in nobis nō est: hanc rō. Augustī. ponit. 9. de civit. dei. c. Ut natura sit ex eo habet ꝙ a deo facta est: ut autē3 deficiat ab eo qd est habet: qꝛ de nihilo facta est. Sic ergo natura anime redit ad nihilum ex quo de nihilo est creata. Si fuisset creata vel producta de gratia per se rediret ad gratiam naturaliter. Si de natura celi rediret per se ad celum. Sed qꝛ est creata de nihilo per se redit ad nihilu3. Et ideo peccare pōt per se: sed non potest resurgere per se a peccato: nec veniam ꝯsequi per se: ⁊ sic p3 ratio naturalis.

¶ Secunda ratio est theologalis. Regula enim theologie est ꝙ potentia creandi est soli deo ꝓpria: nec est cōmunicabilis creature etia3 instrumētaliter. Ut not. s. Tho. prima pte. q. 45. ar. 5. Manifestum est aūt ꝙ in remissione peccati ⁊ iustificatione peccatoris cōcurrit creatio gratie. Virtutum theologaꝝ. ⁊ moralium: ⁊ donoꝝ: spiritus sancti: ⁊ sic a nullo potest fieri huiusmodi iustificatio: nisi a deo ⁊ per gratiam sui: hanc rationem declara sicut scripsi in sermonibus de peccatis in genere. ar. iij. sermone quarto.

¶ Tertia ratio est legalis: per peccatum nanꝙ deus offenditur. Offensa aūt non remittitur: nisi per hoc ꝙ animus offensi sibi placatur: ꝙ aūt animus offensi placet: est a voluntate ipsius offensi. Per leges nullus cogitur de iure civili remittere offensam sibi illata3: sed potest in iudicio accusare vel agere: ꝯtra iniuriantem: qꝛ nemini facit iniuriam: qui utitur iure suo. c. Cu3 ecclesia de electione. Non ergo est in potestate peccatoris offendentis. sed offensi offensam remittere: ⁊ sic in sola volūtate dei est: ꝓstare veniam peccatoribus: ⁊ non in potestate ipsoꝝ peccatoru3. ps. Beatus vir cui nō imputavit dñs peccatum: hanc rationem ponit. b. Tho. i. 2. q. iij. ar. ij. Sed darius. q. 109. ar. 7.

¶ Quarto patet per similitudine3. Nam quilibet potest libera voluntate se in ꝓfundum putei proiicere: sed non inde exire potest sine auxilio alterius. Sic in proposito. Notare potes hic exēplum qd legitur in barlaam qd scripsi dñica ij. de adventu. Sermone qui incipit. Scitote qm̄ ꝓpe est regnu3 dei parte prima. Dicit etiā Jo. Crisost. in omel. Cum appropinquasset Jesus hierosolymis ⁊c. In dñica pma adnētus ⁊ in dñica palmaꝝ. Ideo clamare debet peccator cum David dicens. Non me demergat tempestas aque ⁊c.

¶ Tertia causa materialis obiectiva notatur: cum dicit in diffinitione: qua commissa mala plangimus ⁊c. Et intellige de malis culpe actualis. Hec ultima differentia est cōplectiva diffinitionis: qꝛ dolere de peccatis cōmissis pertinet ad charitatem: ⁊ ad quācūꝙ aliam virtutem. Eiusdem nanꝙ virtutis est gaudere de bono acto suo: ⁊ tristari de ꝯtrario. Cum aūt charitas congaudeat de bono. ut dicit apls. i. Cor. i3. Sequitur ꝙ ad charitatem pertinet tristari de malo. Qd ergo dicit cum emendationis proposito pertinet specifice ad penitentiam. Sufficit ergo ad virtutem penitētie cōmissa plangere ⁊ firmiter in animo proponere: alia nō cōmittere: que si cōmittantur apparet tunc ꝙ prima penitentia nō fuit perfecta: nec prodest ad salutē: nisi per aliam penitentiam iterum reparetur. Unde Aug. Inanis est penitētia quam sequens culpa coinquinat. de pe. di. iij. Inanis. Et ibidem Isidorus. Irrisor est nō penitens qui ad huc agit qd penitet. Nō tn̄ sequitur ex hoc ꝙ penitētia prima nō fue-

rit. Et hoc probat' gratianus. de pe. di. iij. c.
¶ Quarta est causa finalis cum dicitur: deo recōciliaris de qua dicetur. J. Amen.

¶ De causalitate penitentie. i. causis et motiuis et rationibus: quibus penitentia agitur. Sermo. v.

Penitentiam

agite etc. Supra habitum est de penitētie quiditate. Modo sequitur de penitētie causalitate. i. de causis siue motiuis et rationibus: quibus peccatores debent ad penitentiam prouocari: que si sepius cogitaret vir ad peccata mortalia laberetur: et si quem eum cadere contingeret: faciliter pniam ageret. Salutetur virgo Maria. Cōsideranti mihi occurrunt impresentiarum. iij. Diuersa motiua quibus prouocamur ad penitentiam.

¶ Primum est diuina benignitas.
¶ Secūdum ē saluatoris exemplaritas.
¶ Tertium angelorum festiuitas.
¶ Quartum est gratie preciositas.
¶ Quintū est anime securitas.
¶ Sextum est glorie sublimitas.
¶ Septimum est mortis dubietas.
¶ Octauum est peccati malignitas.
¶ Nonum est pene acerbitas.
¶ Decimum est finis mundi ppinquitas.
¶ Undecimum est iudicij rigorositas.
¶ Duodecimū est dilationis piculositas.
¶ Tertiūdecimū est penitētie vtilitas.

¶ Primum ergo motiuū ad faciendum penitentiam est diuina benignitas: cui reperitur peccator ingratus. Ingratitudo autem est ventus vrens: et desiccans fontem pietatis diuine: et ait Bernardus. Et quam maxima sit ingratitudo ista perpendere possumus ex magnitudine beneficiorum: que ab ipsa diuina bonitate percepimus: que sunt infinita nec posset humana lingua exprimere vel narrare. Sed in generali nunc sufficiet dicere sex: quorum quodlibet est infinitum.

¶ Primum est beneficium creationis.
¶ Secūdum est beneficium redemptionis.
¶ Tertium est beneficium conseruationis.
¶ Quartum est bñficium expectationis.
¶ Quintum est bñficium iustificationis.
¶ Sextum est beneficium glorificationis.

¶ Primū ergo beneficium est creationis: quod est infinitum. s. de nō esse ad esse: et dedit nobis nobilissimum esse inter creaturas: quattuor enim gradus cōstituit deus in creaturis. ¶ Primus gradus est. quia dedit aliquibus creaturis solū esse. ¶ Secūdus quia aliqbus dedit eē et viuere. ¶ Tertius quia dedit aliquibus esse viuere sentire. ¶ Quartus quia dedit aliqbus esse: viuere: sentire: et intelligere. Uide de his quattuor gradibus quod scripsit Aug. xi. De ciui. dei. c. 16. Et quod scripsit in sermone de cōuersione beati pauli apostoli. Sermone qui incipit: vas electionis etc. In Introitu: in hoc autem quarto gradu cōstituit hominē. quem caractere sue imaginis: et similitudinis insigniuit. Gen. i. Faciamus hominē ad imaginem et similitudinē nostram. ¶ Nota quod inter deum et hominē est quincuplex similitudo Numerationis: dilectionis: fruitionis: humanationis: glorificationis: vz tres respectu anime: et due respectu corporis. ¶ Prima ergo respectu anime est similitudo nature: que cōsistit in hoc: quod sicut in deo sunt tres psone: et vna essentia: sic in anima sunt tres potentie: et vna essentia: de hac prima dicitur. Gen. i. Faciamus hominem etc. vt supra. ¶ Secūda ē imago gratie quā consequitur homo diligendo deum ex charitate: sicut ipse deus seipsum diligit. Colo. iij. Expoliantes vos veterem hominē cum actibus suis induite nouum hominē: qui renouatur in agnitionem dei sm imaginem eius: qui creauit eum: ppter quam imaginē dicimur filij dei per adoptionem: sicut filius est ad imaginem patris: consequenter sumus per hanc imaginem conformes et confratres christi. Ro. 8. Ipse spiritus testimonium reddit spūi nostro: quod sumus filij dei: si autem filij et heredes: heredes quidem dei: coheredes autem christi: et subdit ibidem: quos presciuit: et predestinauit

conformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse
primogenitus in multis fratribus. ¶ Ter
tia imago est glorie: per quaz efficimur per
fecte beati ad imaginez dei ipso deo fruen
do: sicut et ipse se ipso fruitur: de hac imagi
ne loquitur apostolus. ij. Cor. 3. Nos ve
ro reuelata facie: gloriam domini specu/
lantes in eandem imaginem transfor. a
cla. in clari. tanq̃ a domini spiritu. Item. i.
Jo. iij. Scimus quoniam cum apparue/
rit similes ei erimus: quoniam videbimus
eum sicut est. ¶ Quarta imago est respe/
ctu corporis: quia filius dei assumpsit hu
manitatem: per quam effectus est homo
similis nobis: passibilis: mortalis: et subie/
ctus nostris miserijs: preter culpem: et igno
rantiam. Phil. 2. Qui cum in forma dei
esset: non rapinam arbitratus est esse se
equalem deo: sed se exi. for. serui acci. in
si. ho. fac. et ha. inuen. vt homo. Item Ro.
8. Misit deus filium suum: siml. car. pecca/
ti etc. ¶ Quinta imago est: regula respe/
ctu corporis: quia resumemus corpora glo
riosa: conformia corpori christi. Phil. iij.
Saluatorem expectamus: qui reformabit
corpus humani nostre consi. cor. clari. sue.
Ecce quantus amor est dei erga nos: cu/
ius tot signacula nobis apparent. Simi/
litudo enim est causa amoris. Grauitas
autem peccati in homine potest ex hac
consideratione monstrari. Si enim vnus
acciperet imaginem crucifixi: vel virginis
Marie: et proijceret eaz in lutum: vel igne:
quanta pena dignus esset etc. Multo ma/
gis qui proijcit seipsum in lutum auari/
cie: vel ignem luxurie etc. Vide quod scri
psi in sermone beate Agathe qui inci/
pit. Similis est homini patrifamilias in
introitu. Cur ergo o ingratissime pecca/
tor offendis deum: etsi offendisti cur to/
tis viribus eum: non placas penitentiaz
agendo? Jere. 2. Scito et vide: quia ma/
lum et amarum est reliquisse te dominum
deum tuum: et non esse timorem eius
apud te: dicit dominus exercituum. No/
ta quanta pena dignus est: qui offendit
regem suum: quia contra hunc tanquã
reum criminis lese maiestatis armantur
leges: clamat mundus: seuiunt iudices
et lictores: vt in l. quisquis. C. ad legem
iul. ma. canonizata .vi. q. i. quisquis. alias
siquis cum militibus etc. Quanto magis
si offendis dominum? Ideo loquens scri/
ptura contra peccatores: sic ait, generatio
praua atq; peruersa: heccine reddis do/
mino popule stulte et insipiens? nunquid
non ipse est pater tuus: qui possedit te: et
fecit et creauit te etc. Deuterono. xxxij.
¶ Secundum est beneficium redemptio/
nis: cui beneficio maxime reperitur ingra
tus peccator: nonne ingratissimus repu/
taretur: qui eum offenderet: qui ipsum a mor
te preseruasset vel resuscitasset. i. Pe. 2.
Christus passus est pro nobis. i. Cor. vi.
Empti estis precio magno. Item. c. 6. Pre
cio empti estis nolite. i. Pe. i. Non cor/
ruptibus auro etc. Sic etc. Nota. similitu/
dinem de pellicano etc. Peccator ergo
in hoc est deterior bestijs: legitur in ec/
clesiastica historia: q; iuxta sanctum ma/
charium in deserto leena crudelis bestia
morabatur: que cum cecos filios genuisset:
eos ad ipsum macharium tulit: et signis q/
bus potuit supplicauit: vt eos redderet
luci: quod vir dei intelligens ipsos signo
crucis lucem restituit. Itaq; illa cum filijs
ad speluncam redijt: et accipiens omnes
pelles quas habebat ex bestijs quas fue
rat depredata ad cellas ipsius detulit: sic
mercedem et gratias referens de benefi/
cio recepto. Ad idem facit exemplum: de
leone beati Hieronymi etc. Item de leo/
ne de quo legitur in Esopo. Ad idem le/
gitur de quodam leone: qui cauda liga/
tus a quodam serpente maxime teneba/
tur: eiq; premimio dolore fortiter clamans
rugitu: et quidam miles per desertum ince
dens: leonis clamore motus venit et extra/
cto ense serpentem occidit: et sic ligatum
leonem absoluit: qui adeo beneficio gra/
tus fuit: q; semper vsq; ad mortem sibi
adhesit. Patet ergo ex his quante ingra
titudinis sit peccator: qui hoc maxime
beneficio reperitur ingratus: nam in hoc
reperitur deterior bestijs: et similis serpen
ti: qui beneficio suo reddit virus pro gra

titudine. Ps. 108. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi ⁊c. Et posuerunt adversum me mala pro bonis: ⁊ odium pro dilectione mea. Recordare paupertatis: ⁊ transgressionis mee: absinthij ⁊ fellis. Tren. iij. Ideo Augusti. in persona salvatoris nostri sic ait. Cum inimicus esses: o homo ingrate. patri meo reconciliavi te: cum esses longe. veni querere te: cum venditus esses veni redimere te: cum inter montes ⁊ silvas errantem quesivi te: ⁊ ne ore ferarum laniareris collegi te: laboravi: sudavi. ploravi: frigus habui: caput meum spinis opposui: manus ⁊ pedes clavis obieci: ⁊ latus meum lancea perforari permisi: sanguinem meum fudi: animam posui ut adiungerem te mihi: ⁊ tu ingrate separaris a me. ❡ Tertium est beneficium conservationis: quia postquam nos creavit conservat dans nobis thalamum uteri materni: ⁊ cellarium mamillarum: conservat nos etiam a demonum insidijs: dans nobis custodiam angelorum. Ps. Angelis suis deus mandavit de te: ut custodiant te: in omnibus vijs tuis. ❡ Quartum est beneficium expectationis ad penitentiam. Si enim deus vellet contra peccatores rigorem iusticie exercere: deberet terra aperiri ⁊ vivos hyatu suo eos deglutire: sicut Datan ⁊ Abiron: de quibus di. sic. Ps. Aperta est terra ⁊ deglutivit Datan: ⁊ operuit super congregationem Abiron. Et tamen deus expectat ad penitentiam peccatores per multum tempus: quod quam magnum sit beneficium potest ex duobus considerari. Primo ex hoc: ꝙ angelis peccantibus: hoc beneficium non contulit: sed statim eos post peccatum ad infernale baratrum detrusit sine spe aliqua remissionis: nos autem expectat tanto tempore. Tren. iij. Misericordie domini quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius. Secundo apparet ex similitudine iudicis: qui sententiam tulisset contra delinquentem ad mortem: ⁊ tamen eius executionem ex misericordia differret ⁊c. Sic contra peccatores in curia divine iusticie data est sententia: que habetur. Eze. 18. Anima que peccaverit ipsa morietur: ⁊ nihilominus differtur executio: ut detur nobis locus penitentie. Isa. xxx. Propterea expectat dominus ut misereatur nostri. Et ideo exaltabitur parcens nobis: quia deus iudicij dominus. Ad idem facit parabola de filio prodigo. Luc. xv. Ps. Quemadmodum miseretur pater filiorum: misertus est dominus timentibus se ⁊c. Et licet non exequatur deus sententiam datam contra peccatores: sed expectat eos ad penitentiam ut dictum est: tamen ipsi ducuntur continue ad executionem sententie ea velocitate qua currimus omnes ad mortem cum quadriga quattuor temporum anni: ⁊ equo solis. Sed notandum: ꝙ non solum deus expectat quin etiam invitat animam peccatricem ad penitentiam cum angelis sanctis: ⁊ tota curia celesti: dicens illud verbum quod legitur. Cant. vi. Revertere revertere sunamitis: revertere revertere ut intueamur te. Nota. sunamitis. i. captiva anima: quam scilicet diabolus propter delicias huius mundi captivam duxit ad inferos. Iuxta illud. 2. Thimo. 2. Resipiscant a diaboli laqueis a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem: quando dicit revertere: propter quattuor genera peccatorum: scilicet prave cogitationis: locutionis: operationis: omissionis: vel male consuetudinis. Dicit ergo revertere: a peccato prave cogitationis: revertere a peccato locutionis: revertere a peccato operationis: revertere a peccato consuetudinis. Item revertere. per cordis contritionem: revertere: per oris confessionem: revertere per operis satisfactionem: revertere per bone vite continuationem: quia qui perseveraverit salvus erit. Mat. x. Ut intueamur te. i. ut sic possimus videre in te imaginem ⁊ similitudinem dei: quam ferventi desiderio optamus. Quod si dominus quidam magnus nos invitaret: nunquid etiam remaneremus? Certe non. Alioquin iuste indignationis causam contra nos haberet: quanto magis: ergo ⁊c. Ideo apostolus. Ro. 2. An divitias bonitatis eius: ⁊ patientie ⁊ longanimitatis contem

nis ignoras: quoniam benignitas dei: ad
penitentiam te adducit: s͡m duriciam au/
tem tuam: ⁊ cor impenitens thesaurizas
tibi iram in die ire: ⁊ reuelationis iusti iudi
cij dei: ⁊ reddet vnicuiq; iuxta opera sua.
Item Ualerius in primo libro. De negle/
cta religione. Lento etenim gradu ad vin
dictã sui diuina procedit ira: tarditatẽq;
supplicij grauitate compensat. Ista autem
duritia peccatoris procedit ex eo: q deus
non statim punit peccatum. Juxta illud.
Eccle.8. Quia non profertur cito contra
malos sententia: absq; vllo timore filij ho/
minũ perpetrant mala: sed insipiẽtes sunt.
ps. Nisi conuersi fueritis. glo. in ar. s. te ⁊
pa. illum ⁊c. ¶ Quintum beneficium est
iustificationis: quia quantumcunq; homo
fecerit infinita peccata: si tamen ad peni/
tentiam redierit: omnia peccata sibi dimit/
tuntur: et diuina misericordia: sicut pz ex/
emplo s͡m debitoris decem milium talen
torum: de quo. Mat.18. Unde Eze.18. Si
impius egerit penitentiam ab omnibus
peccatis: que operatus est: omnium iniqui
tatum eius: quas operatus est non recor/
dabor. Item Isa.43. Ego sum qui deleo
iniquitates tuas propter me: ⁊ peccatorũ
tuorum non recordabor. Nec solum re/
mittit culpas: sed etiam penas. Dicit ec/
clesia in hymno. s. marie magdalene. Uni
trinoq; domino sit sempiterna gloria: qui
culpas ⁊ supplicia remittit: ⁊ dat premia.
Item confert gratiam. Itez virtutes theo
logicas: quibus homo ordinatur in deum:
per fidem quidem: ad deum cognoscen/
dum: per spem ad ipsum sperandum: per
charitatem ad ipsum diligendum. Item
dat sibi virtutes cardinales: quibus ordi
natur in proximum: ita q per prudentiã
in eligendis: per fortitudinem in toleran/
dis: per temperantiam in vtendis: ⁊ per iu
sticiam in distribuendis. Item confert si/
bi dona spiritus sancti: que sunt sapien/
tia. Isa.xi. Intellectus: consiliũ: fortitudo:
scientia: pietas: ⁊ timor dñi. Ecce quanta
beneficia: adeo debes o peccator cõuerte/
re ad deum. Alioquin de peccatore obdu
rato dicit. ps. Dilexit maledictionem ⁊ ve/
niet ei: ⁊ noluit benedictionem: ⁊ elon: ab
eo. ⁊ induit maledictionem sicut vestimen
tũ: ⁊ intrauit sicut aqua in interiora eius:
⁊ sicut oleum in ossibus eius: fiat ei sicut
vestimentum quo operit: ⁊ sicut zona qua
semper percingitur. ¶ Sextum est benefi/
cium glorificationis: quam expectamus
post mortem: quantũ ad gloriam anime.
2. Cor.5. Scimus enim quoniam si terre/
stris domus nostra: huius habitationis dis
soluatur. q edificationem ex deo habea/
mus domum non manufactam in celis.
Postmodum in fine mundi expectamus
gloriam corporum. Phil.iij. Saluatorem
expectamus dominum nostrum Jesum
christũ: qui re. cor. hu. nostre. confi. cor. cla.
sue. De istis duobus vltimis beneficijs. Da
uid valde regratiatur deo. d. Benedic ani
ma mea domino: ⁊ noli obliuisci omnes
retributiones eius: qui propiciatur omni/
bus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes
infirmitates tuas: qui redi. de in te. vitam
tuam. qui coro. te in misericordia: ⁊ mise/
rationibus: qui replet in bonis des.i. ⁊ re/
nouabitur vt aquila iuuentus tua. Ergo
penitentiam agite. Deo gratias Amen.

¶ De sex motiuis principalibus: quibus
mouetur peccator penitentiam agere.
Sermo.6.

PEnitentiam agite ⁊c. Supra sermone
proximo proposita sunt
tredecim motiua: siue ra/
tiones ad penitentiã per
agendam. Et dictum est. de primo tantũ
modo. In isto vero sermone intendo pre/
dicare de sex subsequentibus. Salutetur
virgo ⁊c. Primũ ergo motiuũ istorũ sex ẽ.
¶ Primum est saluatoris exemplaritas.
¶ Scdm est angelorũ festiuitas.
¶ Tertium est gratie preciositas.
¶ Quartum est anime securitas.
¶ Quintum est glorie sublimitas.
¶ Sextum est mortis dubietas.

¶ Primum ergo motiuum est saluatoris
exēplaritas: pro huius ergo motiui decla/
ratione notandum: q̄ vt ponit Tho. par.
iij.q.18.ar 6. Et est conclusio vera ⁊ firma
in sacra theologia: per fidem catholicam
approbata: q̄ super omnes homines mū/
di saluator noster habebat vnam excellen
tiam inter ceteras: q̄ inter animam ⁊ cor/
pus sine inter spiritum: ⁊ carnem: ⁊ inter
rationem: ⁊ sensualitatem nullam habe/
bat resistentiam: ⁊ contrarietatem: sed ge/
quid volebat anima. volebat ⁊ corpus:
quicquid ratio ⁊ sensualitas sine aliqua
contradictione: non sic in nobis ⁊ ceteris
hominibus. q̄ anima vult vnum ⁊ caro
aliud: verbi gratia: anima vult ieiunare:
caro comedere: anima orare: corpus lude/
re anima vigilare corpus dormire: anima
delectare de castitate: corpus de luxuria.
Unde apostolus. Gal.5. Caro concupi/
scit aduersus spiritum. Spiritus autē ad/
uersus carnem: hec autem sibi inuicē ad/
uersantur: vt non quecunq̄ vultis illa fa/
ciatis. Item. Ro.7. Scio enim quia non
habitat in me: hoc est in carne mea bonū:
nam velle adiacet mihi: perficere autem
bonum non inuenio: non enim quod volo
bonum. hoc facio: sed quod nolo malum:
hoc ago. Et hoc est bellum valde durum
in quo exercentur omnes sancti viri: quia
peruersi ⁊ peccatores non sentiunt istam
contrarietatem. quia non resistunt: sed sta
tim obediunt carni: sicut equus ⁊ mulus:
quibus non est intellectus. Unde in tantū
preualet hoc bellum: q̄ non potest in eo
haberi victoria: nisi per gratiam dei. Uñ
apostolus complangens humane fragili/
tati ⁊ miserie sic ait. Condelector enim
legi dei ſm interiorem hominem. Uideo
autem aliam legem in membris meis: re/
pugnantem legi mentis mee: ⁊ captiuan/
tem me in lege peccati: que est in mem/
bris meis. Infelix ego homo quis me libe
rabit de corpore mortis huius? Et respō/
dit: gratia dei per iesum christum domi/
num nostrum. Ro.7. Ad istam autem gra
tiam habendam: necessaria est oratio de/
uota: ideo dñs in nocte passionis aposto/
los hortabatur. d. vigilate ⁊ orate: vt non
intretis in temptationem: spiritus quidem
promptus est: caro autem infirma. Mat.
26. Q̄ illi tres non fecerunt: quia neq̄ vi/
gilauerunt neq̄ orauerunt. Et ideo in hoc
bello succubuerunt: quia timore mortis fu/
gerunt: ⁊ fidem perdiderunt: ⁊ petrus ip/
sum ter negauit ⁊c. Sed in saluatore no/
stro non sic erat: quia semper inter ani/
mam: ⁊ corpus fuit cōformitas. ⁊ perfecta
subiectio corporis ad animam: ⁊ sensuali/
tatis ad rationem: multo magis q̄ fuerat
in primis parentibus in statu innocentie.
Et pro declaratione differētie: nota. ratio
nem ⁊ auctoritatē: ratio est ista: contrarie/
tas in nobis procedit ex infectione pesti/
fera peccati originalis: propter quā natu/
ra humana est difficilis ad bonū: ⁊ prona
ad malum: iuxta illud. Gen. 8. Sensus enī
⁊ cogitatio humani cordis prona sunt ad
malum: ab adolescentia sua. propter quod
etiam Dauid complangens dicebat. Ecce
enim in iniquitatibus conceptus sum: ⁊ in
pec. concep. me mater mea. ps. 50. Constat
autem q̄ christus non contraxit originale:
quia nō ex virili semine: sed mistico spira/
mine verbum dei factum caro fructusq̄
ventris floruit. Luc. 1. Spiritus sanctus su/
perueniet in te: ⁊ v ir. altis. obum. tibi ⁊c.
Item Mat. 1. Q̄d in ea natum est de spiri/
tu sancto est. Ideoq̄ in christo non fuit
ista contrarietas. quia cessante causa ces/
sat effectus. c. Cum cessante. de appellatio.
Patet ratio. Auctoritas habetur: per Da/
uid. ps. 83. Etenim passer inuenit sibi do/
mum: ⁊ turtur nidum vbi re. pu. suos. Pas/
ser volans significat spiritum christi: ⁊ tur/
tur significat carnem christi: que fuit casti/
sima signata per turturem: que est adeo
casta q̄ mortuo masculo nulli alteri socia/
tur: nec ponit se in arbore viridi: sed ari/
da: nec bibit aquam claram: sed turbidam:
⁊ dat gemitum pro cantu: sic caro christi
fuit castissima: ⁊ semper in paupertate do
lore: ⁊ erūna temporali: ⁊ planctu voluit
esse. ps. Pauper sum ego ⁊ in laboribus
a iuuentute mea. Item alibi de torrente
in via bibit. Dicit ergo passer. i. anima chri

sti inuenit sibi domum celi: ⁊ turtur .i. caro nidum .s. in celo ⁊ ibidem prius premittit: cor meum ⁊ caro mea exultauerũt in deũ viuũ. Et alibi. Sitiuit in te anima mea: q̃ multipliciter ⁊ caro mea. Pꝫ auctoritas. Nec obstat predictis quod dicitur. Luc. 22. Factus in agonia prolixius orabat: ⁊ factus est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrentis in terrã. Ex quo videt: ꝙ inter rationem ⁊ sensualitatem fuerit contrarietas. ex qua procedebat illa agonia: quia contraria sunt ſm idem ⁊ respectu eiusdem. Ratio autem ⁊ sensualitas non erant discordantes: quia non ſm idem: sed diuersis respectibus ferebantur ad passionem. Ratio enim volebat passionem prout erat salutifera toto humano generi: non autem prout erat afflictio innocentis: quia hoc modo etiam voluntas rationis christi refugiebat passionem. Unde ibidem dicitur. Nõ mea voluntas sed tua fiat. Sensualitas autem cuius non est cõferre: sed in aliquid absolute ferri: non volebat hanc passionem: Et in hoc concordabat voluntati rationis: ⁊ voluntati diuine: quia nec ipse deus passionem christi volebat ſm se consideratam. Nec in hoc contradicebat sensualitas rationi: nec rationem retardabat voluntati rationis.

Placebat autem christo ſm voluntatem diuinam: ⁊ etiam ſm voluntatem rationis: vt voluntas naturalis in christo: ⁊ voluntas sensualitatis ſm ordinem sue nature mouerentur: vt nota Tho. par. iij. q. xviij. arti vi. Duplici ergo ratione: sensualitas non discordabat a ratione. Prima quia ratio ⁊ sensualitas nõ circa idem sed circa diuersa ferebantur. Secundo qꝛ motus ille sensualitatis placebat rationi: ⁊ diuine voluntati. Et si dicatur. Unde ergo illa agonia procedebat? Respondeo ꝙ agonia illa non fuit in christo: quantum ad partem anime rationalem: ſm ꝙ importat concertationem voluntatum ex diuersitate rationũ procedentem: sed fuit agonia illa quantum ad partem sensitiuam ſm ꝙ importat timorem infortunij imminentis ſm Thom. q. vbi supra in responsione ad tertium articulũ. Ex predictis ergo patet: ꝙ christus nullam contradictionem habebat inter carnem ⁊ animam: ⁊ consequenter nunq̃ peccatum cõmisit: nec committere poterat. i. Petri. 2. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Et nihilominus ipse penitentiam egit de peccatis: non quidem suis: sed nostris: que reputabat sua: propter vnionem capitis ⁊ membrorum. Et hoc patet: quantum ad omnes tres partes integrales penitentie. ¶ Primo namq̃ habuit contritionem cordis. ps. 21. Factum est cor meũ tanq̃ cera liquescẽs in medio cordis mei. ¶ Secũdo cõfessus est peccata. Et hoc bis primo in vita. ps. Deus tu scis insipientiam meam ⁊ delicta mea a te non sunt abscondita. Nota. delicta mea. i. populi. Scdo in morte. ps. 21. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum meorum: Nota. longe a salute mea: Nicolaus de lira sic exponit. s. corporali: quia non fuit preseruatus a morte: verba delictorum meorum: delicta populi sua dicit: tum propter membrorum ⁊ capitis affinitatem: tum quia sua fecit quodammodo sustinendo pro eis penam. Iuxta illud. ps. Que non rapui. tunc exsoluebam. Ad idem facit illud Job. vbi loquitur Job in persona christi. 6. Utinam appenderentur peccata mea. quibus iram merui: ⁊ calamitas quam patior in statera: quasi arena maris hec grauior appareret. ¶ Tertio satisfecit pro eisdem peccatis: orando: ieiunando: patiendo frigus ⁊ famem: sitim: vigilando: ita ꝙ tota sanctissima vita sua fuit semper in doloribus ⁊ penis: vt satisfaceret ꝓ peccatis nostris. que sua reputabat. ps. Pauper sum ego: ⁊ in laboribus a iuuentute mea. Exaltatus autem. s. in cruce humiliatus ⁊ cõturbatus. Fiat ergo ratio a maiori. Si saluator noster: qui non indigebat penitentia fecit penitentiam: conterendo: confitendo: ⁊ satisfaciendo: vt dictum: est ergo multo magis nos peccatores: ⁊c̃. Nam omnis christi actio nostra est instructio: vt ait Augusti. Nota exemplum de Cesare iulio: qui namq̃

legitur dixisse militibus cartis: sed eamus ad prelium sic saluator ⁊c̄. Jo.13. Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis: ⁊ vos faciatis. ¶ Secundū motiuum est angelorum festiuitas: angeli nanqꝫ magnum festum faciunt de peccatore cum conuertitur ad penitētiam. Luc. 15. Gaudium erit angelis dei super vno peccatore penitentiam agente: potes referre parabolam: que ibi legitur: tota etiam curia celestis letatur: ⁊ excitat nos ad penitentiam. c. reuertere reuertere sunamitis ⁊c̄. Uide supra sermone proximo parte. 4. versu nec solum. Et econtra vero angeli dolent: quando peccamus intelligendo tamen de dolore exprobationis. Juxta illud. Isa. xxxiij. Ecce videntes clamabant foris angeli. Angeli pacis amare flebunt. ¶ Tertium motiuum est gratie preciositas ⁊c̄. Quis non dolet: quando thesaurum magnum amittit: Quantū dolet mercator: quando nauis in qua totū thesaurum suum habebat perditur ⁊c̄ Quanto magis ergo debet dolere peccator de amissione gratie: que est thesaurus inextimabilis: de quo Sap. 7. Preposui illā regnis ⁊ sedibus: ⁊ diuitias nihil esse dixi in comparatione illius: nec comparaui illi lapidem preciosum: quoniam omne aurum in cō. illi. ha. est exigua: quo qui vsi fuerint participes facti sunt amicitie dei. Item si quis haberet aliquod signum a rege: per quod omnia obtineret: etiam si peteret regnum: quantum doleret si hoc signum amitteret: Tale signum est gratia: declara ⁊c̄. Ideo quantum dolere debet peccator de gratia amissa: Jere. 7. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. ¶ Quartum motiuum est anime securitas: quam perdit homo per peccatum: vt dicetur. j. sermone 4. parte. 6. Econtra vero per penitentiam recuperatur securitas anime. Unde versus: Absqꝫ timore dei viuens homo cuncta timebit: Cuncta timent cum si timet ipse deum. Experientia hoc docet: quia is qui est in peccato: maxime timet aduersa: ⁊ specialiter mortem. Sed is qui est in gratia: aut nō timet: aut si timet naturali quodā modo timore: confortatur maxime a spe future vite ⁊ future glorie: quam sperat per gratiam quam habet. Ro. 5. Non solū autem sed ⁊ gloriamur in tribulationibus. scientes qꝫ tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem: spes autem non cōfundit: quia charitas dei diffusa ē in cordibus nostris per spiritum sanctum: qui datus est nobis. Prouer. xv. Secura mens: quasi iuge conuiuiū. Uide de peni. dist. 6. Qui egerit. ¶ Quintum motiuum est glorie sublimitas quā peccator perdit per peccatū: O quantum doleret ciuis si a ciuitate sua exul ꝑpetuo fieret: propter delictum suum: profecto iste in continua tristicia esset: ⁊ faciem suam perpetuis: ⁊ amaris gemitibus irrigaret. Sic in proposito ⁊c̄. Item propter peccatum homo perdit deum. Deus autem est summum bonum. Exo. xxxiij. Ostendam tibi omne bonū. Ergo homo perdēdo deū propter peccatum: perdit omne bonum. Et ideo dicitur. Jere. 2. Scito ⁊ vide: quia malum ⁊ amarum est reliquisse te dominū deum tuum: ⁊ non esse timorem eius apud te: dicit dominus deus exercituum. ¶ Sextum motiuum est mortis dubietas. Multi enim sunt qui spe diu viuendi procrastināt facere penitentiam: qui tamen morte preueniente frustrantur spe sua: quia nil certius morte: ⁊ nil incertius hora mortis. l. i ff. de cōditionibus ⁊ demonstrationibus. Quattuor sunt dubia siue incerta: vꝫ tēpus: modus: locus: ⁊ status. Primo ergo tempus vtrum. s. mors venire debeat in pueritia: vel in adolescentia: vel iuuentute: aut senectute: quia mors cum falce sua omne fenū metit. Eccl. 9. Nescit homo finem suum. Et ideo fatuus est ille qui spe lōgioris vite negligit penitentiam facere. Fatuitas autem ista probatur ex auctoritate euangelij ⁊ exemplo. Auctoritas habetur. Luc. xij. De illo diuite qui dicebat. O anima mea habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce: comede: bibe: epulare. Dixit autem illi deus: stulte hac nocte ani-

mam tuam repetent a te: que autem parasti cuius erunt? Exemplum etiaȝ probat stulticiam istius: sicut patet: in exẽplo: parabolico: quod legitur in barlaam de illo: qui fugiens vnicornem cecidit in quẽdam puteum profundissimum ⁊c. Ex quo exemplo notatur quadruplex stulticia peccatoris nolentis agere penitentiam. Prima est: quia non timet mortem: que per vnicornem designat: inebriatus dulcedine vnius gutte mellis ⁊c. Secunda quia non timet infernum: qui per draconem denotatur. Tertia quia non attendit vite fragilitatem: que continue deficit nocte ⁊ die: qui signantur per mures duos. s. album ⁊ nigrum rodentes continue arborem: ⁊ per quattuor aspides: quattuor elementa seu quattuor humores contrarios: qui semꝑ vite humane insidiantur. Quarta quia potest se liberare de tantis periculis ascendẽdo scalam: quam ille strenuus miles sibi porrigit: qui significat christum: qui miles super os putei existens sibi, scalam ipsam porrigebat. Miles est christus: qui vicit vnicornem. i. mortem in cruce. Osee. iȝ. Ero mors tua o mors ⁊c. Scala est penitẽtia: que habet multos gradus. s. tres, cordis contritio: oris cõfessio: ⁊ operis satisfactio. Patet ergo magna stulticia peccatoris in penitentis. Ideo ecclesia. Emendemus in melius: que ignoranter peccauimus: ne subito preoccupati die mortis queramus spacium penitentie: ⁊ inuenire non possimus. Iteȝ dominus. Mat. 24. Ideo ⁊ vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet. ¶ Secundo circa mortem est incertus modus: quia nescit homo vtrum febre: vel igne: vel aqua: vel alio modo sit moriturus: qui tamen modi sunt pene infiniti. Unde p. ferro: peste: fame: vinculis: algore: calore. Mille modis miseros mors rapit vna homines. ¶ Tertio est incertus locus. Multi namqȝ olim opinabantur in lectulis suis mori: qui tamen postea in mari: vel in desertis mortui sunt: ⁊ pro sepultura ventrem lupi ⁊ vrsi sortiti sunt. Seneca. Nescis homo quo loco mors te expectat: ideo tu eam omni loco expecta. Cum ergo nesciat homo quo loco debeat eam expectare. Ergo aut in omni loco debeant eam expectare: aut in nullo: ergo in omni loco expectanda est. ¶ Quarto est incertus status: quia incertus homo vtrum in statu mortalis peccati: vel in statu gratie sit decessurus. Eccle. 9. Sunt iusti atqȝ sapientes: ⁊ opera eorum in manu dei: ⁊ tamen nescit homo vtrum amore: an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. Et hec inter alias incertitudines predicta est magis timẽda: qꝛ nõ multum curandum est: quo tempore vel quo modo aliquis moriatur: sed tantum in quo statu aliquis de corpore educatur. Nam si in bono statu. s. gratie quis moritur: bene moritur quandocunqȝ: ⁊ vbicunqȝ moriatur. Quid enim obest homini mori in sterquilinio: si post mortẽ anima gloria perfruat? Sic econtrario. Quid prodest homini in proprio loco mori cum seruitoribus: medicis: ⁊ medicinis: si post mortem anima eius ad infernum detruditur? Unde Augusti. in primo. de ciuit. dei. Mala mors putanda non est quam bona vita precesserit: neqȝ enim facit malaȝ mortem: nisi quod sequitur mortem: non itaqȝ multum timendum est eis: qui necessario morituri sunt: quid accidat vt moriantur: sed moriendo quo ire cogantur. Cum igitur christiani nouerint longe meliorem fuisse religiosi pauperis mortem inter linguentium canum linguas: ꝙ impij diuitis in purpura: ⁊ bisso horrenda illa genera mortiuuȝ: quid mortuis offuerunt: qui bene vixerunt: hec ille. Deo gratias Amen.

¶ De malignitate peccati. Sermo.7.

Penitentiam.

Supra duobus proximis sermonibus dictū ē de.7. mortuis precedentibus nos ad penitentiam modo sequitur predicare de octavo motivo ꝙ quidem est peccati malignitas. Salutet virgo maria. Quāta sit peccati malignitas ⁊ quanta mala ex eo procedant: que lingua est narrare sufficiens: aut quis intellectus cogitare? profecto nullus: q̄ infinitoꝝ malorum peccatum mortale est causa ⁊ origo. Ideo dī Ieremie.ij. Scito ⁊ vide q̄ malum est ⁊ amarū dereliquisse te dominū deum tuum: ⁊ nō esse timorem eius apud te dicit dominus exercituum. Sed pro modo intellectus nostri possumus ꝯsiderare.xxij. duo mala: que ex peccato procedunt quorum prima. Septem sunt mala generalia: que inferuntur cōtra deum ⁊ creaturas reliqua.15. sunt specialia: que inferuntur ipsi peccatori ⁊ sunt ista vz.

¶ Primū est divine maiestatis offensivū.
¶ Scdm redēptoris contemptivum.
¶ Tertiū proximoꝝ viventiū infectivū.
¶ Quartum suffragiorum subtractivum.
¶ Quintum damnatoꝝ perturbativum.
¶ Sextum beatoꝝ contristativum.
¶ Septimum elementoꝝ corruptivum.
¶ Octavū divine inimicitie causativum.
¶ Nonum peccatoꝝ vilificativum.
¶ Decimum a corpore xp̄i separativum.
¶ Undecimum intellectus excecativum.
¶ Duodecimum affectus indurativum.
¶ Tertiumdecimum timoris incussivum.
¶ Quartumdecimum naturaliū bonoꝝ vulnerativum.
¶ Quintumdecimum spiritualis thesauri destructivum.
¶ Decimumsextum in bestialem naturam transformativum.
¶ Decimumseptimum nocumenti mortiferi inductivum.
¶ Decimumoctavū diabolice potestatis causativum.
¶ Decimumnonum mortis temporalis accelerativum.
¶ XX. eterne pene obligativū.
¶ XXi. temporis amissivum.
¶ XXij. quietis anime perturbativum.

¶ De primis septem generalibus malis erit hodie sermo noster: de reliquis.xv. dicetur infra tribus sermonibus sequētibus dn̄o concedente. ¶ Primū ergo malū quod ex peccato mortali procedit est: q̄ infert iniuriam deo inquantū facit hominem non obedire: quinimmo rebellem esse deo: cui tñ omnes creature ad nutum obediūt. Sicut pꝫ primo: in celestibus corporibus. Naꝫ sol: luna. stelle: ⁊ spere: semper movent ad preceptum magni dei vsqꝫ ad diem iudicij: ⁊ tunc precipiente deo ne moveantur amplius: nō movebuntur: q̄ tunc cessabit motus celi. Sic elementa ignis: aer: aqua: terra: bestie terre: volucres celi: ⁊ pisces maris: ⁊ omnia ad nutum omnipotētis moventur ⁊ parent ei. ps.148. Statuit ea in eternum: ⁊ in seculū seculi preceptū posuit ⁊ nō preteribit. ¶ De igne: pꝫ: ꝙ fuerit obediens deo etiam cōtra naturam sui. Dan. iij. Ubi loquitur ꝙ ignis nō nocuit in aliquo illis tribus pueris. s. sidrach: misach: ⁊ abdenago: missis in fornacem ignis ardentis. nec solum deo: sed etiam servis dei: fuit ⁊ est obediens ignis. Sicut pꝫ: in helia. 4.Re.1. ¶ Scdo idem pꝫ: de aere: qñ dn̄s imperavit ventis ⁊ mari ⁊ facta est tranquillitas magna. Mat.8. Et beato Dn̄ico obedivit pluvia. ¶ Tertio de aqua. Nā mare prebuit se solidum sub pedibus dn̄i. Mat.14. ¶ Quarto de terra: qñ ad preceptum dn̄i mortuos resuscitabat. Sicut pꝫ. Mat.9. Et Luc.7. ¶ Quinto aves. sicut pꝫ. iij. Re.17. De corvis ministrantibus helie panem ⁊ carnes. Unde dī ibi: ꝙ dixit deus helie: corvis ꝓcepi: vt pascant te ibi. ¶ Sexto pisces: sicut pꝫ Ione: ⁊ dixit dominus pisci: ⁊ evomuit ionā. Itē Luc.5. Concluserunt piscium multitudinē copiosam. ¶ Septimo bestie terre: sicut pꝫ: qñ dn̄s in deserto ieiunabat: ꝗ dormiebat inter bestias ⁊c. Marci.i. Eratqꝫ cum bestijs ⁊c. Die practice. Item paulo vipera nō nocuit. Act.28. Item in vitis patrum ascendebant sancti patres super cocodrillos: ⁊ transibāt flumina. ¶ Octavo morbi ⁊ infirmitates: sicut lepra: febris: ⁊ h̄ obe

dicebant dño. sicut pz. Mat. 8. ¶ Nono etiã
demones ad sui preceptum exibant: de cor
poribus obsessorum. Mat. 8. Et Luc. 8. ¶ Deci
mo infernus restituebat animas in ipso
detrusas ad preceptum dñi: vt animã La
zari resuscitati. Jo. xi. Et animas sanctorum
patrum quos limbus retinuerat. Et ideo
dĩ Hester. 13. Dñe deus omnipotens: in di
tione tua cũcta sunt posita: ꝛ nõ est q pos
sit resistere voluntati tue. Tu fecisti celum
ꝛ terram: ꝛ omnia que ambitu celi ꝯtinen
tur: dñs vniuersorum tu es. Item. ps. 118. Or
dinatione tua pseuerant dies: qm̃ omnia
seruiunt tibi. Item eccl'ia. Cui luna sol: ꝛ
omnia deseruiunt p tẽpora. ¶ Origenes
in omelia super euangeliũ dñice. iiij. post
oct. ephie. Ascendente iesu in nauiculam.
Mat. 8. Hi qui prudentie ꝛ intellectus
expertes sunt: inclinantur iubẽti: quibus neq
loquela neq sermo est obediunt: in eadẽ
enĩ substantia in qua sunt: ꝛ sua natura
monẽtur: ꝛ iussioni deseruiunt ad ꝯfusionẽ
mortalium ad condẽnationem corruptibi
lium. Jubet mari ꝛ nõ contẽnit: dicit ven
tis ꝛ tẽpestatibus ꝛ compescuntur. Jubet
omni creature ꝛ nõ supergreditur iussionẽ
eius: ꝛ vnum hominũ genus: qd̃ sm̃ simili
tudinẽ dei honorificatum est: cui verbũ ꝛ
prudentia data est: hi soli hoĩes resistunt:
hi tm̃ inobedientes sunt: hi soli in iudicio
damnabunt: ꝛ a iusticia punient velut de
teriores mutis animalibus vel his qui si
ne spũ ꝛ anima sunt in isto mũdo. Solus
tu o miserrime peccator es rebellis deo: ꝛ
iniuriaris ei: cogitationibus: verbis: ꝛ ope
ribus. Et ppter hoc est peior: ꝛ deterior ho
mo peccator diabolo: ꝛ ceteris creaturis.
Ideo in iudicio: oẽs creature ꝯtra pecca
tores insurgẽt. Sap. 5. Accipiet armaturã
zelus illius: ꝛ armabit creaturam in vltio
nem inimicorum. Itẽ Eiusdẽ. 16. Creatura. n.
tibi factori deseruiens exardescet in tormẽ
tum aduersus iniustos. ¶ Scdo peccatũ
est saluatoris contẽptiuum: q2 peccator cõ
tẽnit ꝛ vilipendit effectum nõ solũ passio
nis ꝛ mortis xpi: sed ꝛ ꝯcẽptionis: ꝛ natiui
tatis: ꝛ miraculorum: ꝛ verborum eius: paruipẽ
dit baptismũ ꝛ eterna sacramenta: parui
pendit euangelicam doctrinam: ꝛ pdicato
rũ exhortationes ꝛ comminationes ꝛ pphe
tias pphetarum: ꝛ doctrinas apostolorum: q2
videtur omnia predicta peccatores pro ni
hilo habere. ꝛ irridere mortem xpi: rursus
crucifigentes sibimetipsis filiũ dei: sicut di
cit apostolus. Heb. 6. Tales ergo peccato
res sunt similes iudeis illudentibus xpm
in die sue passionis: qui genu flectentes di
cebant. Aue rex iudeorum. Mat. 27. Jo. 19.
Et postmodũ dabant sibi alapas ꝛ illu
debant eum. ꝛ tandem eum crucifixerũt.
Sic peccatores xpiani genu flectunt ante
xpm: ꝛ ꝯfitent eum regem deũ ꝛ hominẽ.
Postmodũ vero ipsum verberãt in seruis
suis ꝛ crucifigunt: q2 quantum est in ipsis
reiterant causam sue crucifixionis: q̃ fuit
peccatũ. Et ideo merent a xpo ꝯtemni: ꝛ
cum demonibus ꝯdẽnari. Juxta illud. i.
Reg. 2. Quicunq honorificauerit me hono
rificabo eum. Qui aũt ꝯtẽnunt me erunt
ignobiles. Jõ dicit eis xps. Ego honorifico
patrẽ meum: ꝛ vos inhonorastis me. Jo.
8. Sed nõ effugient tales vltrices penas
etiam in hac vita. ¶ Tertio peccatũ est ꝓ
ximorum viatorum infectiuũ. Nocet eniz pec
catũ ꝓximis viatoribus tripliciter. ¶ Pri
mo q2 acies eorum ꝯtra demones minuit: q2
quanto plures sunt boni: tanto facilius de
monibus resistunt. Juxta illud. Prouer. 18.
Frater qui iuuat a fratre quasi ciuitas
firma: facilius etiã gratias ꝛ bñficia a deo
multiplicatis intercessoribus ipetrãt. ¶ Se
cũdo q2 peccatores alios malo exẽplo cor
rũpunt ꝛ scandalizant. Quot. n. hoĩes ꝓ
uocantur ad vsuras faciẽdas exẽplis vsu
rariorum: quot ad concubinas retinendas:
quot ad iniurias vindicãdas: quot ad alia
peccata ppetranda aliorum exẽplis scandali
zati. Juxta illud. i. Cor. 5. Modicũ fermen
tum totam massam corrũpit: sicut pomum
infectũ cetera poma inficit: ꝛ vna infecta
pecus inficit omne pecus. ¶ Tertio quia
qñq ppter peccata malorum deus punit bo
nos: q̃uis in bonis illa afflictio nõ hẽat ra
tionẽ pene: sed medicine: sicut pz Josue. 7.
Quia Achan peccante punitus est popu
lus. Itẽ Dauid: numerante populũ: percus
sus est populus peste. 2. Re. vlt. Idẽ pz in
diluuio ꝛ sodomitis ꝛc. Et qñq etiam ipsi
boĩ sunt pticipes aliqualis culpe: q2 nõ cla
mant ꝯ malos: cũ tñ deberẽt clamarẽt ꝯtra


visum: vel lupũ vel leonẽ: si ingrederet ciuitatẽ. Ideo dr̃ Exodi. 20. Ego sum deus zelotes vindicans peccatũ patrũ in filios vsq; ad tertiam: ꝛ quartã generationem. ¶ Quarto peccatũ est suffragiorum subtractiuum: ex quo malo sequit: ꝙ peccatum mortale nocet aiabus: que sunt in purgatorio: quas peccator nõ põt iuuare tam efficaciter: sicut si esset in gratia cõstitutus: ratio qꝛ nec orationes sue: nec ieiunia: nec aliquid opus bonũ a peccatore factũ dire cte prodest illis eo ꝙ sic mortuũ: ꝛ qꝛ nunqꝫ opus qd̕ habet efficaciam ex opere operante acceptũ est deo: nisi persona operãs sit accepta. Vñ Gen. 4. Respexit deꝰ ad Abel ꝛ ad munera eius. Ideo dicit Gre. Et habet in decret. 4. di. in pn. Cũ is qui displicet ad intercedendam mittitur: irati aius ad deteriora prouocat. ¶ Quinto ẽ damnatorum pturbatiuum: peccatũ nanqꝫ mortale nocet etiam dãnatis in inferno: ꝛ hoc p modũ ꝯiunctionis: quãto enĩ plures sunt in inferno: tanto maior est ibi horror ꝛ pena: sicut si titioni: qui cõburit addant aliq̃ titiones: magis augent ignis: non enim est incõueniens dicere ꝙ damnatis semꝑ possit augeri pena accidẽtalis vsqꝫ ad diem iudicij: sicut ꝛ beatis augent gloria accidentalis: sicut dr̃. 1. pte. 6. Vñ Isa. 14. Infernus subtus ꝯturbatus est in occursum aduentus tui: suscitabit tibi gigantes. Fallit enĩ ibi regula: qꝛ solatiũ est miseris socios habere penarum. Ro etiam similitudinẽ: si infirmo febricitanti adiungeret alius infirmus in eodẽ lecto adderet sibi pena: ꝑpter hoc diues epulo petebat ab Abraam vt mitteret Lazarũ ad. 5. fratres suos: ne descenderent in infernũ. Luc. 16. Quãuis. n. damnatis augent pena: ex aliorũ dãnatorum adiunctiõ: tñ voluntate absoluta vellẽt oĩs hoies dãnari inuidia stimulante. Sꝫ qꝛ sciunt nõ oĩs dãnandos: sꝫ aliquos saluandos: mallẽt suos ꝑpinquos qꝫ alios a dãnatione liberari: qꝛ in hoc etiãz inuidia torquebunt: si videant alios saluari ꝛ suos dãnari: ꝛ p hũc modũ diues dãnatus nolebat suorum damnationẽ: nunq̃d ex charitate: sed ex inuidia: ẽm Tho. i quolibet. xi. ¶ Sexto pctm̃ mortalis ẽ beatorum ꝯtristatiuũ: si tristicia in eis cadere põt: sꝫ

accipimus hic tristiciã ꝑ horrore: ꝛ etiam ꝑ nocumẽto qd̕ beatis infert p modũ subtractionis. Nam ex ꝯsortio ꝛ societate glorificatorum angelorum gaudiũ accidentale: ꝛ spẽale si suo bono exẽplo ducatu: vel disciplina aliq̃ saluant: sicut maxime letat beatꝰ Dñicus: si vnus frater ꝑdicatorum ordinis saluet: sic beatus bñdictus: sic beatus franciscus ꝛc. Quia gaudium accidẽtale: sanctorum põt augeri vsqꝫ ad diem iudicij. Ergo ꝛ angeli sancti de nostris culpis lugent. Iuxta illud. Isa. xxxiij. Ecce videntes clamabant foris angeli pacis amare flebant. ¶ Septimo peccatũ est elemẽtorum corruptiuũ. Nam aer: aqua: ꝛ terra: corrũpuntur ꝑpter peccatũ hominum ex iusto dei iudicio. Unde ꝑpter peccatũ Achab regis israel clausum est celum: ꝛ nõ pluit tribus annis: ꝛ sex mensibus. iij. Re. 17. Propter qd̕ patiunt nõ solum homines: sed etiam bestie. Vñ. ps. 106. Posuit flumina in desertũ: ꝛ exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in salsugine a malicia inhabitantiũ in ea: diluuium etiam immisit deus in mundum propter demerita peccatorum. Et vnde pestilentie continue quas patimur. Unde fames: vnde guerre: ꝛ alia flagella nobis a deo illata: nisi propter peccata nostra. Sicut enim ꝑpter rebellionẽ vasallorum rex destruit terram eorum: sic in penam rebellionis peccatorũ deus destruit elementa: ꝛ mundũ: qꝛ elementa ipsa ꝛ creature corporales ꝑpter hominẽ facta sunt: de hoc habetur auctoritas. Leui. 26. Si nõ obedieritis mihi addam correptiones septuplum: ꝑpter peccata vestra: ꝛ ꝯteram superbiam duricie vestre: daboqꝫ celũ vobis durum desuper: sicut ferrum: ꝛ terram eneam: ꝯsumetur incassum labor vester: nõ ꝓferret terra germen: nec arbores poma ꝓbebunt. Nota Adam qd habuit ꝑpter peccata. Iam scitis ꝙ omnia peccata mundi reducuntur ad septem capitalia: que sunt: superbia: auaricia: luxuria: ira: gula: inuidia: ꝛ accidia. Et sic omnes punitiones licꝫ multe sunt: possunt reduci ad septem. Propterea dicit ꝙ puniet septuplũ. Et seruat deus regulã scripture que dicit. Per que quis peccat: per hec ꝛ torquetur. Sap. xi. Et ꝯcordat regula iuris ciuil. v. Qd̕ quisqꝫ

iuris in alium statuit ipse eodem iure vta-
tur.l.i ff.qd quisqz iuris 2.c.Cũ omnes.de
constitutio.Et loquitur de penis:quas de-
us infert peccatoribus in hac vita. ¶ Pri
mum peccatũ est superbia:que nihil aliud
est:nisi ventus capitis 2 cordis. Vñ Iere.
loquens in psona dei ꝯtra superbos ait
sic. Ecce ego suscitabo ꝯtra Babylonez: 2
super habitatores eius:qui cor suum leua
uerunt cõtra me:quasi ventum pestilentẽ.
Iere.51. Ideo deus punit hoc peccatum
per tẽpestates:2 vẽtos 2 turbines: qui cõ-
citant naufragia:2 perdũt naues:eradicãt
arbores:2 vinearum palmites a vite preci
dunt. Osee.8. Uentum seminabunt:2 tur-
binem metent:sic factum est in diebus no
stris sepe. ¶ Scdm peccatum est auaritia.
Istud peccatũ punit p indigentias 2 pau
pertates. Auari enim p furta.rapinas:vsu
ras.simonias:fraudulentias:congregãt di-
uitias:2 multos depauperant. Ideo puniũ
tur p paupertates 2 indigentias:q2 semp
viuunt miserabiliter:nec audent vti bonis
suis in vita sua:2 post mortem ad nihilũ
deuenit eoꝝ hereditas: q2 ꝓuerbium est:ꝙ
de malis acqsitis nõ gaudebit tertius he-
res:imo nec primus. Vñ Iac.5. Agite nũc
diuites ꝑlorate: 2 vlulate in miserijs ve-
stris:q̃ aduenient vobis. Diuitie vestre ꝑu-
trefacte sunt:2 vestimenta vestra a tineis
comesta sunt:aurum 2 argentum vestrum
eruginauit 2c. Mich.ec.1. De mercedibus
meretricis ꝯgregata sunt:2 vsqz ad merce
dem meretricis ꝯuertent 2c. Uide exposi
tionem huius auctoritatis. Supra ar.1.ser
mone ꝑmo.ꝑte vltima. Sicut ergo auarus
alijs rapuit p auaritiam:sic ab alijs bona
sua p auaritiam rapiunt. Isa.xxxiij. Ueh
qui ꝑdaris: nõne 2 ipse predaberis. Vñ
contra auarum imꝑcatur blasphemiã Da
uid.p. Nutãtes transferantur filij eius: 2
mendicent: 2 eijciatur de habitationibus
suis. Scrutet fenerator omnez substantiã
eius:2 diripiãt alieni labores eius 2c. Ps.
108. Si ergo vultis esse diuites vos 2 ꝙ di
uitie vestre ꝯseruent etiã filijs 2 nepotibus
vestris:faciatis sicut ille qui vult cõserua
re pecora. Respicit nãqz si e aliqua ouis
infecta: 2 eam eijcit extra ouile:sic 2 de po
mis. Sic respice si est aliquis denarius in-
fectus tabe auaritie:2 turpis lucri restitua
te 2c. Alioquin alios corrumpit:2 diuitie
vestre peribunt: dic vt expedit. Exẽplum
est de illo:qui vidit in capsa pecuniarum
suaꝝ diabolum sedere sup pecunias suas:
ꝓpter sola duo era minuta:que erant ma
le acquisita. ¶ Tertium peccatum est luxu
ria. Cõtra hoc e punicio de diluuijs aqua
rum:que vulgo dicũtur dragonarie:q2 lu-
xuria nõ est:nisi effusio aque. Semen ergo
non debet effundi:nisi in matrimonio ad
generãdũ prolem ad honorẽ dei 2c. Sicut
tempore Noe luxuria fuit punita diluuio.
Gen.6. Uidentes filij dei filias hominuz:
ꝙ essent pulchre acceperunt vxores sibi
ex omnibus:quas elegerant 2c. Per filios
dei intelliguntur filij Seth:qui a patre suo
fuerant instructi in cultu diuino. Fideles
enim frequenter in scriptura vocantur filij
dei. Per filias hoium:intelliguntur mulie-
res descendentes de Chaim:que erant cu
riose dissolute:2 lubrice:2 de illis preceꝑat
Seth filijs suis:de voluntate dei ꝙ nõ cõ
traherent matrimonia cum eis: sicut dñs
ꝑceperat filijs israel.ꝙ nõ cõtraherent ma
trimonium:cum mulieribus cananeis. Sz
filij seth:ꝓcedente tẽpore transgressi sunt
hoc ꝑceptum. Et ideo dicit: acceperunt si
bi vxores 2c. Scdm Nicolaum de lira:dñ
etiam ibi omnis quippe caro corrumperat
carnem suam. ¶ Quartũ peccatum est in
uidia:que valde abundat in mundo. Ec-
cle.4. Contẽplatus sum omnes labores
hominũ 2 industrias: animaduerti patere
inuidie ꝓximi. Et q2 cor inuidi est siccum
2 destitutum omni humore charitatis: cui
nihil tñ ꝯtrarium est sicut inuidia: iõ hoc
peccatum punitur a deo per siccitates 2 fa
mes. ¶ Quintũ peccatum est gula:p quã
franguntur ieiunia eccle 2c. Istud autem
punitur per infirmitates 2 dolores corpo-
rales:q2 sicut gulosus delicate nutrit cor-
pus:sic in corpore flagellat. Nunqȝ fortas-
se in mundo fuerũt tot infirmi homines 2
tot diuersis infirmitatibus:sicut hodie sunt
presertim de malo ylium 2 infirmitatis
yliace:sicut audiui:in quo est maximus do
lor. ¶ Sextum est ira adinuicem: punicio
e ꝓprie:guerra: regni ꝯtra regnum:nec solũ
inter regnum 2 regnũ:sed inter ciuitatẽ 2

ciuitatem. Item in eadem ciuitate sunt inimicitie inter ciues. Item in eadem domo inter fratres. Inter consanguineos &c. Item inter virum & vxorem &c. ¶ Septimum est accidia in spiritualibus. Non curant enim homines de salute anime: sed perdunt tempus quod est res preciosissima rerum &c. Punitio contra hoc peccatum fit per epidimias: & mortalitates. Justa est ista punitio: quia tempus dedit nobis deus ad merendum: & bene operandum. Ideo deus recipit sibi tempus locatum nobis. Da similitudinem de domino directo alicuius domus: vel possessionis locate: qui recipit sibi domum: si pensio siue census sibi per triennium non soluatur: vel per biennium ab ecclesia: vt in.c. Potuit de loca. & in.l.ij. C. de iure.emphi. Ecce querit dicit addam correptiones septuplum. Sed nota: quod dicit conteram superbiam duricie vestre. Dices tu: quare solum loquitur de superbia: cum peccata sint septem: vt dictum est: Respondeo: quia radix & initium omnium aliorum peccatorum est superbia: quam qui vellet euitare: peccare non posset. Unde namque procedit auaritia: nisi ex superbia: quia deus dedit legem hominibus: quod debet acquirere bona iuste sine vsura: Luc.7. Mutuum date: nihil inde sperantes: & quod debet vti iuste acquisitis &c. Sed auarus non vult subiici huic legi Ecce superbia. Sic de aliis peccatis: & sic etiam impenitens peccator non vult subiici precepto dei mandantis: vt penitentiam agat. Ideo de talibus dicitur. Job.21. Qui dixerunt: deo recede a nobis: scientiam viarum tuarum nolumus: quid est omnipotens vt seruiamus ei: & quid nobis prodest si adorauerimus illum? Ideo dicitur. Eccli.x. Initium omnis peccati superbia est: qui tenuerit illam adimplebitur maledictione. Ex predictis infertur: quod peccatum omnibus creaturis est nociuum: quia ex corruptione elementorum nocumentum infertur omnibus creaturis. Unde in die iudicii posset dicere sol si sciret loqui: ego propter peccatum hominis claritatem meam amisi. Irrationabilia animalia possent dicere simile si facultatem haberent. Nos propter hominem in diluuio periuimus. Terra posset etiam dicere. Ego propter ipsum maledicta sui: & spinas & tribulos germinaui. &c. Deo gratias Amen.

¶ De quindecim malis specialibus: que peccatoribus inferuntur. Sermo.viij.



Enitentiam agite &c. Supra sermone primo dictum est de septem malis: que ex peccato causantur in generali: modo sequitur predicare de quindecim aliis specialibus: que peccatoribus inferuntur ex demerito peccatorum suorum. Sed hodie de sex tantum predicabimus. Salutemus primo virginem &c. Mala ergo specialia: que peccator incurrit ex peccato sunt ista videlicet.

¶ Primo peccatum est: diuine inimicitie causatiuum.

¶ Secundo est peccatorum peccantium vilificatiuum.

¶ Tertio est a corpore Christi separatiuum.

¶ Quarto est intellectus obcecatiuum.

¶ Quinto est affectus induratiuum.

¶ Sexto est timoris incussiuum.

¶ Primo igitur peccatum est: diuine inimicitie causatiuum: quia propter peccatum deus est inimicus hominum peccatorum: adeo quod ipsos odiat: iuxta illud. Sap.14. Similiter odio sunt deo: impius & impietas eius. Ps. Odisti omnes qui operantur iniquitatem perdes omnes: qui loquuntur mendacium. Quantum autem habeat odio peccatum deus: potest ostendi duplici ratione. Prima quia si quis diceret: quod in tantum odiret aliquem: quod vellet eum cum proprio filio vnigenito vno gladio transuerberare siue occidere: vel cum propria matre. satis videtur quod haberet eum odio. Sic deus pater in tantum odio habet peccatum: quod vt illud deleret: & annihilaret: ipsum cum filio suo vnigenito crucifigere voluit: iuxta illud. Isa 53. Propter scelus populi mei percussi eum. Item Ro 8. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: de peccato damnauit peccatum. Nota. de peccato.i. de corpore Christi facto hostia pro peccato: sicut dicitur. Osee.4. Peccata populi mei comedent: quia sacerdotes hostias pro peccato comedebant: damnauit.i. deleuit peccatum per suam passionem. Unde Aug. Super illud. Col.ij. vbi loquitur de cirographo ait. Innocens occiditur: peccatum transfigitur. Unde sic diceret deo patri. O domine

deus pater: quare filiũ tuũ cruci tradidisti?
Respõderet ꝓpter scelus populi mei ꝛc.
Dic practice. Primo vt occideret deus su
perbiã: voluit ꝙ filius suus humiliter por
taret crucẽ. Scđo vt occideret auariciam:
voluit vt nudus cruci affigeretur. Tertio vt
occideret luxuriam: voluit vt clauis ama/
rissime corpus penetraretur. Quarto vt occi
deret iram: voluit vt ꝓ crucifixoribus deꝓ
caret. Quinto vt occideret gulam: voluit
vt felle ꝛ aceto potaretur. Sexto vt occide
ret inuidiam: voluit vt latus eius lancea
perforaretur. Septimo vt occideret aci/
diam: voluit vt in oratione occuparetur.
Uide de his in sermonibus de articulis fi
dei. Sermone. 18. Ideo. 1 Pe. 2. Peccata
nostra ipse pertulit in corpore suo: super li/
gnuz ꝛc. Moraliter nota ꝛc. Qui sunt xpi
carnem suam crucifixerunt cũ vicijs: ꝛ ꝯcu
piscentijs. Sic. n. glorificabimur cum xpo:
si cum xpo cõpatimur. Ro. 8. Ipse spũs te
stimoniũ reddit spũi nostro: ꝙ filij dei su/
mus. Si autẽ filij ꝛ heredes: he. quidẽ dei:
cohe. autẽ xpi: si tñ compatimur: vt glorifice
mur. Si. n. deus voluit occidere filiũ suum:
vt occideret peccatũ: qđ in eo nõ erat: qđ
faciet deus de te peccatore: in quo multa
peccata inueniet? Uoluit etiam aiam sue
matris cũ peccato transuerberare. Unde
Luc. 2. Dixit Simeon ad beatam virginẽ:
ꝛ tuam ipsius aiam ꝑtransibit gladius. s.
per cõpassionem. ¶ Scđa ratio est: ꝙ illđ
ꝓpter qđ deus maxime videtur odire diabo
lum: est peccatũ. Non enim illum odit: nisi
ratione peccati: ꝛ eum amaret si peccatum
nõ esset in eo: tanꝙ creaturam suam: iuxta
illud. Sap. xi. Diligis oĩa que sunt: ꝛ nihil
odisti eoꝝ q̃ fecisti: qđ intelligẽdũ est: nisi ꝓ
pter peccatum adiunctũ: qđ ipse deus nõ
fecit. Uñ cum illud ꝓpter qđ est tale: sit
magis tale: cõstat ꝙ peccatum est magis
exosum. deo: ꝙ̃ diabolo. Ps. Iniquos odio
habui. Ex p̃dictis ergo sequitur: ꝙ oĩs crea
tura peccatori est inimica: q2 quibus est ini/
micus rex: etiam vasalli sunt inimici. Uñ
oẽs angeli: demones: celi: ꝛ elementa sunt
inimici peccatoribus. Sap. 16. Creatura ti/
bi factori deseruiens exardescet in tormẽ
tum aduersus iniustos. ¶ Scđo peccatũ
ẽ peccantiũ vilificatiuũ. Pro cuius intelli

gentia notandũ: ꝙ si bene ꝯsideramus: ni/
hil est in toto vniuerso vilius peccatore.
Manifestum est nãqꝫ: ꝙ peccator seruus ẽ
peccati. Jo. 8. Qui facit peccatũ: seruus ẽ
peccati. l. fi. C. de sentẽ. passis. ibi. libidinum
oīumqꝫ vitiorũ seruo. vbi glo. hoc no. Iteꝫ
Ro. 6. Nescitis qm̃ cui exhibetis vos ser
uos ad obediendũ: serui estis eius cui obe
distis: siue peccati ad mortem: siue obedi/
tionis ad iusticiam. Seruus autẽ est vilissi/
ma cõditio hoium. Multe nanqꝫ sunt con/
ditiones hominuꝫ. Quidam sunt ingenui.
Quidam liberti. Quidam serui: vt insti.
de iure ꝑsonaꝝ per totũ. Itẽ ingenuoꝝ: q/
dam sunt nobiles: quidam illustres: qdaꝫ
clarissimi ꝛc. Uilissima ergo ꝯditionũ om/
nium est seruitus. Tanto autẽ vilior est ser/
uus: quanto est vilius id: cui seruit. Uilior
nanqꝫ est seruus iudei ꝙ̃ christiani: ꝛ ple/
bei ꝙ̃ nobilis ꝛc. Quid autẽ vilius pecca/
tore: nihil p̃ter peccatoreꝫ: qđ ꝓbatur. Nam
res tanto nobilior est: quãto deo propinquior:
ꝛ tanto deficit a nobilitate quanto magis
a deo elõgatur: verbi gratia. Incipiamus
de anima xpi: que nobilissima creaturaruꝫ
est: q2 ꝓpinquissima deo. Deinde virgo glo
riosa: deinde seraphin: postmodum cheru/
bin ꝛc. Et sic gradatim descendendo vsqꝫ
ad creaturas: que habent solum esse: sicut
terra: ꝛ lapides ꝛc. Quid autẽ magis di
stat a deo: ꝙ̃ illud: qđ nihil ẽ. Peccatũ au
tem nihil est: tum q2 est quedam priuatio
speciei: modi: ꝛ ordinis: vt ait Aug. Sicut
tenebra ꝛc. Tum q2 peccatũ nõ est a deo:
ergo nihil est: q2 omnia per ipsum deũ fa/
cta sunt. Jo. 1. Sine ipso factum est nihil.
Dicit glo. Aug. i. peccatũ. Et Jo. xv. Sine
me nihil potestis facere: nihil. i. peccatum.
Cum autẽ peccator sit seruus peccati: ergo
est vilior ipso peccato. O ꝙ̃ magna confu/
sio peccatoris. cum sit seruus vilioris rei:
ꝙ̃ sit in rerum natura. Ideo dicit Iere.
Anime peccatrici ꝙ̃ vilis facta est nimis
iterãs vias tuas. Iere. 2. ꝛ Gre. Erubesce
miser peccator: ꝛ stude diligẽter: ꝛ nitere vi
ribus totis excutere a col'o tuo iugum hu
ius tam vilissime seruitutis: ꝛ hoc per pe/
nitentiam obtinebis. Unde ait phs. Ma/
ior sum ꝛ ad maiora natus: ꝙ̃ vt sim mã
cipium corporis nostri. Item Sene. Si sci-

rem deos ignoscituros: et homines ignoraturos: tamen abhorrerem peccatum. Ideo bene dixit Diogenes alexandro: quod erat servus servorum .i. concupiscentiarum. Vide quod scripsi in sermonibus super oratione dñica sermone.24. In Introitu. Et in sermone in festo sancti Petri ad vincula. ¶ Tertio peccatum est a corpore christi divisivum: sive separativum. Et probatur tribus mediis. Ratione: auctoritate: exemplo. Corpus christi misticum est ecclesia: cuius caput est xpus. Ephe.1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam: que est corpus eius. Huius autem corporis quilibet christianus in gratia constitutus est membrum. Ro.12. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent: sic multi unum corpus sumus in xpo: singuli autem alter alterius membra. Et sicut quodlibet membrum est particeps vite corporis et nutrimenti: quo corpus sustentatur: sic quilibet fidelis in gratia existens est particeps omnium bonorum suffragiorum: et meritorum: que fiunt in ecclesia. Ps. Particeps ego sum omnium ti.te. et custo. man.tua. Peccatum autem mortale separat hominem ab ecclesia dei: inquantum privat ipsum gratia et charitate: que est glutinum huius unionis. Isa.55. Iniquitates vestre diviserunt inter vos et deum vestrum. Peccatum enim mortale est: quasi gladius per quem membrum precidnutr a corpore. Membrum autem divisum ab unitate corporis fit putridum et corruptum. Sic peccator etc. Iuxta illud .1. Cor. xvi. Si quis non amat dñm Iesum xpm: sit anathema: maranatha: Anathema .i. separatus ab ecclesia: maranatha .i. donec veniat dominus ad ipsum illuminandum. Ex his sequitur quod peccator est expers omnium bonorum et meritorum ecclesie: que ex charitate sortiuntur effectum. In cuius figuram dicitur. Levi.22. Homo de semine Aaron: qui fuerit leprosus: non vescetur de his: que sanctificata sunt mihi. donec sanetur .i. quicunque christianus maculatus fuerit lepra peccati mortalis: non habebit partem bonorum: que fiunt in ecclesia: donec sanetur per penitentiam. ¶ Quarto peccatum est intellectus obcecativum. Sed contra: quia multi peccatores inveniuntur: qui habent eximium intellectum ad capiendum: dicitur illud quod hic dicitur: de obscuratione intellectus. Intellige de obtusione intellectus practici: secundum quod omnis malus est ignorans: et non de obtusione intellectus speculativi. secundum Tho. in .4. sen. di.18. sup lram. Est ergo peccatum intellectus obcecativum: Hoc patet quadruplici medio: scilicet ratione: exemplo. experimento: et figura. ¶ Primo quidem ratione: quia intellectus humanus duplici lumine illuminatur. Lumine gratie. Et lumine rationis naturalis. Primum autem lumen gratie totaliter tollitur per peccatum. Secundum lumen rationis naturalis de quo. Ps. Signatum est super nos lumen vultus tui dñe. Etsi non totaliter subtrahatur per peccatum: tamen valde obscuratur: ut .j. patebit: quia contra hoc lumen rationis agit homo peccando: quia sicut virtus est nature consentanea: ut dicit Tullius: ita vitium est nature contrarium. Ideo contra peccatores dicitur. Sap.2. Excecavit illos malicia illorum. Item Ps. Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant. Item Prover.4. Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant. Vide circa hoc Tho. 22. q. xv. ar.1. Ubi loquitur de cecitate mentis. Secundo patet exemplo: in Adam: qui cum esset in statu innocentie: magnam sapientiam de divinis habebat: et scientiam de naturalibus: adeo ut omnibus animalibus nomina imponeret: et tamen post peccatum in tantam decidit cecitatem: quod abscondere se posse extimabat a facie dñi ipsum vocantis. Gen.iij. Cum audissent vocem dñi dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem: abscondit se adam: et uxor eius a facie dñi in medio ligni paradisi. Sic de Salomone legitur quod fuit cecatus: propter peccatum luxurie: adeo quod etiam templum ydolis fabricaret. iij. Re. xi. Et Eccli. 47. Et in decretis. xxxij. q.4. Salomon: propter hoc dicitur. Sophonie.1. Ambulabunt ut ceci: quia domino peccaverunt. ¶ Tertio idem patet experientia. Nam proculdubio cecus esset et fatuus ille: qui verbis contumeliosis et factis provocaret illum ad iram: qui haberet gladium nudum ad guttur eius etc. Sic in proposito omnes sumus in manu dei. Deuteron. xxxij. Ego occidam: et ego vivere faciam: per. et e. sa. Et non est qui de manu mea possit eru. Et tamen peccator non veretur ipsum quottidie offendere. Unde hoc: profecto quia cecus est: cum tamen hominem mortalem timebit offendere: et offensum conatur placare.

¶ Quarto idem apparet ex figura Tho-
bie.2. Ubi legitur q oculi Thobie fuerūt
cecati stercore irūdinis: dum dormiret iux-
ta parieté. Per stercus irūdinis: qđ est ca
lidū significatur peccatū: q đ animaȝ inflā
mat ad ꝯcupiscētiam terrenoꝝ: ꝛ per ipsuȝ
cecanꝫ oculi intellectus hominis dormiē-
tis in lecto peccati: in quo requiescit sic
dormiens: sed quies illa ꝯuertetur in sem
piternuȝ laborē. Hic practice: quō quiescit
supbus in honoribus ꝛ dignitatibus. aua-
rus in diuitijs: luxuriosus in voluptati-
bus ꝛc. Ideo peccator cecus nō perpēdit:
nec intelligit grauitatem peccati: sicut ca-
nis submergendus: nō sentit lapidē in suo
collo ligatum: donec extra nauiculam ꝓij-
ciatur in mare ꝛc. Sic peccator nō sentit
grauitatē peccati: donec ꝓiectus est extra
nauiculam corporis sui: seu vite ꝑsentis: ꝛ
demergaꝫ in ꝓfundum inferni. Gre. Ocu
los quos culpa claudit pena apit. Ad idē
facit figura de Sansone cecato a filisteis.
Judi.16. ¶ Quinto peccatum est effectus
induratiuū. Nō enī delectanꝫ peccatores
de rebus diuinis ꝛ spiritualibus: que sunt
dulciores super mel ꝛ fauum sed de rebus
temporalibus: de iocis: de cantibus vanis:
de lectione libroꝝ vanoꝝ. ꝛ inutilium: sicut
sunt libri dicti vulgo centū nouelle: phīlo-
strato: delectanꝫ de nouis ꝛ vanitatibus
mundi: similes filijs israel: qui cōcupierunt
concupiscentias in deserto: qui iam fasti-
diebāt māna: ꝛ desiderabant porros alia:
ꝛ pepones egypti: dicentes. In mentē no
bis veniunt cucumeres porriq ꝛ cepe: ꝛ
alia. anima nostra arida est: nihil enim re-
spiciunt oculi nostri: nisi mare ꝛc. Num. xi.
Et vnde hoc nisi q2 habent palatū infectū
febre ꝯcupiscētie: ꝛ iniquitatis: Aug. Ocu
lis egris odiosa est lux: que puris est ama-
bilis. Et palato nō sano pena est panis: q
sano est sanis. Nota exemplum: de hiero-
nymo rapto in spū ꝛc. Ideo de peccatore
indurato pōt intelligi illud: qđ dicit Job.
41. Cor eius indurabit: quasi lapis ꝛ strin-
get: quasi malleatoris incus. Nōne durus
esset valde lapis: si nec igne posset liquefie
ri: nec malleo posset ꝯteri: Sic est cor ipeni
tentis: qđ nō frangit malleo verbi dei: nec
liquefit igne pdicationis. Jer. 23. Nūquid

nō verba mea sunt: quasi ignis ardens: di
cit dñs: ꝛ quasi malleus ꝯterens petram.
Ideo cor peccatoris est: quasi incus mal-
leatoris: que quāto plus verberaꝫ. tāto ma
gis calcatur: ꝛ induratur. ¶ Sexto pecca-
tum est timoris incussiuū. Gen. iij. Uocem
tuaȝ dñe audiui ꝛ timui: eo q nudus essē:
Et tñ illa vox erat vox clemētie. Peccator
nāq timet omnia aduersa: siue sit pestis: si
ue guerra: siue īfirmitas: siue alia queciq:
O q magna seruitus est ista: ꝛ q magna
miseria. Unde Ysaias. Absq timore dei vi-
uens homo cūcta timebit: cūcta timent: ꝛ
eum si timet ipse deum. Uñ ad ꝓpositum
dicam vobis historiam: quā refert Boetius
in. iij. de ꝯsolatiōe. Et Tulius i tusculanis
vlt. q. de quodā magno dño sicilie. s. Diony
sio qđ cum qdam amicus suus laudaret
eum: ꝛ felicem diceret ipse volens ostende
re: q nullus homo in hoc mundo: ꝑsertim
peccator habeat veram felicitatē: inuitauit
ipsum ad prandiū: siue cenam: ꝛ parauit si
bi omne genus deliciarū: ꝛ introductus in
quandā cameram pollitissimā: ꝛ ornatam
ponitꝫ in mensa dñi: sedens cum eo: ꝛ corā
eo fuit apportatū omne genus deliciarū:
cibi: vina: iuuenes: ꝛ iuuencule: cantatrices:
ꝛ sonus suauissimus. E cōtra dñs manda-
uerat poni vnum ensem nudū: ꝛ acutū su-
per caput dicti amici discūbentis: pendē
tem perpēdiculariter super verticem ipsius
cum vno filo equino. Amicus vero ille per
pendens grauitatē ensis: ꝛ eius acuitatē
ꝛ tenuitatē fili ipsum tenentis: ita pauefa
ctus est: q omnes delicie. ille videbanꝫ sibi
tormenta: nec volebat comedere: nec bibe
re nec tantam speciositatē iuuenū videre:
nec cantus: ꝛ musicas audire. Cūq dñs in
terrogasset eum: quare inter tot delicias nō
comederet: dixit. Utinā essē i mea domū
cula: nam acumen huius ensis omnes deli
cias istas mihi in tormenta ꝯuertit. At do
minus ait. Amice ꝯsidera ergo: sic me esse
inter istas delicias: cū ꝯsidero tremendū iu
dicium dei graue esse super me: ergo nō me
iudices felicem in ꝑsenti vita volubili: q̄-
uis sim in magno dño ꝛ honore. Ideo di
cit Greg. In moralibus lib. 32. c. 19. Et in
decretis. xiij. di. Nerui. Omne q hic cui
net: plus meroribus afficimur: q honori-

bus gaudet: ⁊ dum cor tribulationibus pre mitur ad memoriam culpa reuocatur. Ex dictis iam patz quantum timorez peccator in currit ex peccato. E contra dicit. Prouer. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium.

¶ De nouem malis: que ex mortali peccato procedunt. Sermo. 9.



Enitentiam agite ⁊c. Sequitur predicare de nouem aliis malis: que ex mortali peccato procedunt. De quorum sex hodie predicabimus. Salutetur virgo Maria ⁊c. Ultra supradicta sunt alia sex: que sunt ista videlicet: peccatum namque.

¶ Primo est naturalium bonorum vulneratiuum.

¶ Secundo est spiritualis thesauri priuatiuum.

¶ Tertio est in bestialem naturam transformatiuum.

¶ Quarto est nocumenti maximi inductiuum.

¶ Quinto est subiectionis diabolice causatiuum.

¶ Sexto est mortis temporalis acceleratiuum.

¶ Primo ergo peccatum est naturalium bonorum vulneratiuum. Ubi notandum: pro declaratione: quod secundum doctrinam beati Tho. 1. 2. q. 85. arti. 1. Bona nature possunt tripliciter dici. Primo quidem ipsa principia nature. s. ex quibus ipsa natura constituitur ⁊ proprietates ex his causate: sicut potentie anime: ⁊ alia huiusmodi. Secundo quia homo habet a natura inclinationem ad virtutem: quod est quoddam bonum nature. Tertio modo potest dici bonum nature donum originalis iustitie: quod fuit in primo homine collatum toti humane nature: que inclinatio consistebat in rectitudine quadam per quam homo erat subiectus deo: ⁊ sensualitas rationi: de qua rectitudine anime ⁊ corporis. Dicit Ouidius in primo methamor. Pronaque cum spectent animalia cetera terram os homini sublime dedit. Celumque videre iussit ⁊ erectos ad sidera tollere vultus. ¶ Primum ergo bonum nature: neque tollitur: neque diminuitur per peccatum. Ratio est: quia etiam in demonibus bona naturalia manent integra: post peccatum: vt dicit Dionysius. 4. c. De diuinis nominibus. Tertio vero bonum nature totaliter est ablatum per peccatum primi parentis. Sed medium bonum nature. s. ipsa naturalis inclinatio ad virtutem ex parte. s. anime: nam ex parte corporis dicitur. Gen. 8. Sensus ⁊ cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua: diminuitur per peccatum: per actus enim humanos fit quedam inclinatio ad similes actus: oportet autem ex hoc quod aliquid inclinatur ad vnum contrariorum diminuatur inclinatio eius ad aliud. Unde cum peccatum sit contrarium virtuti: ex hoc ipso quod homo peccat diminuitur bonum nature: quod est inclinatio ad virtutem. Unde Luc. 10. Dicitur quod homo descendens ab hierusalem in ierico. i. in defectum peccati expoliatur gratuitis ⁊ vulneratur in naturalibus: vt Beda exponit. Predicta autem diminutio non fit per modum subtractionis. Alioquin posset huius inclinatio ad virtutem totaliter tolli per multiplicationem peccatorum: cuius sit finita: quod non est verum: cum etiam in damnatis huiusmodi inclinatio maneat: alioquin non esset in eis remorsus conscientie: diminuitur ergo huiusmodi inclinatio per modum additionis impedimenti: quod neque tollit: neque diminuit radicem inclinationis: sicut patet in diaphano corpore: quod quidem habet inclinationem ad susceptionem lucis ex hoc ipso quod est diaphanum. Diminuitur autem inclinatio vel habilitas ex parte nebularum superuenientium: cum tamen semper maneat in radice nature: secundum Tho. q. vbi. s. ar. ii. ¶ Secundo est spiritualis thesauri priuatiuum. Thesaurus autem spiritualis consistit in quattuor: videlicet. Primo in gratia dei. Secundo in virtutibus. Tertio in donis. Quarto in meritis: hec omnia destruit ⁊ perimit peccatum. ¶ Primo enim destruit gratiam: que per peccatum mortale amittitur. Et ratio: quia peccatum est offensa dei. Offensa autem ⁊ gratia opponuntur. Ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus: quia repellit eum a gratia sua: vt no. s. arti. i. sermone. i. parte. i. In secunda ratione. Igitur gratia ⁊ peccatum mortale simul esse non possunt in eodem subiecto. Gratia autem est

thesaurus infinitus: iuxta illud. Sap. 7. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt: participes facti sunt amicitie dei. ¶ Secundo destruit virtutes. s. theologicas: et morales infusas. Nam fides per mortale peccatum occiditur: quia vt dicit Jacobi. 2. Fides sine operibus mortua est. Item Spes que habetur a peccatore: dicitur presumptio: et non spes vera. Spes enim vera habetur ab illis tantum: qui sunt boni. ps. Spera in domino: et fac bonitatem. Item charitas: que cum peccato mortali non potest esse simul in eodem subiecto. 2. Cor. 6. Que enim participatio iustitie cum iniquitate: aut que societas luci ad tenebras? etc. Peccator enim magis diligit creaturam quam deum: quia fruitur creatura: vt dicit Aug. in primo de doctrina christiana. ¶ Item prudentia non est in peccatore. Que enim prudentia est in eo: qui preponit creaturam creatori? Et tandem peccator perdet vtrumque. s. creatorem quem habere hic noluit: creaturam vero quia illam habere non potuit. Et sic facit peccator contra regulam prudentie. Quicquid agis: prudenter agas: et respice finem. Et ideo in scriptura sacra peccatores dicuntur stulti. Eccle. 1. Stultorum infinitus est numerus. Item iustitia non est in peccatore: quia non reddit deo quod suum est. s. obedientiam et honorem. Mal. 1. Filius honorat patrem: et seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum: vbi est honor meus? Et si dominus ego sum: vbi est timor meus: dicit dominus exercituum? Item fortitudo non est in peccatore: quia quidem a peccato se superari permittit. Isa. 1. Erit fortitudo vestra: vt fauilla stuppe: et opus vestrum quasi scintilla. Item temperantia deficit in peccatore: quia quidem non refrenat motus luxurie: gule: et aliarum passionum subijciens eas rationi: sed viuit: sicut equus et mulus: quibus non est intellectus. ¶ Tertio destruit dona spiritus sancti: que sunt septem: de quibus Isa. xi. s. Sapientia: intellectus: consilium: fortitudo: scientia pietas: et timor domini. ¶ Quarto destruit omnia merita: que olim homo in gratia constitutus acquisierat. Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua: et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes suas: quas operari solet impius: numquid viuet? omnes iustitie eius quas fecerat: non recordabuntur. Unde de peccato mortali. Job dicit. 31. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans: et omnia eradicans genimina. i. merita. Ad quid autem valeant bona facta in mortali peccato: vide in sermonibus de peccatis in genere. ar. iij. sermone. 4. Et de hoc fiat alius sermo. Destruit etiam siue impedit merita acquirenda: quia de his bonis: que homo in peccato mortali constitutus operatur: nihil meretur: hoc probatur auctoritate: ratione: et similitudine. Auctoritas habetur. 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: et si tradidero corpus meum. ita vt ardeat. charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. Ratio est: quia deus non acceptat opera: nisi acceptet operantem etc. Dic vt in sermone de peccatis in genere arti. iij. sermone. 4. Similitudo est de ramo preciso ab arbore etc. Ut in dicto sermone. Est et alia ratio: dic illud quod nota glo. in. c. i. de consecr. quam scripsi. vbi. s. Hec autem conclusio vera est: nisi duobus casibus. Primo in operibus: que valent ex opere operato: et conferentibus caracterem: sicut baptismus confirmatio: et ordo. Secundo in operibus bonis: que fiunt a peccatore: sicut a nudo ministro: dic vt ibidem. Est autem notandum: quod sex vtilitates habent huiusmodi opera: dic vt ibidem. Ecce ergo quantum thesaurum perdit peccator ex vnico peccato mortali. Ideo dicit dominus Mat. 16. Quid enim proficit homini si vniuersum mundum lucretur: anime vero sue detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Ideo debes o peccator maxime flere de ammissione tam inextimabilis et incomparabilis thesauri magis: quam mercator: qui vno naufragio perdit totam substantiam suam: quam cum multis laboribus per multa tempora lucratus est. ¶ Tertio est in bestialem naturam transformatiuum. Hoc probatur ratione: et auctoritate. Ratio est: quia homo peccator postposita ratione viuit secundum motum sensualitatis: et consequenter cessat in eo ratio naturalis. contra quam peccando operatur. Inter hominem autem et bestiam non est differentia: nisi per rationem: que est differentia specifica inter ipsum et bestias. Ergo cessan-

te rõne cessat differẽtia ipsa formalis:⁊ cõsequẽter efficitur bestia. Uñ superbus potest dici leo:auarus vulpes:luxuriosus porcus:iracundus canis rabiosus:gulosus lupus:inuidus basiliscus: accidiosus asinus. Et ↄfirmatur ratio ista:ex eo qꝛ põt dici:ꝙ peccatũ transformauit angelos in bestias: qꝛ demones bestie dicũtur in scriptura. Uñ diabolus dicitur draco.Apoc.12.Ad idez facit exẽplum qđ refert. Greg. in.iij. dialog. De datio mediolanensi epõ: qñ transiens per Corinthũ hospitatus est in domo:quã demones inhabitabant ⁊c. Hoc scripsi in sermonibus de articulis fidei:sermone.17. pte.iij. Auctoritas habet. Eccle.iij. Dixi in corde meo: de filijs hominũ:vt ꝓbaret eos deus:⁊ ostenderet similes esse bestijs. Item hõ cum in honore esset:nõ intel.ↄ.est.iu.in.ſ.⁊ ſ.fac.est illis. Itẽ Bene. Quid interest in beluam transformari:aut sub hominis figura animũ hois nõ gerere: Ad idẽ Boetius in.iij.ꝓsa.4.libri de ↄsolatione. Uersi inquit in maliciam:humanam quoqꝫ amisere naturam. Et subdit. Euenit igitur: vt quẽ transformatum vicijs videas: hominẽ estimare nõ possis sed beluam. Et subdit in fine.v. Ita fit:vt qui probitate deserta homo esse desierit:cum in diuinam conditionem transire non poterit: vertatur in beluinam. Hoc etiam senserunt antiq pagani.in fabula:quã scribunt de dea Circe. Uide qđ scripsi in dñica.23.post festũ trinitatis:sermone qui incipit. Cuius est imago hec:in introitu. Quinimo veraciter dicere possumus:ꝙ deterior est peccator q̃ bestia. Qđ probatur tripliciter. Primo rõe culpe:qꝛ imputatur sibi ad culpam: si sine ratione viuit:qđ nõ est in bestia: qꝛ viuere sine ratione:bestijs est ex natura:sed homini ꝓcedit ex culpa. Secundo ratione nocumenti:qꝛ homo peccator magis nocet ꝓximis q̃ bestia:qꝛ in homine est dolus: qui nõ est in bestijs. Tertio ratione pene:quia bestie post mortem nõ sunt obnoxie alicui pene:qꝛ anima cum corpore moritur:sed peccator est obnoxius pene eterne post mortẽ: vt.j.patebit in.7.effectu. Et ideo minus malum esset tibi o infelix peccator:bestiaz esse q̃ peccatorem:si penitentiam nõ agis.

¶ Quarto ẽ nocumẽti maximi inductiuũ: nam sine peccato nihil potest homini nocere. Nã nec diabolus:nec homo malus:nec infirmitas:nec mors:nec alia aduersitas poterit ei nocere: si a peccato hõ abstineat. Unde ecclesiã in prima feria.6.quadragesime:in oratione:que dicitur in vesperis: vbi sic dicitur. Tuere domine populum tuum: ⁊ ab omnibus peccatis clementer emunda:quia nulla ei nocebit aduersitas:si nulla dominetur iniquitas. Item Eccle. viij. Qui custodit preceptum : non experietur quicq̃ mali. Item Isa.iij. Dicite iusto:qm̃ bene quoniam fructum adinuentionũ suarum comedet:⁊ veh impio in malum ⁊c. Item.i. Petri.iij. Et quis est qui vobis noceat:si boni emulatores fueritis: Quinimmo sine peccato omnia aduersa conuertuntur in bonum homini. Ro.8. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Et plus non potest diabolus vel persecutor nocere iusto:nisi quia fabricat ei coronam eternam. Ber. Mirandum dei iudicium:ꝙ ille superbus malleator nesciens eis coronas fabricat perpetuas omnes impugnando: ⁊ omnibus succũbendo. Et Dauid in.ps. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: fabricauerunt inquam coronam perpetuam. Exẽplum de Agatha: Lucia: Catherina: Laurentio:⁊ ceteris martyribus:qui non essent corona martyrij laureati:nisi diabolus eis illas medijs tyrannis persecutoribus fabricasset. Et nihilominus predicta sunt maxime nociua homini per peccatũ. Summa ergo diligentia est fugiendum peccatum:⁊ per penitentiaz delendum. Si enĩ vniuersi demones: ⁊ mali homines: ⁊ bestie:⁊ omnes alie creature:que homini possunt nocere:essent ↄgregati ex vna parte magis timendum esset vnum mortale peccatum q̃ omnia illa. Unde dicit Augu i. de ciui.dei. Et habetur in decretis.xxij.q.v. Ita ne: ꝙ homo debet potius oĩa mala pati:q̃ peccato consentire. Item Seneca. Cum hominibus inquit pacem habe:cum vicijs bellum. Et iterũ. Uicia sine modo : ⁊ ordine persequenda sunt: quia modum ⁊ ordinem non habent: ⁊ concer-

dat scriptura.d.quasi a facie colubri fuge peccatum.Eccli.21. ¶ Quinto est subiectionis diabolice causatiuum:quia per peccatum efficitur homo seruus diaboli:iuxta illud.Petri apostoli.2.Petri.2.A quo enim quis superatus est: huius et seruus est. Nam et de iure ciuili victus:siue captus in bello punico efficit seruus capientis:vt .ff.de captiuis.ibi.Ab hostib⁹ captus: puta a germanis seu partis:seruus e hostiu: et in.l.Et seruoz.ff.de sta.ho.ibi. Jure gentiu serui nostri sunt: q ab hostibus capiunt. Item Ro.6.Nescitis qm cui exhibuistis vos seruos ad obediendu:serui estis eius cui obedistis.Ecce q malum dnm habent peccatores.Jere.16.Seruietis dijs alienis die ac nocte:qui no dabunt vobis requie. Nota.dijs in plurali numero: nam tot demonum peccator est seruus quot peccatoz est reus.Supbus naqz e seruus leuiathan; ipse est rex super oes filios superbie. Auarus mamone rc.Nota.ad hoc parabolam illius filij adolescentis qui dispersit oia bona sua:qui postea adhesit vni ciuium illius regionis.Luc.15.i.Diabolo qui est ciuis et princeps regionis peccatoz. Jo 12. Nunc princeps mundi huius ejciet foras.Ideo precipit apls peccatoribus.d. resipiscant a diaboli laqueis a quo captiui tenent ad ipsius voluntate.2.Thi.2. ¶ Sexto e mortis tepoalis acceleratiuu: qz pter demeritum peccati diminuitur vita peccatori. ps.Uiri sanguinum et dolosi no dimidiabunt dies suos.Uii et de iure cano, Propter peccatu homo citius mori psumit.xi. q.iij.Epi si sacerdotali.Et no.i.c.qua fronte de appella.Et in hoc diuina bonitas:et iuste:et misericorditer:cum peccatoribus agit. Juste qdem:qz meretur peccator vitam pdere:qua male vtitur.iuxta illud. Sap.xi. Per que quis peccat per hec et torquet. Uii et pter demeritum peccati primi parentis mors hūano generi indicta e. Gen. 2. Quacuqz die comederis:morte morieris.Item Ro.5.Per vnum hoiem peccatu intrauit in mundu.Et per peccatum mors. Et pcordat etiā simile de iure ciuili quo disponit:q si pductor domus ea male vtat q potest ei ea auferri a dño et pbatur in .l.ede.C.loca.Sic deus locat nobis vitam temporalem vt ei reddamus mercede bonorum operum.Si igitur male vtatur homo ipsa vita.dignus est vt ipsa priuetur. Ideo etiam deus pter peccata hominum imisit diluuium:et vitam humanam diminuit:deus propter malicium hominu.Gen. 6.No permanebit spiritus meus in homine in eternum:qz caro est:eruntqz dies eius centum viginti annoz.Misericorditer etiā deus cum peccatoribus agit diminuendo eis vitam:quia tollit deus malos de medio ne peccatum eoz augeant:vt dicit August.Et in decretis.23.q.4.ca vindicta.Et alibi dicit idem Aug. Cui licentia iniquitatis eripitur:vtiliter vincitur:qm nihil est infelicius felicitate peccantium: qua penalis nutritur ipunitas:et mala voluntas velut hostis interior roboratur.23.q.i. paratus in fi.Ad idem facit.45.di. et qui cum dat.ergo penitentiam agite rc.

¶ De tribus vltimis malis:que causantur ex peccato. Sermo.10.


Enitentiam agite rc.In precedentibus dictum est de differetie et nouem malis:que sequuntur ex peccato: nunc vero dicendum est de tribus vltimis malis pro complemento huius articuli. Salutetur virgo Maria rc.

¶ Primum est temporis amissiuum.

¶ Secdm est quietis perturbatiuum.

¶ Tertium est pene eterne obligatiuum.

¶ Primo est temporis amissiuum.per peccatum enim homo amittit tempus: quod est preciosissima rerum:nam si anima damnata posset recuperare in hac vita spaciu modice hore:caripenderet magis et preciosiorem illam reputaret:q totum mudi thesaurum.Unde Ber.Nihil preciosius tempore:heu nihil hodie vilius reputatur.Nota.exeplu crisaurii: de quo in.4.dialogoz. et i omel.12 Qui lextremo vite tep⁹ modicu postulabat.d.Inducias vsqz mane rc. Sic ille dominus Nicolaus de sicilia. qui cum esset peste percussus videns se mori propinquum misit pro quodam venerabi-

li religioso: qui cum venisset ad eum querenti quid postularet. Dixit: rogo te pater vt petas a domino inducias mihi decem dierum infra quos valeam disponere animam ⁊ bona mea ⁊c. At ille dixit ⁊ quot annos in hac vita peregistis? Respon. sexaginta. At ille ⁊ quare in tot annis neglexistis disponere vitam vestram? Modo autem petitis decem dies tandem ille ante terminum illum petitum expirauit: cuius vitam suam valde seculariter peregisset. Ideo Eccli.14. Fili conserua tempus: ⁊ declina a malo. Nota conserua tempus ⁊c. Ratio est: quia sic transit quod est irrecuperabile. omnia alia bona temporalia si amittantur recuperari possunt: solum tempus irrecuperabile est. Virgilius in.10.eneidos. Stat sua cuique dies breue ⁊ irreparabile tempus omnibus est vite: hoc ergo tempus maxime perdit peccatum: non solum perdit: sed contra semetipsum: ⁊ contra largitorem temporis: qui est deus expendit in vanitatibus ⁊ peccatis. Ps. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Ideo faciamus consilium Salomonis dicentis: quid necesse est homini maiora se querere: cum ignoret quid conducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis sue: ⁊ tempore quod velut vmbra preterijt Eccles.7.

¶ Secundo est quietis anime perturbatiuum. Nunquam enim misera anima quiescit in peccato mortali. Cuius enim quies sit terminus motus. Anima autem peccatoris sit semper in primo motu cum voluntate peccandi: sequitur quod misera illa anima non possit quiescere. Alia causa cum deus habeat animam quietare inquantum habet rationem boni: obiectum autem voluntatis ⁊ finis anime sit ipse deus. Aug. in lib. confessionum. In principio fecisti nos domine: ad te: ⁊ inquietum est cor nostrum: donec requiescat in te: sequitur quod nunquam anima quietatur: donec sit cum deo: seu tendat ad deum. Sed anima peccatoris est contra deum: ⁊ recedit a deo per peccatum: quod est auersio a bono incommutabili ⁊ conuersio ad bonum commutabile: secundum Aug. sequitur quod nunquam talis anima habebit quietem? Hoc est quod dicit Aug. in lib. confessionum. Iussisti domine ⁊c. Et sic est vt pena sit sibi omnis inordinatus amor quem habent peccatores: circa ea que mouent eos ad peccandum: qui amor est eis pena. Si volumus ista videre clarius discurramus per singula peccata mortalia: ⁊ videbimus penas ⁊ amaritudines: que ex ipsis oriuntur. E contra autem dulcedines ⁊ consolationes ⁊ quietes: que ex virtutibus oppositis causantur. Primo superbus habens inordinatum amorem ⁊ cupiditatem honoris inquietus est: quia sibi videtur quod omnes despiciant eum: primo vxor: secundo filij: ⁊ alij: quia videt se ab eis non tantum reuereri quantum deberet. Ecce dolor ⁊ quietis perturbatio. Item quando intrat plateam vel quando transit: si omnes non surgunt: videtur ab eis despici. Item dicit superbus. Talis fuit capitaneus vel Vicarius: ego non. Ecce dolor. Vnde Isidorus lib. ethi. Superbus inquit dictus est: quia vult super videri quam est. Qui enim vult supergredi is superbus est. Sicut dicit Augu. lib.14. de ciui. dei. Quod superbia est celsitudinis appetitus. Hic autem appetitus nunquam poterit satiari vel quietari. Et ideo hoc peccatum est genus anime perturbatiuum. Hoc etiam dicit Aug.14. de ciui. dei. Superbia peruerse imitatur deum: odit namque consocijs equalitatem: sub illo: sed imponere vult socijs dominationem suam: pro illo. Ecce dolor ⁊ inordinatus animus: ⁊ inquietudo anime. contra: humiles quando fiunt sibi magni honores dicunt. Non nobis domine: non nobis: sed nomini tuo ⁊c. Ecce quies mentis ⁊ anime. Secundo auarus de omnibus habet dolorem: quando enim videt in mensa vxorem: filios ⁊ famulos bene comedentes dicit. O miser destructus sum. Et tantum dolet quod non sentit delectationem cibi vel potus. Si videt farinam imminutam. d. O miser perditus sum. Ideo Eccles. Cuncti dies eius doloribus pleni sunt. Ideo Sene. in tragedijs. Auaro quid mala optas: nisi quod viuat. Si filius currit dicit. O miser: quot sotulares frangit. Si dormit somniat latrones: si sentit mures credit fures. Ecce inquietas anime: hoc est quod dicit Salomon. Eccles.5. Auarus non implebitur pecunia. Et qui amat diuitias non capiet ex eis fructum: quia vt dicit. Hiero. Auaro tam deest quod habet: quam quod non habet: bene etiam non implebitur pecunijs: quia assimilatur inferno per augmentum dicens. Auarus est

inferno similis: q quantoscūq deuorauerit:
nunq dicit sufficit: sic nec auarus poterit
saciari. Ideo Eccli. x. Auaro nihil scelestius:
& postea subdit: Nihil iniquius: q amare
pecuniā. Ecce inordinatus amor. Et subdit.
Hic enim & animam suam venalē hʒ.
Tullius de officijs lib. pmo. Nihil est tam
exigui animi &c. Habet ergo aiam inquietam.
Et hoc est pprie pprium auaro. Ergo
auaricia est quietis anime perturbatio. E
contra: persona liberalis letatur: qñ videt
vxorē: & familiam comedentes: & dicit. Comedamus:
& dñs prouidebit nobis. si seruabimus
eius precepta. Ideo. Ps. Iusti. i. liberales
exultēt incōspectu dei: & delectētur
in leticia. Itē luxuriosus quantam penam
habet: qñ est philocaptus de aliqua domicella:
vel vidua: &c. Vadit die noctuq cū
animo & magnis plantis. Nō pōt comedere
nec dormire: sed vadit sicut stultus. Unde
Ilsus. Nescio qd sit amor: nec amoris sensio
nodū. Sed Scio sigs amat: nescit habere
modū. Et sic in rei veritate. Vñ Augu.
O amatores mundi nō est requies vbi qritis:
eam vitam beatam queritis in regione
mortis. Et si ɔsequitur intentū suum: statim
dicit. Nō: sed cum alia haberem maiorem
delectationē: vel seruabo aliū modū:
vt magis delecter. Quare dicit. Phs: q concupiscentia
carnalis est infinita: & nō habet
terminū. Ideo Boetius. Quid de voluptatibus
corporum loquar: quarū appetentia
quidem plena anxietatis: satietas
penitentie: Nec est mirū de nostris iuuenibus
fatuis: cum Salomon tam sapiens
per luxuriam fuerit deuictus. Et David tā
sanctus. Vñ Aug. pmo. soliloquioꝝ. Nihil
esse censeo: q magis ex arce deijciat animum
virilem: q blandimenta femine: corporisq
ille cōtactus. Item Tullius de senectute
Cum natura siue deus: nihil homini:
mēte pstabilius dedisset: scias huic diuino
muneri: nihil eē magis ɔtrā q voluptatem.
Sed que differētia est inter iuuenē luxuriosū:
& senem: Audi Senec. dicētē Adolescēs
luxuriosus peccat: senex insanit: sed peius
est de persona nobili & graduata dignitate.
Nam dicit Fulgētius lib. 2. mitiologiaꝝ.
Quāuis in oibus amor libidinis sit:
nunq tñ deterior cum se honorato misceat.
Libido enim honestatis dum quid expediat
nescit. semper est molestatis ɔtraria.
Item Tullius ad parmenidē. An mihi
liber videt: cui mulier imperat: cui leges
imponit. Vocat: veniēdū est. Eijcit abeundū
est. Minatur: extimescēdū est. An ergo
mirum: Sed nequissimū seruū etiam si in
amplissima familia natus sit: appellandū
puto. Persona aūt casta si sit: de matrimonio
ɔtentat. de sua societate. siue sit iuuenis:
siue antiqua: alba vel nigra. Dicit
vir. Sufficit mihi: q vxor mea est. Vñ aūt
q nō sunt de matrimonio nō curant nec loquunt
de illa materia: & viuūt leti: & quieti.
Ideo. Ps. Renuit cōsolari anima mea. s.
in bonis carnalibus. Ergo in quibus: Rñ.
Memor fui dei: & delectatus sum. Itē inuidus
nunq quiescit: sed semper in tristicia
manet: qr inuidia nihil aliud est. q dolor
de bono alterius. Unde Greg. 6. mor.
Inuidere nō possumus: nisi eis: quos in
aliquo cernimus meliores: qr dicit Phs
in. 2. ethico. Inuidebūt tales: qbus sunt aliqui
similes: aut sm genus: aut sm cognitionem:
vel sm staturam: habitum: aut sm
opinionem: qr dicit Damascenus. Inuidia
est tristicia in alienis bonis. Et Phus. 2.
Ethi. Quid dolet inuidus: De eo d quo ē
gaudēdū dolet. Qñ videt inuidus: q alius
plus honoratur vel ditatur: vel est in officio:
vel in amore principis: tristat inuidus:
& frangitur corde. Unde est quidā versus:
Inuidus inuidia cōburitur intus & extra.
Unde sic diffinit ab Aug. in sermone. Inuidia
est dolor felicitatis alterius. Itē Damascenus
in sermone. Inuidia est ignis inextinguibilis.
Etenim sicut tinea comedit
vestimenta: sic inuidia eum qui zelatur cōsumit
& rodit. Propterea Aug. de ciui. dei.
Inuidis primum sui mordax est. Et Iob.
5o. Paruulum occidit inuidia. Persona
aūt charitatiua nō tristatur de bono alterius:
sed letatur & dicit. Dñe conserua hec
sibi: sed recordare de me: quia sum creatura
tua: sicut iste. Ex charitate aūt dominus
illi prouidet abundanter. Ideo aplš ad
Gal. 5. Fructus aūt spiritus est charitas:
gaudium: pax &c. Gula etiam secum trahit
dolorem & inquietudinem: qr golosi sunt
cōmuniter potatores: habētq oculos scar

latinos: ⁊ tremunt: q; vinum ferit neruos.
Peccatur aūt quattuor modis in gula.
Primo modo cum in cibo hora ordinati
tēporis preuenitur. Secūdo cum cibus ni-
mis splendidus preparatur. Tertio cū sibi
plurimum: ⁊ vltra debitam: ⁊ nature cōfor
mem quantitatē accipitur. Quarto cū ni-
mis ardenti auiditate recipit̄. Et quādocūq;
capiatur gula: vnoquoq; istorum modorū:
semper est inquietudo anime. Nam primo
anime requies impeditur: qñ corpus ante
debitam horam impletur. Unde scribitur.
Uech tibi terra: cuius rex puer est: ⁊ princi
pes mane comedunt. Secūdo peccatur cū
cibus splendidus preparatur. Nam ex
splēditate cibi causatur repletio. Et vidē
tur tales: totam curam habere de corpore:
cōtra quos dicitur. Quorū deus venter ē.
Unde Sene. Palatum tuum fames exci
tet: nō sapores. Tertio peccatur in quanti
tate excessiua. Nā fiunt inordinate morta
les diuersarū specierū carnes: ⁊ fercula: sub
varijs condimentis: ⁊ alie multiformes ci-
borum maneries: vina grandia: ⁊ diuersa:
et appetim illo tracti quorū potentias: ⁊ di
uersitatem huius humane nature fragili
tas digerere: ac sustinere non potest. Et sic
ex corrupta digestione in humores corru
ptos cibaria in corporibus humanis tran
seunt: ex quibus dolores: febres: podagre:
alieq; infirmitates: tandem ad destructio-
nem vite deueniuntur. Propter qd̄ dicit Boe
tius de ꝯsola. Paucis enim minimisq; na
tura contenta est: cuius sacietatem si sup-
fluis agere velis: aut iniocūdum: qd̄ infun
dis fiet aut noxium. Eccli.17. Propter cra
pulam multi perierunt. Et in multis escis
erit īfirmitas. Quarto peccat̄: qñ nimis ar
dēti auiditate recipit̄: ꝯ qd̄. Eccli.37. Noli
esse auidus in oī epulatione: nec te effun-
das super oēm escam. Exemplū de Esau.
Qui ꝓpter scutellā lenticularū: primogeni-
turam vēdidit. Idō hec peccatū oīno absci-
dendū est. Itē iracūdus etiam trahit secū
penam: quādo tristatur de aliqua iniuria:
⁊ est cū desiderio vindicte: ⁊ semper cū do-
lore: ⁊ inquietudine cogitationis circa vin-
dictam: dicendo. Tu facis sic ⁊ sic ⁊c. Qui
scripsit hunc librum: legit in quodam ser-

mone aliqua scripta manu propria: bone
memorie patris nostri fratris Petri de hie
remia: qui dicit q; viderat quēdam homi-
nem: qui dixit eidem fratri Petro: q; non
poterat comedere: nec bibere: nec dormire: ni
si sumeret vindictam de inimico. Et tandē
interfecit eum cum suo maximo periculo.
Ecce dolor: ⁊ inquietudo. Et postq̄ iracū-
dus cepit vindictam: timet amicos ⁊ con-
sanguineos illius. Si capitur suspēdit̄. Si
fugit bannitur: ⁊ perdit sua bona. Ideo
Seneca. Ira in temeritate prona est: ⁊ dū
periculum vult inferre: non cauet. Contra:
homo pacificus dicit. Uos iniuriam mihi
fecistis. Et ego recipere possem vindictam.
Ideo pro vobis: vt deus mihi parcat. Idē
Luc.21. In patiētia vestra possidebitis ⁊c.
Accidiosus etiam trahit secum penam: ⁊
a diabolo tribulatur: ⁊ tēptatur. Ideo Hie-
rony. Semper aliquid boni facito: vt dia-
bolus inueniat te occupatum. Cōtra: Mu-
lieres que nolunt laborare in domo: sed di
cunt: vir meus habet ancillas. Et sic stant
ociose: ⁊ per consequens tentare: ⁊ decipere.
Homo ad laborem nascitur: ⁊ auis ad
volandum. Job.5. Contra: dicitur homini
laborioso. Quod potest manus tua: instan
ter operare. Eccl. vltimo.c. Ecce quomodo
peccator conturbatur a peccatis: ⁊ inquie-
tatur. Ideo Isa.57. Cor impij sicut mare
feruens: quod quiescere non potest ⁊c.
¶ Tertio peccatum est pene eterne obliga
tiuum. Ro.6. Stipendia peccati mors. s. tē
poralis ⁊ eternalis. Apoc.21. Timidis: ⁊ in
credulis: execratis: ⁊ homicidis: ⁊ fornica-
toribus: ⁊ veneficis: ⁊ ydolatris: ⁊ omni-
bus mendacibus: pars illorum erit in sta-
gno ardenti igne ⁊ sulphure: quod ē mors
secūda. Nota. octo genera peccatorum: que
maxime hodie regnant in mundo.
¶ Primum cum dicitur timidis. Timidi
sunt: qui timore iniusto non audent bonā
vitam incipere: vel inceptam continua-
re: ducti timore: aut detractionis: aut quia
timent non posse sustinere penitentiā. Sic
est qui timore non displicendi alicui: aliqd̄
iniuste facit. Sicut sunt iudices in senten-
tia proferenda. Medici qui nō dicunt in-
firmis: vt confiteantur timentes ne displi-

ceant infirmis: cōtra. c. Cum infirmitas: de peni. ⁊ remis. Notarij dictantes contractus usurarios: artifices in diebus festiuis laborantes ne displiceant alijs. Sicut sunt barbitonsores qui radunt barbas in dominicis ⁊ festiuitatibus: ⁊ similiter in alijs contra quos. Illic trepidauerunt timore ubi non erat timor. Ps. 13.

¶ Secundum est incredulis: sicut sunt Iudei: saraceni: theucri: tartari: ⁊ etiam heretici: ⁊ falsi christiani: qui dubitant de aliquo fidei articulo: quia dubius in fide infidelis est: ut dicit tex. in. c. i. de hereticis.

¶ Tertiū ⁊ execratis. i. abhominabilibus facientibus peccata contra naturam: ut est omnis modus luxurie: per quem non potest sequi generatio: sicut sunt mollicies: sodomia: presertim cum uxore: q est grauius alijs sodomijs: ⁊ etiam bestialitas. Talia enim peccata sunt illa propter que uenit ira dei in filios diffidentie. de uita ⁊ honesta. clerico. Et de excessibus prela. clerici. ⁊ in autenti. ut non luxu. contra naturam. coll. 6. Tales etiam de iure ciuili ultimo supplicio. i. morte puniri debent: ut dicitur in dicto autentico. ⁊. C. de adulte. l. Cum uir nubit in feminam.

¶ Quartum ⁊ homicidis: non intelligitur de iudicibus condemnantibus malefactores ad mortem: quia tales non peccant: sed merentur: nec proprie dicuntur homicide: sed de illis qui occidunt ex vindicta: siue iniuste. Sub hoc crimine continentur etiā qui detrahunt alijs. Item qui odiunt proximos. Hoc enim triplici modo dicitur homicidium. Unde dicit Clemens ⁊ habetur in decretis: de peni di. i. Homicidiorum tria genera dicebat esse beatus Petrus: ⁊ penam eorum pariter fore dicebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrū: ita detractores eorum: eosq odientes: homicidas es[se] manifestabat: quia ⁊ qui occidit: ⁊ qui odit fratrem suum: ⁊ qui detrahit ei pariter homicida esse demonstrat. Item. i. Io. Qui odit fratrem suum homicida est.


¶ Quintum ⁊ fornicatoribus. Nota hic contra illos qui dicunt q inter solutum ⁊ solutam non sit peccatum: quem errorē reprobat iste tex. quia nomine fornicationis intelligitur actus luxurie inter solutum ⁊ solutam. Et si dicatur cui fit iniuria si consentiunt ad inuicem? Respon. dicēdo: sicut fit iniuria regi si quis fornicetur cum filia eius licet uolente. Nec obstat q in decalogo sola mechia. i. adulterium prohiberi videtur: quia sub nomine mechie intelligitur omnis illicitus concubitus: ut dicit Aug. ⁊ Isidorus. Et tota ecclesia hoc vult: ut probatur. 32. q. 4. Meretrices. ⁊. q. v. Non mechaberis.

¶ Sextum veneficis. i. venenum facientibus aut dantibus: sicut sunt mulieres: que recipiunt venenū ut faciant abortum. Item qui dant. Nota de illa muliere: que comperiens filiam suam: que erat monialis fore grauidam petenti filie q daret sibi potationem: ut abortiretur. mater dedit ei potationem quā occideretur: ⁊ sic mortua est: hoc matre serio faciente: ⁊ hoc retulit mihi ipsa mater.

¶ Septimum ydolatris: ydolatre sunt diuini ⁊ sortilegi: qui confidunt in demonibus: ⁊ eos magis q deum venerantur ⁊ adorant: potest etiā dici q ydolatre sunt omnes auari: usurarij: fures: raptores: symoniaci: quorum deus est mundus. Propterea apostolus vocat auariciam seruitutē ydolorum. Eph. 5. Hoc scitote intelligētes q omnis fornicator: aut inmundus: aut auarus: q est ydolorum seruitus non habet hereditatem in regno christi ⁊ dei.

¶ Octauo ⁊ omnibus mendacibus: non loquitur de mendacio officioso vel iocoso: qz talia mēdacia nō sunt mortalia: nisi addatur iuramentum: quia tunc esset periurium: ⁊ consequenter mortale etiam si pro salute alterius fiat: quia ut dicit Aug. Nemo ad salutē adducendus est opitulante mendacio pernitioso: vel quocūq periurio: talium ergo omnium predictorum pars est in stagno ardēti igne: ⁊ sulphure: quod est mors secūda respectu prime: que est mors corporalis: vel respectu prime: que est mors spiritualis: que est priuatio gratie gratum facientis: ergo penitentiam agite ⁊c.

¶ De acerbitate pene: ubi agitur de penis debitis peccato. Sermo.xi.



Enitentiam agite rc. Supra quattuor primis sermonibus dictum est de octavo motivo vos ad penitentiam provocante: scilicet de peccati malignitate. Modo sequitur predicare de nono motivo: quod est pene acerbitas. Ubi agitur de penis peccato debitis: post hanc vitam: et loquor de peccatore impenitente cui debetur infernus. Salutetur virgo rc. ¶ Pro declaratione materie predicande. Notandum quod communis sententia theologorum per fidem catholicam approbata est: quod anime peccatoris in inferno duas penas patiuntur in generali. ¶ Prima est pena damni: que consistit in privatione divine visionis. ¶ Secunda est pena sensus: que consistit in experientia alicuius nocivi. Et de utraque pena probatur ista conclusio triplici medio scilicet. Ratione. Auctoritate: et Exemplo. ¶ Prima ratio sumitur a culpe et pene commensuratione. Secundo sumitur a premij et pene ex paratione seu proportione. Tertio a timoris incussione. Quarto a creature inordinata fruitione. ¶ Prima ergo ratio sumitur a culpe et pene commensuratione: quia oportet quod pena commensuretur culpe. Isa. 27. In mensura contra mensuram: cum abiecta fuerit: iudicabo eam. Nota. in mensura. scilicet pene contra mensuram. scilicet culpe cum abiecta fuerit. scilicet anima a corpore: quasi autem non est iudicium in hac vita: quia nec mali condigne puniuntur: nec boni premiantur: quousque iustitia conterantur in iudicium. Hebr. 9. Statutum est omnibus hominibus semel mori: et post hoc iudicium. Constat autem quod peccator duo inconvenientia facit peccando mortaliter. Primo quidem: quia avertit se ab ultimo fine: qui est deus. Secundo quia convertit se inordinate ad creaturam: quia fruitur ea: cum tamen uti deberet ea: ut dicit Aug. in lib. de doctrina christiana. Unde alibi dicit Augu. quod peccatum mortale est spreto incommutabili bono: bonis commutabilibus adherere: ut no. 3. arti. ij. sermone. ij. parte. ij. Conveniens est igitur quod anima dupliciter puniatur. Primo in privatione ultimi finis. scilicet dei. Secundo per realem passionem a creaturis: iuxta illud. Sap. xi. Per que quis peccat: per hec et torquetur. Prima pena dicitur damni. Secunda vero sensus. Simile dicitur de eo: qui offendit regem: qui non solum meretur pati afflictionem ab eo: et eius gratia privari: sed etiam a vasallis eius. Propterea dicitur. Sap. 16. Creatura enim tibi factori deserviens exardescit in tormentum adversus iniustos. Et idem eiusdem. 5. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Unde dicit Ugo de s. Victore. Iustum est consonumque rationi et iusticie: ut anime que se sponte vilioribus rebus subiecit in culpa: deo iudicante eisdem subijciatur in pena. ¶ Secunda ratio sumitur a similitudine: seu comparatione pene ad premium: et est talis. Sicut enim recte agentibus debetur gloria: sic perverse agentibus debetur pena. Sed recte agentes gloriabuntur et gaudebunt non solum de ultimo fine. scilicet de deo: sed etiam de his: que sunt ad finem. scilicet de creaturis. Ps. Delectasti me domine in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo. Ergo et perverse agentes non solum punientur per privationem ultimi finis: sed etiam per sensibilem dolorem eis a creaturis illatum: et sic idem quod prius. ¶ Tertia ratio sumitur a timoris incussione: quia pene inferuntur pro culpis: ut scilicet timore penarum homines a peccatis retrahantur. Unde dicit Isidorus libro ethimologiarum. Et in decret. 4. di. Facte sunt autem leges ut earum metu humana coherceatur audacia: tutaque sit inter improbos innocentia: et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia: et nocendi facultas: hec ille. l. i. §. i. ff. de insti. et iure. ibi dicitur. Bonos non solum metu penarum: verum ex primiorum quoque exhortatione efficere cupientes. Et Oratius in epistolis. Oderunt peccare mali formidine pene. Nullus autem timet amittere id: quod non desiderat adipisci. Qui autem habent voluntatem aversam ab ultimo fine: non timent excludi ab illo: quia magis timent perdere nummum quam deum. Non ergo pro exclusione ab ultimo fine: a peccando revocarentur. Ergo oportet peccantibus aliam penam adhiberi quam peccantes timeant: et hoc est experientia alicuius nocivi: que dicitur pena sensus: et sic idem. ¶ Quarta ratio sumitur a creature inordinata fruitione: quia si quis eo quod est ad finem

inordinate vtitur:non solum priuatur fine: sed etiam aliud nocumentum incurrit: vt patet in cibo inordinate sumpto:quia nõ solum firmitatem non confert : sed etiam egritudinem inducit. Qui autem in rebus finem constituit:eis nõ vtitur sm q debet: referendo.s.ad vltimum finem. Nõ ergo solum debet puniri per hec: q beatitudine careat:sed etiam per hoc:q aliquod nocumentum ab ipsis experiatur:has duas vltimas rationes ponit. Tho.in.iij. cõtra gentiles.c.142. Et sic patet primum remedium. Auctoritates plurime habentur. Prima in veteri testamento. ps. Pluet super peccatores laqueos ignis: sulphur: et spiritus procellarum: pars calicis eorum. Item in nouo. Mat.25. Discedite a me maledicti in ignem eternum etc. Multe et auctoritates patebunt infra in pcessu sermonis. Vñ super illud verbum. ps. Vox dñi intercidẽtis flãmas ignis: dicit Basilius:q in fine ignis et alia elemẽta diuidẽtur. Et qcqd est in eis pulchrũ:et clarum:remanebit superius ad gloriã electorum:qcqd aũt est in eis feculẽtum et penosum:descendet in infernum ad penam damnatorum. Et ita feces oium creaturarum in infernum colligẽtur:ex quibus intollerabilis fetor emanabit in penam damnatorum. Et sic pz sm medium. ¶ Exẽpla habemus in diuite epulone:qui dicit se cruciari in flãma. Luc.xvi. Pater Abraam mitte Lazarum:vt intingat extremum digiti sui in aqua:vt refrigeret linguam meam: q: cru.in hac.flamma. Itẽ in vitis patrũ legitur:q abbas Macharius ambulans p heremũ inuenit caput hois sine caluitium: qd cum tangeret cũ virga:et ingreret quisnam fuisset:rñdit q fuerat sacerdos gentilium: et quantũ distabat celum a terra tñ habebat de igne sup caput suum: et sub pedibus eius. Et tñ sub eo erant mali christiani: q dei mandata ptẽpserant: et eius beneficia vilipendérant. Et sic pz ergo tribus mediis approbata cõis sententia theologorum in pncipio posita. His ergo sup positis omittendo hodie pdicare de pena damni:videamus solummodo de pena sensus: que peccatoribus ipenitentibus debetur. Quãuis ergo multiplex pena sensus in sacra scriptura legatur:possumus tñ illas ad octo reducere: que infrascriptis versibus ptinentur. Sicut legitur in legenda beati Iohãnis euangeliste. Vermes:et tenebre: flagellũ:frigus:et ignis:demonis aspectus: scelerum confusio:luctus.

¶ Primo ergo pena sensus damnatorum est vermis corrosio. De hac pena dicit scriptura. Isa.vltimo. Vermis eorum nõ morietur. In inferno namq vermes imortales credendi sunt:qui carnes impiorum sine fine corrodẽt. Unde Iudith.16. Dabit ignem et vermes in carnes eorum. Itẽ Eccli.7. Vindicta carnis impij ignis et vermis. An aũt iste vermis intelligat spirituales: vel corporales. Vide Tho.in.4.ptra gẽti.c.19. in fine. Et in.4.sniarum di.50.ar.ij.q.iij. Et scripsi dñica vicesima post festũ trinitatis sermone: qui incipit ligatis manib9 et pedibus etc. Prouer.1. Et si spũaliter intelligamus vermem: nihil est aliud vermis:q̃ pscientie morsus: qui dr vermis inquantũ oritur ex putredine peccati:et aiam affligit pungendo:sm Tho.in.4.sniarum.di.vbi.s. Si aũt intelligamus corporaliter:q in inferno sit vermis: hoc erit ex diuina potentia in vltionem,istam damnatorum:vt sicut in hac vita de vermibus delectati sunt.i. de rebus corruptioni subiectis: qd maxime verificatur in luxuriosis:qui delectãtur de carne:que in vermem pertitur: pter qd dicitur. Iob.24. Dulcedo illius vermis. Sic et vermes patiunẽ in penam:iuxta illud. Isa.14. Subter te sternetur tinea :et operimẽtum tuũ erũt vermes. Nota hic exẽplum de illo scholare bononie studenti:qui erat valde delicatus:cui cum supprior puentus nostri diceret:q damnati in inferno haberent cubile de tinea:et vermibus allegans scripture auctoritatem. Isa. Ilicq plurimos dies cogitans duriciam illius lecti: nunq̃ potuit auferre a mente sua cogitationem istam: adeo q tandem timore isto ductus reliquit mundum:et effectus est frater ordinis nostri. Attẽdant igit ad hec illi:qui sunt ita delicati:q nõ possunt pati pulicẽ in lecto. Et pter hoc timẽt ieiunare et alia penitẽtialia opera facere. Quõ ergo poterũt vermes infernales ceterasq sensibiles penas

pati eternaliter.

¶ Secunda pena est tenebrarum confusio: dum dicit et tenebre. Sunt enim in inferno et tenebre densissime: et obscuritas mirabilis: longe maior quam fuerint tenebre: quas immisit dominus in egypto in flagellum pharaonis per manum moysi: de quibus legitur. Exodi.x. Facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra egypti tribus diebus: nemo vidit fratrem suum: nec mouit se de loco in quo erat. Quanto ergo maiores erunt tenebre date a deo in flagellum damnatorum in inferno? Ratio autem harum tenebrarum est duplex: vna est phisica et naturalis: altera est theologica et spiritualis. ¶ Prima ratio naturalis est: quia infernus est in centro terre: vt dicunt doctores in.4. sententiarum.di.43. Et Greg. in.4. dialogorum. Et ideo locus ille est maxime remotus a luce solis: et lune: et stellarum: et etiam lux occupabitur a mole terre: que est corpus grossum et opacum. ¶ Secunda ratio theologica. Reprobi enim in hac vita proposita sibi luce gratie: elegerunt magis tenebras quam lucem: scilicet gratia. Preposuit tibi deus lucem humilitatis: et tu eligis magis tenebras superbie et vanitatis: querendo honores dignitates et officia et cetera. Item proposuit tibi lucem castitatis: et tu eligis tenebras luxurie et carnalitatis. Item proposuit tibi lucem misericordie et liberalitatis: et tu eligis magis obscuritatem auaricie et cupiditatis: et sic de singulis peccatis. Ps. Nescierunt: neque intellexerunt: in tenebris ambulant. Ideo dignum iustum et rationi consonum est: vt priuentur ex necessitate luce in penam: quam contempserunt ex voluntate in culpam. Et ideo tenebrarum caligine eternaliter puniuntur. Ideo dicit dominus. Mat. xxii. Ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Nota quod tenebre infernales dicuntur exteriores multiplici ratione. Prima vt notetur differentia culpe et pene. Culpa namque est tenebra interior: sicut de reprobo legitur. Job.20. Omnes tenebre abscondite sunt in oculis eius. Sed pena infernalis dicitur tenebra exterior exterius videlicet superueniens.

¶ Secundo dicuntur tenebre exteriores: quasi extra naturam mentis: et extra limites rationis existentes: dum propriam lucem rationis naturalis peccatores relinquunt. Boetius de consolatione. Heu quam precipiti mersa profundo mens habet et propria luce relicta: tendit in externas ire tenebras et cetera.

¶ Tertio dicuntur exteriores: quasi extra terminum et finem: quia perpetue sunt: iuxta illud. Ps. Introibit vsque in progenies patrum suorum: et vsque in eternum non videbit lumen: supple peccator impenitens. Nota patrum suorum. scilicet demonum qui sunt patres reproborum: iuxta illud. Jo.8. Vos ex patre diabolo estis.

¶ Quarto dicuntur exteriores: quasi extra experientiam hominum. Nullus enim hominum in hac vita presenti expertus est similes tenebras. Nam et tenebre egypti modice fuerunt respectu istarum: vt supra dictum est.

¶ Quinto dicuntur exteriores: quasi extra misericordiam dei. Nam extra ambitum diuine misericordie esse videntur. Quia enim impenitentes quando potuerunt misericordiam dei consequi noluerunt: iustum est vt nunc quando illam volunt: non consequantur. Prouer.xi. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes. Ps. Dilexit maledictionem et veniet ei. et noluit benedictionem et elongabitur ab eo: et induit maledictionem et cetera.

¶ Sexto dicuntur exteriores. scilicet extreme. scilicet maxime: extra omnem lucem existentes. Nox enim apud nos non est exterior tenebra: neque enim est extra omnem lucem quam illustrant sidera: et cui succedit lux diei. Illas vero tenebras infernales nulla lux illuminat. Unde dicitur terra tenebrosa. scilicet tenebris plena: et operta mortis caligine. Job.10. Unde Virgilius libro.vi. Ibant obscuri sola sub nocte per vmbras

¶ Tertia pena est flagellum: quo continue flagellabuntur et flagellantur a demonibus: ita quod nunquam habebunt requiem vnius momenti in spatio mille millium annorum. Jere.16. Seruietis diis alienis: qui non dabunt requiem die ac nocte: sed post resurrectionem corporum flagellabuntur videndo demones et cetera. Hec reseruo ad dicendum in parte.

vi. Sicut p3. Isa. 65. Ubi cōminans deus peccatoribus per os Isa. pphe: sic ait. Pro eo q vocaui ⁊ non rñdistis: locutus sum ⁊ nō audistis: ⁊ faciebatis malū in oculis meis: que nolui elegistis. Propt hoc dicit dñs deus: ecce serui mei comedent ⁊ vos esurietis. Ecce serui mei bibēt: ⁊ vos sitietis ⁊c. Quanta aūt sit ibi sitis ⁊ quanta refrigerij penuria: p3 in diuite epulone: qui tot annoꝝ curriculis petijt guttam aque: ⁊ semper petet vsq3 ad diem iudicij: ⁊ nun̄ habuit: nec habere poterit. Luc. 16. Itē ꝯtinue flagellabunt metu: estate: pauperie: infirmitatibus: senectute: ⁊ omni miseria postq̄ corpora resumenṫ: ita tñ q nō deficient: sed erit mors sine morte: ⁊ defectus sine defectu: ⁊ finis sine fine: vt dicit Greg. in. 4. dialog. Et in. 9. lib. moraliū. Nō tñ intelligas q corpora damnatoꝝ resurgant in etate senili: q2 oēs electi ⁊ reprobi resurgent in etate iuuenili: iuxta illud. Eph. 4. Donec occurramus oēs in virū perfectum in mensurā etatis plenitudinis xpi. Et nota. Tho. in. 4. sniaꝝ. Et di. 44. q. i. arti. iij. Qd ergo hic di: q flagellanṫ senectute: intellige nō quantū ad etatem: sed quantū ad labores ⁊ passiones: quas infert senectus hūano corpori. ¶ Quarta pena ē frigus. Et hec tangitur: cum di. Mat. 22. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiu3. Stridor enim dentiū causatur a frigore infernali. Unde sm seruiū infernus dicit tartarus a tremore frigoris: qd est apud inferos. Uñ dicit Job. 24. Ad nimium calorem transibunt ab aqs niuiū. Causabitur etiā ille stridor dentium a nimia indignatione ⁊ furia mētis ꝯtra deum: ⁊ ꝯtra seipsos: ⁊ ꝯtra illata tormēta. Propt hoc semp erūt in dolore ⁊ tremore. Isa. 65. Ecce serui mei letabuntur: ⁊ vos ꝯfundemini. Ecce serui mei laudabant p̄ exultatione cordis: ⁊ vos clamabitis p̄ dolore cordis: ⁊ pre ꝯtritione spūs vlulabitis. Uñ ppter hoc semper blasphemant damnati deum ⁊ scōs eius. Apoc. xvi. Cōmanducauerūt linguas suas p̄ dolore: ⁊ blasphemauerūt deum celi p̄ doloribus ⁊ vulneribus suis. ¶ Quinta pena ē ignis. Luc. 16. Crucior in hac flāma. Mat. 25. Ite maledicti in ignem eternū: qui paratus est diabolo: ⁊ angelis suis. Quō aūt ille ignis agat in anima: separatas: ⁊ quō in corpus damnatoꝝ post resurrectionem. Uide in sermonibus de peccato in genere. sr iij. sermone. 8. In introitu. Et in sermonib9 de receptaculis animaꝝ sermone. xiij. Sed hic est dubitatio: cum in inferno: sit ignis vt dictū est: flāma aūt ignis illuminat: quare ergo dictum est supra: q sunt in inferno tenebre: Rñ. q sm sniam Greg. 9. lib. moraliū: illa vltrix flāma vicioꝝ concrematione habet: sed lumen nō h3: dicētis ps. Supercecidit ignis ⁊ nō viderunt solem: q2 illos quos gehēne flāma deuorat a visione veri luminis cecat: dicit tamē ibi Greg. Qd ille ignis qui damnatis ad cōsolationem nō lucet: vt magis torqueanṫ: ad illud lucet quatenus ex visione mutua amplius crucienṫ. Uñ dicit Tho. in. 4. sententiaꝝ di. Qd in inferno: hec modo d3 eē locus dispositus ad videndū: sm lucem ⁊ tenebras: q nihil ibi ꝑspicue videaṫ: sed solūmodo sub quadam vmbrositate videantur illa: que afflictionem cordi ingerere possunt. Uñ simpliciter loquēdo: locus est tenebrosus. sed tñ ex diuina dispositione est ibi aliqd luminis quantū sufficit ad vidēdum illa: que animā torquere possunt. Ad hoc satisfacit naturalis situs loci: q2 in terre medio vbi infernus poniṫ: nō pōt esse ignis. nisi feculentus ⁊ turbidus: ⁊ quasi fumosus Tho. Ad idem facit q dicit Isidorus i. i. lib. de sūmo bono: vbi sic ait. Ignis gehēne lucebit miseris ad augmentum pene: vt videant vnde doleant: ⁊ nō lucebit ad ꝯsolationem: ne videant: vñ gaudeant. ¶ Sexta pena est demonis aspectus. Sicut aūt ex visione dei sequiṫ maxima ⁊ ineffabilis delectatio in anima beata: ⁊ ex eade3 visione cōsequitur anima esse bonū: iuxta illud. Exodi. xxxiij. Ostēdam tibi oē bonum: sic ex visione diaboli cōsequiṫ maxim9 horror ⁊ mirabilis pena. Uñ legiṫ q fuit quidam sanctus monachus: qui in ecclesia quēdam demoniacum inueniens coram omnibus demonem adiurauit: vt coram astantibus oibus diceret de eterne pene magnitudine quid sentiret. Cui demon coactus ait. Et quis hoc qd queris verbis exprimere posset: Nam vt de innumeris penis taceam: quas miseri pecca-

torem passuri sunt:tanta solum est pena in visione luciferi:q si possibile esset q corpus haberet:ac in oriente consisterem:totusq mundus arderet:et flammis ecurrentibus plenus esset:potius ab oriente usq ad solis occasum per medium flamme vorantis eligerem pertransire:vt solam luciferi faciem declinarem. Ideo dicitur. Job.20. Uadent et venient super eum horribiles.s.demones. Et nota q in oibus sensib damnati punient. ¶ Primo in visu per demonum aspectu:vt dictum est supra ¶ Scdo in auditu:per lamenta et fletus damnatorum. ¶ Tertio in odoratu:per fetorem etc. Uide sup a.in introitu:in auc.e basilis. ¶ Quarto in gustu: tum propter siccitatem causatam ab igne:propter qd dives epulo petebat refrigerari in lingua.per guttam aque.Luc.16. Tum etiam propter immundissimum liquorem:quo ora damnatorum replebuntur. Tum etiam propter famem et sitim:vt dicitur supra parte iii. In tactu propter ignem. ¶ Septima pena est: scilicet confusio:in inferno autem confusio fit ordo in penis ex parte divine iusticie infere̅tis.que omnia constituit in pondere:numero:et mensura:sed ex parte ipsorum damnatorum nullus ordo est:sed ois confusio. Job.x. Ubi nullus ordo:sed sempiternus horror inhabitat. Et pro intellectu huius nota q quadruplex ordo est datus a deo hoibus. Est enim primus ordo legis divinalis. Secundus e ordo rationis naturalis. Tertius e ordo legis humanalis. Quartus e ordo gratie spiritualis. Et quilibet istorum ordinum est perversus in inferno damnatis.

¶ Primus ergo ordo legis divinalis pervertitur in eis:quia nec diligunt deum:nec honorant:quinimo semper ipsum blasphemant. Apoc.16. Commanducaverunt linguas suas:et blasphemaverunt nomen dei. Tamen et hec blasphemia non demeretur: quia non sunt in statu merendi:nec demerendi: sed potius pertinet ad penam ipsorum vt nota. Tho.22.q.13.ar.4.ad fin. Et vide qd scripsi in sermonibus:de quattuor receptaculis animarum.sermone.xi. Ubi agitur de penis inferni in speciali parte.4.

¶ Secundus ordo rationis naturalis etiam pervertitur in damnatis:quia pater non amat filium:nec econverso. Quinimo in maximo odio se habent. Et hoc est regulare:q quanto fuit intensior amor in hac vita: tanto ibi est intensius odium. Sicut patet in exemplo usurarii cuiusdam de:quo scripsi in predicto sermone:parte.4.

¶ Tertius ordo legis humane etiam pervertitur in damnatis cuius:precepta sunt tria.s.honeste vivere:alium non ledere:ius suum unicuiq tribuere. Insti.de insti.et iure. In prin.et l.iusticia.§.iuris.ff.eo.ti.et in prohemio decretalium. Ibi enim nulla honestas est:imo omnis inhonestas et perversitas. Item ibi ledunt se invicem inquantum possunt:et consequenter non reddunt debitum amorem sibi ipsis:quem quilibet tenetur reddere proximo suo Ro.13. Reddite oibus debita. Et infra Nemini quicq debeatis:nisi vt invicem diligatis. Semper etiam peccare desiderant:et nihil boni meritorii possunt velle:vel operari. qd not Mat.22. Ligatis ma.et pe.mittite eum in te.ex. Per pedes notat volitas per manus vero operatio. Utraq istorum ligat triplici vinculo. Primo ligat vinculo culpe preterite. Unde Virgilius lib.6 Omnia et supremo cum lumine vita reliquit. Non tamen omne malum miseris:nec funditus omnes. Corporee excedunt pestes. Ergo exercentur penis:veterumq malorum. Supplicia expendunt Secundo ligatur vinculo obstinati propositi. Ideo di.Eccles.9. Quodcunq potest facere manus tua:instanter operare:quia nec opus:nec ratio:nec sapientia:nec scia erunt apud inferos:quo tu properas. Tertio vinculo pene:quia semper cupiunt fugere nec possunt. Unde legitur in lib.de psci. In eternum non obtinebunt:nunquam ipsam gratiam habebunt:sicut nec in hac vita habere curaverunt. Eccles xi. Si ceciderit lignum ad austrum:vel ad aquilonem in quocunq loco ceciderit.ibi erit. Item Greg.in dia. Et in decretis.25.di Qualis hic quisq egreditur talis in iudicio presentatur.

¶ Octava pena est luctus. Mat.22. Ibi erit fletus:et stridor dentium. Tho.in 4.di.50 q.2.ar.iii.q.iii. In fletu corporali duo inveniuntur:quorum unum est lachrymarum resolutio. Et quantum ad hoc:fletus corporalis in damnatis esse non potest:quia post diem iudicii quiescente motu primi mobilis: non erit aliqua generatio:et corruptio vel cor

ꝓ̄latione potestas ista attribuit ꝑsone filij. Ratio est:q₂ propria forma iudicij:⁊ ratio ꝑ quam iuste iudicat̃:est lex sapientie ⁊ veritatis:que est in mente iudicantis:q₂ sine ea nullũ iudicare rectum est. Unde dicit̃. Sap.1. Diligite iusticiam:qui iudicatis terram. Et q₂ filius ẽ sapiẽtia genita:⁊ veritas a patre procedens: ⁊ ipsum perfecte repn̄tans:ideo ꝓprie iudiciaria potestas attribuitur filio dei. Propterea legit̃. Jo. 5. Pater omne iudicium dedit filio per modum primarie potestatis.

¶ Scd̃o modo pōt ꝑtinere iudiciaria potestas ꝑ modum delegationis:sicut si princeps faceret aliquẽ iudicẽ delegatũ:immediate ꝑ se. Et hoc modo hec potestas competit xp̄o:s̃m ꝙ homo. Unde Danielis.7. Aspiciebam:donec troni positi sunt:⁊ antiquus dieꝝ.i.deus pater sedit. Et infra. Et ecce in nubibus celi quasi filius hominis veniebat. Et vsq₃ ad antiquũ dieꝝ peruenit:⁊ in cōspectu eius obtulerunt eum: ⁊ dedit ei potestatẽ:⁊ honorem:⁊ regnu₃. Et nota potestatem.s. iudiciariam.ps̄. Deus iudicium tuũ regi da:⁊c̃. honorem.s. pontificale₃.ps̄. Tu es sacerdos.⁊c̃. Apocal.19. Habebat in vestimento suo: ⁊ in femore scriptum Rex regum:⁊c̃. In quo innuitur: ꝙ potestas iudiciaria fuit homini xp̄o delegata:dum dicit̃. Dedit ei potestatem ⁊c̃. Que q̄de₃ potestas licet pertineat ad merum iperium:quod nihil aliud est.ꝗ̄ habere gladij potestatẽ ad animaduertendum in facinorosos hoīes:vt dixit tertius in.l. Imperium.ff.de iur.om.iud. Merum aũt iperium de iure ciuili: delegari nō possit: vt in.l.i.ff.de officio eius cui man. est iu. nihilominus de iure diuino secus est:vt in .c.Ep̄s ne cle.vel mo.lib.6. Et hec q̄dẽ delegatio iudiciarie potestatis facta ẽ adeo conueniens ipsi christo:q̄ncuplici ratione. Prima ꝓpter dignitatem capitis. Christus enim s̃m naturam humanam ẽ caput totius ecclesie:iuxta illud ad Ephe.1. Ip̄m dedit caput sup̄ oẽm ecclesiam:que ẽ corpus eius. Un̄ ⁊ deus oia subiecit sub pedibus eius.ps̄. Omnia subiecisti sub pedibus eius ⁊c̃. Et ideo digne ꝓfectus ẽ xp̄s iudex a deo:q₂ ad iudicem ꝑtinet habere potestatẽ:subditos coercendi. Un̄ Eccli.7. Noli querere fieri iudex:nisi valeas virtute irrũpere iniq̄tates ⁊c̃. Un̄ Jo.v. Sicut eni₃ pater habet ⁊c̃.⁊ potestatẽ dedit. Super quo textu dicit Aug. exponendo potestatẽ:dedit enim non q̄dem ꝓpter ꝯditionẽ nature:q₂ sic oẽs hoīes huius potestatẽ habẽt:sed nec ꝑtinet ad gratiam capitis:quã xp̄s in humana natura accepit. Scd̃a ratio:ꝯuenientie fuit ꝓpter ꝯuenientie affinitatẽ ipsius ad hoīes. Sicut.n. dicit Dionysius. Deus ꝑ causas medias tanꝗ̄ propinquiores effectibus operat̃:⁊ ita iudicat hoīes ꝑ xp̄m hoīem: vt sit suauius iudicium hoīibus. Un̄ dicit ap̄ls. Heb.4. Nō habemus pōtificẽ:q̄ nō possit cōpati infirmitatibus nostris:tentatũ ꝑ oia ꝓ similitudine.absq₃ pctō. Adeamus ergo cũ fiducia ad tronũ gratie eius:sicut ⁊ dn̄s ꝑmisit ter Petrũ negare xp̄m:quẽ tñ ꝓ̄ficere disposuerat ouibus suis:vt ex fragilitate sua:qua₃ ipse in ipso fuit expertus: melius sciret cōpati infirmitatibus subditoꝝ: vt ait Greg. Et in decretis.50.di. Considerandũ. Tertia ratio:q₂ in finali iudicio:vt Aug. dicit sup̄ Jo. Aderit resurrectio corpoꝝ mortuoꝝ:q̄ suscitat de⁹:ꝑ filiũ hoīs:sicut ꝑ eũdẽ xp̄m suscitat aias:inq̄ꝫtũ ẽ fili⁹ dei. Quarta rō ẽ:q₂ sicut Aug. dicit i lib. de ꝟbis dn̄i: Rectũ erat:vt iudicandi viderẽt iudicẽ. Iudicandi.n.erãt boni ⁊ mali restabat:vt in iudicio forma dei bonis solis s̃m hoīem:⁊ malis ostẽderet̃: forma dei bonis solis reseruaret̃. Quinta rō ẽ:ꝑꝑ meritum ipsius xp̄i. Quia enim ꝓ dei iustitia pugnauit ⁊ vicit:⁊ iniuste iudicatus ẽ:⁊ ꝯdẽnat⁹: ideo meruit inq̄ãtũ hō:esse iudex:vt alios iuste iudicet. Un̄ ipse dicit Apoc.iij. Ego vici:⁊ sedi in trono pr̄is mei. In trono aũt itelligit̃ iudiciaria potestas s̃m illud.ps̄. Sedisti sup̄ tronũ:q̄ iudicas iusticiam. Et hec ꝓphetauit. Job.p.ad xp̄m. Causa tua: quasi ipij iudicata ẽ:iudiciũ causamq₃ recipiens. Job.36. Nota iudicata ẽ:glo.a pilato quasi ipij:⁊ peius ꝗ̄ ipij. Quia si latro: vel homicida:acriter capitur nō aliter condemnatur:nisi prius fiat processus ordinarius: datis terminis:⁊ dilationibus ad probandum:⁊ reprobandu₃. Sed christus absq₃ processu in ordine iudiciario condemnatus non defendit se:nō appellauit:

sed tanq̃ agnus coram tondente se obmu
tuit: ꝛ sicut ovis ad occisionem ductus est:
ꝛ nõ aperuit os suũ: sicut predixerat. Isa.
ꝓph.53. ꝛ ꝑ ma Petri.2. Qui quũ maledi
ceretur: nõ maledicebat: quũ pateret: non
cõminabatur. Nec alius appellauit ꝓ eo:
Quis in iure ciuili in causa capitali alius
pro condẽnato possit etiam inuito appella-
re. ff. de appel. l. nõ tm̃. Nota quũ dicit iu-
dicium causamq̃ recipiẽs. Glo. vt iuste iu
dices. Iustũ est. n. vt qui iuste iudicat ab
aliquo illum iudicet. Nota exemplum: qđ
refert. Greg. in. 4. dialog. De Theodorico
imperatore: qui Joannem papã: ꝛ simacũ
patricium iniuste iudicauit: ꝛ occidi fecit: ꝛ
post mortẽ visus est a quodam sancto he
remita in insula liparis habitantem: ab eis
dem quos condẽnauerat: duci: ꝛ proijci in
infernum. Pro quo facit qđ dicit lex ciui
lis: vz vt qđ quisq̃ iuris i aliũ statuit: ipse
eodem iure vtatur. ff q quisq̃ iuris in ru-
bro ꝛ nigro. Unũ prouerbiũ est. Patere le-
gem: quam tu ipse tuleris. Tertio modo
iudicare competit sanctis perfectis: q fue-
runt pauperes voluntarij: ꝛ in statu perfe-
ctionis existentes: sicut fuerunt apostoli: ce
terisq̃ sancti apostoloꝝ vitam perfecte imi
tantes: sicut Dñicus: Frãciscus: Hierony.
Augu. Greg. Martinus: Antonius: Bene-
dictus: ceterisq̃ sancti. Unde dñs. Mat 19.
Amen dico vobis: q vos q reliquistis oia:
ꝛ secuti estis me: in regeneratione quũ se-
derit filius hominis in se. m. s. s. ꝛ vos sup
sedes duodecim: iudicantes. xij. trib⁹ israel.
Nota reliquistis omnia: nõ solum exterio
ra: sed etiam interiora. i. affectum ad bona
tẽporalia: in regeneratiõe. Nota q duplex
est generatio: ꝛ duplex regeneratio. s. aie ꝛ
corporis. Generatio: ẽ p creationẽ ad esse.

Pro declaratione notandũ: q principa-
lis causa: quare deus creauit mundũ: fuit
ꝓpter ostensionem excellentie sue: ꝛ ꝓpter
gloriam suam creaturis ostendẽdam. iuxta
illud. Prouer 16. Uniuersa ꝓpter semetip
sum operatus est dñs. Hoc presupposito no-
tandũ: q deus voluit ostẽdere potẽtiam ꝛ
imutabilitatem suam: q̃ deus est solus in-
uertibilis: ꝛ immutabilis. Malach. iij. Ego
dñs ꝛ nõ mutor: ꝛ in hoc bene dicit maxi
ma potentia dei: q̃ ipse solus est imutabi-
lis: tam omniũ mutationũ q̃ remotionum
in vniuerso: iuxta illud Boetij. Stabilisq̃
manens: das cũcta moueri. Creature ergo
oẽs ex natura sunt mutabiles: quũ sint
pure spũales: sicut sunt ãgeli: q̃ ex nihilo
creati sunt. ita naturaliter ad nihilũ redi-
gentur. Unde ꝛ peccabiles ꝛc̃. Ipsi creati
sunt: ꝛ multi ex eis peccauerunt. Nam ꝛ
in angelis suis reperit prauitatẽ. Job. Ui-
de de hoc qđ scripsi dñica. ij. aduentus
sermone: qui incipit. Scitote qm̃ prope est
regnum dei: pte pma. Sicut ꝛc̃. Creature
imixte ex spiritu ꝛ corpore: sicut homines.
Ro. 8. Uanitati n. idest mutabilitati crea-
tura. s. humana subiecta est. Sol ꝛ astra: q̃
q̃uis sint incorruptibilia naturaliter: quã-
tum ad substantiam: tñ sunt mutabilia:
quantũ ad locũ: ꝛ quantũ ad qualitates
accidentales: sicut ꝛ elementa: iuxta illud.
ps. 102 Initio tu dñe ꝛc̃. Ipsi peribunt ꝛc̃.
Scđa ratio est ꝓpter diuine sapientie ostẽ
sionẽ: que ex malo scit eligere bonũ. Et in
hoc ꝛc̃. ostẽditur diuina bonitas: q̃ vt ait.
Augu. in Enchiridion. Deus ẽ ita bonus:
q nullũ malum sineret fieri: nisi ex eo elice
ret aliquod bonũ. Maius aũt bonum sp̃s
secutum ex hoc: q homo fuit factus pecca
bilis. Nam ꝓpter peccatũ primi hominis
incarnatus fuit filius dei: ꝛ sic de⁹ factus
est homo: ꝛ excellẽtissime magnificata est
natura humana: ꝛ supra naturaꝫ exaltata.
Heb. 2. Nusq̃ enim angelos apprehẽdit:
sed semen Abrae apprehendit. Ideo can-
tat ecclesia in cerei benedictione O felix
culpa: que talem ac tantũ meruit habere
redẽptorem. O certe necessarium Ade pec
catũ: qđ christi morte deletum ẽ. Ex hoc
quantũ ad vtrũq̃ sexũ: sicut pꝫ in christo:
ꝛ virgine matre eius: que exaltata est sup
choros ãgeloꝝ ad celestia regna: qđ ẽ ma
ximum bonũ. Non aũt hoc fuisset: nisi ho
mo fuisset peccabilis. Unde super illud
verbum. i. Thi. i. Christus venit in hunc
mundũ: vt peccatores saluos faceret. Dicit
glo. Nulla causa veniendi fuit christo do-
mino. nisi peccatores saluos facere. De hoc
vide Tho. parte. iij. q. i. ar. iij. Tertia causa
est ꝓpter diuine clementie declarationeꝫ:
que tanta fuit: vt filium suum vellet mori
ꝓpter peccatoꝝ dimissionem. Unũ ecclesia.

...mile vide i... de
...ccatis Ser: 2

O inestimabilis dilectio charitatis:vt ser
uum redimeres filium tradidisti. Itẽ Ro.
.5. Cõmendat aũt deus charitatem suam
in nobis:qm̃ cum inimici essemus reconci
liati sumus deo:ꝓpter mortẽ filij eius. O ñ
ditur etiam scḋo in hoc clemẽtia dei:ꝛ pa
tientia in supportando tot peccata:que co-
tidie in iniuria diuine maiestatis in vniuer
so orbe committuntur. Ro.2. An diuitias
bonitatis eius: an patientie ꝛ longanimi-
tate contẽnis ꝛc̃. Tertio ostenditur diui-
na clementia in ↄuertendo peccatores ad
penitẽtiam: ꝛ eoꝝ peccata misericorditer
remittendo:q̄ est maximũ opus dei. Vñ
super Jo.14. Maiora hoꝝ faciet. Dicit Au
gu.q̄ maius est opus dei: ex impio facere
iustum:q̃ creare celũ ꝛ terram. Et ecclesia
dicit in collecta. Deus qui omnipotẽtiam
tuã:parcẽdo maxime:ꝛ miserando mani-
festas. Quarto ostẽditur diuina clementia
in hoc:q̄ maiorem vtilitatẽ gratia christi
humane nature ↄtulit:q̃ fuit damnũ qḋ
intulit eidẽ peccatuꝫ Ade:sicut ꝓbat Apo
stolus. Ro.5. quia ex peccato Ade infecta
est natura humana quantũ ad peccatum
originale dũtaxat qḋ ex natura ↄtrahit.
Peccata aũt actualia nõ ab ipso ↄtrahi-
mus.sed ex nostra voluntate cõmittuntur.
Sed gratia xp̄i liberauit naturam huma-
nam ab omni peccato originali ꝛ actuali.
Itẽ peccatum Ade fuit causa: per quam
humana natura peccatũ ↄtrahit:sꝫ gratia
est causa nõ solum remissionis peccatorũ:
sed collationis virtutũ ꝛ donoꝝ. Itẽ pec-
catũ Ade fuit tẽporale vsq̄ ad mortẽ chri
sti:quo mortuo liberant̃ omnes q̄ baptizã
tur:sed gratia xp̄i est eterna. Itẽ In plu-
res gratia xp̄i est nata descendere:q̃ cul-
pa Ade:q: si aliquis fieret nõ per viam se
minalem:sed alio modo virtute diuina:si-
cut xp̄s:vel de manu vel de pede vel costa
alicuius hoīs:sicut Eua:nõ ↄtraheret ori
ginalem:ꝛ sic culpa Ade ad istam nõ ex-
tenderetur:sed bene extenderetur ad istaꝫ
gratia dei:ꝛ necessarium esset istam bapti-
zari:tum ꝓpter caracterem baptismalẽ re-
cipiendum:tum ꝓpter p̄ceptum saluatoris
adimplendum. De quo Jo.iij. Nisi quis
renatus fuerit ex aqua ꝛc̃. Ideo dicit apo
stolus. Ro.v. Nõ sicut delictuꝫ ita ꝛ donũ.
Si enim vnius delicto multi mortui sunt:
multo magis gratia dei: ꝛ donum in gra-
tia vnius hominis iesu xp̄i in plures abũ
dauit. Patet ergo quomõ declarata est
ꝛ magnificata maxima clementia dei pro
pter peccatũ hoīs:qḋ nõ ↄtigisset si homo
peccabilis nõ fuisset. Quarta ratio ẽ pro-
pter diuine iusticie cõmẽdationẽ. Justitia
namq̄ diuina ↄsistit in hoc:vt premiet bo-
nos:ꝛ puniat malos. Nullus aũt hõ fuis
set malus:si peccabilis nõ fuisset:imo neq̄
bonus:vt. j. patebit in ꝓxima rõne. Et iõ
ad hoc vt diuina iustitia ostẽderetur in red
ditione premioꝝ:que debentur bonis:ꝛ in
redditione suppliciorꝫ: que debent̃ malis
fuit expediens vt homo peccare posset. Et
hanc rationem tangit Apl's ad Ro.9. Deꝰ
us volens ostendere iram.i.iusticiam suaꝫ:
ꝛ notam facere potẽtiam suam:sustinuit in
multa patientia vasa ire in interitum: vt
ostenderet diuitias glorie sue:in vasa mi-
sericordie:que p̃parauit in gloriã. Quinta
ratio est ꝓpter humane virtutis laudatio
nem:siue exaltationẽ. Que enĩ virtus aut
que laus esset hoīs non peccando:si pecca
re nõ posset:profecto nulla. Sicut nec laus
animalium brutoꝝ:aut auium:aut pisciũ:
q: non peccant:q: carent libertatis arbi-
trii ꝛc̃. Consequenter nõ esset dignus ho-
mo corona glorie:q: vt ait Apl's 2. Thi.
2. Nõ coronabitur:nisi qui legitime certa-
uerit. Laus ergo est ꝛ virtus quãdo habet
ꝛ libertatem ꝛ oportunitatem peccandi: ꝛ
amore virtutis abstinet se a peccato. Vn-
de dicit̃ Eccli.31. Beatus vir qui inuentus
est sine macula:ꝛ.j. Qui potuit trãsgredi:
ꝛ nõ est transgressus mala facere:ꝛ non fe
cit. Et per hoc patet responsio ad primam
rationẽ supra in ↄtrariũ allegatam p̄ quã
arguitur:q̄ competentius finis beatitudi-
nis acquireretur ab homine:si factus fuis-
set impeccabilis:q: hec ratio presupponit
falsum:q: imo competentius finis beatitu
dinis acquiritur a creatura rationali vel
intellectuali:cuꝫ potestate peccandi:q̃ sine
tali potestate p̄ rationẽ iam dictam. Etiaꝫ
aliter responderi potest: sicut patebit. j. ra
tione.vj. Sexta ratio est ꝓpter bonoꝝ ex-
ercitationem.s.vt boni exerceant̃:nõ solũ
per pronitatem ad peccandũ:ꝛ fomitem:

quí in hoíe ē:sed etiā p alios malos hoíes:
ꝛ demones:ꝛ ꝯsequenter bonoꝝ merita et
patiētia: ꝛ victoria augerent̄. Si.n.nō eēnt
mali hoíes:multa merita ꝛ ꝟtutes deessent
bonis:qꝛ vt ait Sene. Marcet sine adver-
sario ꝟtus. Si nō fuissent tyrāni:defuissent
nobis martyres:quoꝝ exēplis ad magnā
ꝯstantiā ꝓuocamur. Et si nō fuissent He-
rodes Pilatus Cayphas Judas: ꝛ ceteri
emuli xp̄i:nō fuisset clarificatus fili⁹ hoís ꝑ
mortē:nec hoīuz gen⁹ redēptū. Et sic d' aliis
martyribus:vt dictū ē. Fuit ergo ꝯueniēs:
vt hō peccabilis fieret:vt possent eē in mū
do homies peccatores: quoꝝ persecutione
bonoꝝ merita augerentur. Vñ Saluator
Mat.v. Beati estis:cū vos maledixerint
hoíes ꝛc̄. Gaudete iterū merces vestra ꝛc̄.
Hanc rōnē firmat Aug. loquēs de casu pri
mi hoís.14.de ciui.d.in fine.c.27. Cuȝ igit̄
sci(r)gt huius futuri casus humani deus nō
esset ignarus:cur eū nō sineret inuidi āgeli
malignitate tentari:nullo modo qdem qd
vincerent̄ incertus:sed nihilominus ꝑscius:
ꝙ ab eius semine adiuto sua gloria:idem
ipse diabolus fuerat sanctoꝝ gloria maiore
vincendus. Septima rō est ꝑpē totius vni-
uersi decorē. Pro cuius declaratiōe notan
dū:ꝙ disparitas partiū cui ꝑtinet ad de-
corē vniuersi:exēplū patet in multis: exem
plū in corpore humano. Quāuis.n.oculus
sit nobilius mēbrum pede:ꝛ sic vnum mē-
brum altero nobilius:aut vilius:tñ oportu
nū fuit pedē in corpore facere:qꝛ si oia mē
bra eēnt oculi:nō posset eē corpus hūanū:
nec sic decoraret̄:ꝛ eēt ornatū:sic ager pul
chrior appet in vere ꝑpē diuersitatē florū:
colorū:odorū:ꝛ figuraꝝ. Vñ dicit Aug.19.
de ci.dei.lib.19.c.13. Ordo est pariū dispa
riumqȝ rerū sua cuiqȝ loca tribuens dispo
sitio: qꝛ vt dicit Apls.2.Thi.2. In magna
domo nō solū sunt vasa aurea ꝛ argētea:
sed etiam lignea:ꝛ fictilia:ꝛ quedam qui-
dem in honorem:quedam in contumeliaȝ:
sic vestis colorum varietate fit pulchrior.
ps. Astitit regina ꝛc̄. Modo ad propositū.
Si homo esset impeccabilis tolleret̄ decor:
ꝛ perfectio vniuersi:ad cuius vniuersi per-
fectionem:fuit necessariū esse quadruplicē
differentiam naturarū habentiū intelle-
ctum. Quedam enim natura:que ꝰm se: ꝛ
de sui natura peccare non potest: sicut est
deus solus. Quedā vero est:que de sui na
tura:peccare quidem potest:sed per gratiaȝ
non:sicut sunt angeli beati:ꝛ anime beate.
Quedā vero ꝛ tertio est:que peccare pōt:
sed potest resurgere a peccato: sicut homo
viator. Quedā que peccare potest:sed nō
potest resurgere:sicut demones:ꝛ anime dā
nate. De qbus dicit̄ Mat.22. Ligatis ma
nibus ꝛ pedibus ꝛc̄. Si igit̄ homo pecca-
re nō posset:deficeret iste decor:ꝛ perfectio
vniuersi:ergo debuit homo apparere pecca
bilis:ꝛ sic idem ꝙ prius. Et per hoc ꝑ; alia
responsio. Ad primam rñsionem est in ꝯtra
rium allegatū:qꝛ sapiens artifex nō tm̄ cō-
siderat quod cōpetat parti edificij ꝰm se
accipere:sed etiam ꝰm proportioneȝ ad to
tum edificium. Et ideo vna pars aliā me
liorem facit. Ita etiam deus vnūquodqȝ
facit in illa proportione ad finem:ꝰm ꝙ cō
petit nature sue in ordine ad totuȝ vniuer
sum:ꝛ sic respondet. Tho. in.2.sen.di.13.q.1.
ar.2.in responsione ad primū articulū ꝛc̄.
Octaua ratio est:propter creaturarum cō-
ditionem. Deus enim sic creaturas adminis
strat:vt ipsas agere ꝓpriis motibus sinat.
Quū ergo naturale homini sit ex libertate
arbitrij agere:debuit hominem arbitrio ꝓ
prio relinquere:propter quod dicit scriptu-
ra. Eccli.15. Deus ab initio constituit homi
nem : ꝛ reliquit eum in manu consilij sui
.i.in libertate arbitrij. Unde dicit Tho. in
.2.sen.di.23.q.1.ar.1. In corpore questionis
ꝙ nulli creature cōicatum est:nec cōicabile
fuit:ꝙ peccare non possit pro cōditione na
ture sue. Hoc cōtingit ex imperfectione di
uine potentie:ꝛ imperfectione creature:que
hoc recipere non potest. Et etiam ex hoc ꝙ
quedam impossibilitas contingeret ex im-
plicatione : contradictorum: ꝰm Tho. Ex
predictis rationibus his patet respōsio:ad
secūdam rationem supra formatam in con
trariū:vbi arguit ꝙ deus videtur esse cau-
sa peccati:cum possit illud prohibere:ꝛ nō
prohibeat:quia deus non potest esse causa
peccati:neqȝ directe:neqȝ indirecte:sicut de
clarat. Tho.1.2.q.79.ar.1.in corpore que-
stionis. Cōtingit tamen ꝙ deus aliquibus
non prebet auxilium ad vitandum pecca-
tum:qd si preberet non peccarent. Sȝ hoc

totum facit fm ordinem sue sapientie: et iu stitie: cum ipse sit sapientia et iustitia. Unde non imputetur ei: quod alius peccat: sicut causa peccati. Sic gubernator non dicitur causa submersionis nauis ex hoc: quod nō gubernat nauem: sicut non subtrahit gubernationem potens et debens gubernare. Deus autem non debuit facere hominem impeccabilem: nec prohibere homines a peccato per rationes superius annotatas. Ex quibus patet: quod conueniens immo necessarium et contradictione anime hominem facere peccabilem. Amen.

¶ De modo iudicij. Sermo .xix.



Enitentiam agite etc. Supra sermone proximo dictum est de iudicantibus seu de iudicibus: qui erunt in iudicio vniuersali: modo sequitur predicare de iudicandis: et de modo iudicij. Salutetur prius virgo Maria etc. Pro introductione sermonis. Nota quod firma conclusio est in sacra theologia: per fidem catholicam approbata: quod duplex est iudicium: particulare: et hoc est occultum. Secundum vero vniuersale: et hoc erit manifestum. Primū est in morte cuiuslibet: quia tunc deus reddet vnicuique iuxta opera sua. De quo iudicio loquitur apostolus. Hebr. 9. Statutum est oibus hoibus semel mori: et post hoc iudiciū. Nota post hoc: quia post mortem redditur equiualens retributio bonis et malis hominibus. Nam in hac vita: nec redditur talis: quare quidē sicut dicit. Eccls. 9. Uniuersa eque veniunt iusto et impio: bono et malo: mūdo et imūdo: imolanti victimas: et sacrificia cōtemnenti. Nec etiam reddi potest in hac vita talis equiualens retributio eius et iustis debeatur merces infinita: et reprobis eterna pena. Unde si daretur iusto pro premio totus mundus nō esset cōdigna retributio. Et ecōtrario si oīs pena corporalis infligeret iniustis nō esset cōdigna pena. Id post mortē datur retributio cōdigna. Id dicit apls: et bi. 3. post hoc iudicium. De hoc etiam iudicio particulari habet. Eccli. iij. Memor esto iudicij mei. Sic enim erit et tuū Mihi heri: et tibi hodie. Scd̄m est iudicium vniuersale. Et hoc erit manifestū i fine mūdi. De quo in hoc sermone deo dante dicemus. Et cōueniēter fuit hoc iudiciū a diuina prudentia ordinatum duplici ratione. Primo quia quilibet hō est singularis quedam psona: et est pars totius humani generis. Ideo et duplex ei iudiciū debet. Unū singulariter: quod de eo fiet post mortē: qn recipiet iuxta ea: que in corpore gessit. Aliud iudiciū dz esse de eo: fm quod est ps totius hūani generis: sicut aliqd iudicari dī fm diuinam iustitiā: et qn iudiciā datur de cōitate: cuius ipse ē pars: vn et tunc fiet iudicium vniuersale totius humani generis p vniuersalē separationē bonorum a malis: et sic qlibet p cōns iudicabit. Scd̄a rō cōueniētie est vt retributio fiat pfecte tam bonis quam malis. Nunc enim solis alabus datur retributio tam bonorum quam malorum. Sed tūc animabus et corporibus: quia dignū est: vt sicut vtrūque operatū est bona vel mala: vtrūque retributionē accipiat. Jo. 5. Uenit hora: i qua oēs q in monumētis sunt: audient vocē filij dei et pcedent q bona fecerunt in resurrectionē vite: q vero mala egerūt: in resurrectionē iudicij. Nec obstat quod dī. Nau. i. Non iudicabit deus bis id ipsum: quia deus non duas penas: quarum quelibet sit sufficiēs p vno peccato infert: sed pena q ante iudiciū cōplete inflicta non fuerat. in vltimo iudicio cōplebit: post quod ipi cruciabūt: quo ad corpus et aiam. Sīr vt no. Tho. in. 4. di. 47. q. i. ar. i. q. i. ad pmū. His igit pssuppositis notādū: quod loquendo de vltimo iudicio vniuersali sex circūstantie interueniūt: que in omni humano iudicio requiruntur.

¶ Primum est temporis intimatio.

¶ Secundum est loci preparatio.

¶ Tertium est partium citatio.

¶ Quartum est personalis comparitio.

¶ Quintum est iudicialis diffinitio.

¶ Sextum est effectualis executio.

¶ Primū ergo est tpis intimatio. In iudicio nāque hūano iudex assignat tēpus parti b' dicēs. Tali die iudex tenebit iudiciū: et pferet sniam etc. Sic xps faciet nobis: nō qdē quod dicat nobis diez determinatū etc. quia hoc reseruatur inter archana dei. Unū xps nec aplis voluit reuelare. Act. i.

Nõ est vestrum nosce tempora vel momenta: que pater posuit in sua potestate zc. Et dictum est supra sermone. viij. Sed dedit nobis dominus quedam signa: quibus cognoscere valeamus tempus proximum iudicij. Et ponit dominus sex signa. Luc. 21. Erunt signa in sole: z luna: z stellis: z in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris: z fluctuum: arescentibus pre timore z expectatione: que superuenient vniuerso orbi. ¶ Primum signum igitur est: qz sol obscurabit quantum ad sui luminis priuationem: vt paterfamilias hominis morientis: quasi longum videat: vnde fiet sol niger tanqz saccus cilicinus: sicut dicit Jo. Apoc. vj. z Mat. xij. sol obscurabitur. ¶ Secundum signum erit in luna: qz vt dicitur Mat. 24. Luna nõ dabit lumen suum. Et Joel. 2. Sol conuertetur in tenebras: z luna in sanguinem anteqz veniat dies dñi magnus z horribilis. Jdẽ Apoc. 2. Luna facta est: sicut sanguis. Habebit ergo luna colorem sanguineũ in signum vltionis diuine: contra sanguinez peccatorum: qz sanguis in scriptura dicit peccatũ. ps. Libera me de sanguinibus zc. ¶ Tertiũ signum ẽ in stellis. Nam stelle cadent de celo: vt dicit Mat. 24. z Apoc. 2. apparebũt cadere. Celũ dicit hic aereũ: z stelle vocant' estus: que habẽt similitudinẽ stellarum: z dicuntur stelle cadere de celo: sm vulgi opinionem: qm subito descendũt. Ubi scriptura conformat se cõmuni modo loquendi. Sic z sm ius ciuile verba sunt intelligenda sm cõmunem vsum loquẽdi. ff. de fundo instruc. l. cuz de lanionis. §. asinam. Tunc aũt fiet maxime talis impressio: qz ignea qualitas abũdabit. Et hec faciet dñs ad terrorem peccatorum. ¶ Quartũ signum ẽ: cum dicit: z in terris pressura gentium. Nam vt dicit Mat. 24. Erit tunc tribulatio talis: qualis nunqz fuit ab initio mundi: neqz fiet zc. Et h tribulatio cõtinget ex persecutione maledicti antichristi: qualis ante confusio. ¶ Quintũ signuz erit confusio maris dum dicit pre confusione: z fluc. e. ir dicet. j. ¶ Sextum signum erit: qz arescent homines pre timore z expectatione: que superuenient vniuerso orbi. Quid autem sit ille timor: z expectatio propter quod arescent hoĩes declarat Hieronymus: qui refert se inuenisse in annalibus hebreorũ quindecim signa precedẽtia iudicij: que fient in quindecim diebus: sed nõ expressit vtrũ continẽtia futura sint an interpollatim. ¶ Prima die ergo eriget se mare quadraginta cubitis supra altitudinem: montiuz stans in loco suo: quasi murus. ¶ Secũda die tantum descendet: vt vix possit videri. ¶ Tertia marine belue apparentes super mare dabunt rugitus vsqz ad celũ: z earũ mugitus solus deus intelliget. ¶ Quarta ardebit mare z aqua. ¶ Quinta arbores: z herbe dabunt rorẽ sanguineum. In hac etiam quinta die dicunt: vt alij asserunt: qz omnia volatilia celi congregabunt' in campis vnũquodqz genus in ordine suo: non gustantia: nec bibentia: sed vicinum aduentum formidantia. ¶ Sexta die ruent edificia: in hac etiam sexta die vt dicitur: flumina ignea surgent ab occasu solis contra faciem firmamenti: vsqz ad ortum concurrentia. ¶ Septima die petre ad inuicẽ collidentur: z in quattuor partes scindentur: z vna queqz pars: vt dicit collidet aliaz: z nõ sciet homo sonuz illum: sed tm̃ deus. ¶ Octaua die fiet generalis motus. ps. Terra tremuit: z quieuit cum exurgeret in iudicio deus. Qui terremotus adeo erit magnus vt dicit: qz nullus homo nullumqz animal stare poterit: sed ad sonum oĩa prosternentur. ¶ Nona die equaliter terra: z omnes montes in puluerem redigentur. ps. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini a facie dñi omnis terra. ¶ Decima surgent ossa mortuorũ: z stabunt super sepulchra: z sepulchra ab ortu solis vsqz ad occasum aperient': vt inde mortui exire valeant. ¶ Undecima cadent stelle. Omnia enim sidera errantia: z stationaria spergẽt ex se comas igneas: z interim noue generabuntur a dño. ¶ Duodecima die dicit: qz omnia animalia venient ad campos mugientia: nõ gustantia neqz bibẽtia. ¶ Terciadecima morientur viuentes: vt cũ mortuis resurgant. ¶ Quartadecima ardebit celum z terra. ¶ Quintadecima fiet celuz nouum: z terra noua: iuxta illud. Isa. 65. Ecce ego creo celos nouos: z terram no-

uam. Primum enim celum.i. ipsa terra
abijt: et mare iam non est. Item Apoc.21.
Uidi celum nouum et terram nouam Pri
mum enim celum ipsa terra abijt: et mare
et iam non est: et resurgent omnes. Predi-
cta signa ponuntur in legenda aduentus
dn̄i. Hoc vltimū signum quomodo intelli-
gatur: vide quod scripsi dn̄ica scd̄a aduē
tus dn̄i: sermone: qui incipit. Celum et ter-
ra transibunt. ¶ Secūdum est loci prepa-
ratio. Circa quā preparationem duo sunt
attendenda. Primum est qđ locus sit cō
munis. Scd̄m q̄ sit mundus. ¶ Quantū
ad primum: q2 debet esse locus cōis.i. con
uenies iudicandis: ideo locus iudicij erit
in terra: q2 celum et infernus nō sunt loca
cōia: q2 celum non conuenit damnatis: nec
infernus beatis: ideo fiet in terra: que est
locus cōmunis. Auctoritas. Isa. 73. Ecce
dies veniūt dicit dominus: et suscitabo Da
uid germen iustum: et regnabit rex et sa.c.
fa.iudi. et iustitiam in terra. Nō suscitabo:
q2 nunc videt xp̄s dormire: q2 non punit
peccata. Sed tūc euigilabit. ps. Excitatus
est tanq̄ dormiens dn̄s: tanq̄ potens cra
palatus a vino: vbi dicit Glo. Resurgens
dn̄s a mortuis tanq̄ vino passionis crapu
latus percussit inimicos in posteriora cum
ab ipso in iudicio punientur extremo. Si
autem queratur in qua parte terre fiet iu
dicium dic q̄ in valle Iosaphat: iuxta illđ
Iohelis.iij. In diebus illis: et in tempore
illo cum cōuertero captiuitatem Iuda: et
hierusalem: cōgregabo omnes gentes: et de
ducam eos in valle Iosaphat: et disceptā-
bo ibi cum eis. Si aūt querit quō tot mi-
lia hoīum poterunt stare in illa valle tam
parua. Rū.fm Pe.de palu.l.4.di. 48.q.i.
Qđ dn̄s descēdet super vallem iosaphat:
nō quidem super terram: sed vt prope ter-
ram: sed vsq3 ad locum vbi amiserunt apo
stoli aspectum eius: qñ ascendit in celum:
et nubes suscepit eū: ab oculis eoꝝ. Act.i.
Boni aūt et electi non erunt intra illum
locum vallis iosaphat: sed rapient obuiam
christo in aera iuxta illud Apli.i. Thessa.
4. Mortui q in christo sunt resurgent pri
mi: deinde nos: qui viuimus: qui relinqui-
mur: qui residui sumus simul rapiemur:
cum illis in nubibus obuiam xp̄o in aera:
Et sic semper cum dn̄o erimus. Nota ma
gnum honorem. Si aliquis electus esset
in terra: cui christus diceret ascendas
huc et c̄. Mali vero et reprobi in terra seri-
bentur: et manebunt circa loca illa in re-
gione circūquaq3: vbi xp̄m: et electos vide
re poterunt. Tum ratione altitudinis. tum
ratiōe claritatis: iuxta illud Zacharie. Ui-
derunt in quem transfixerunt: vel per hoc:
q2 cōpressi stabunt in eodē loco simul: vel
per hoc: q2 ad quācūq3 distantiā virtute
diuina ad singulorum oculos spēs corpo-
ris xp̄i deferētur: siue supra mare stent deo
sustentante: siue compressi vt dictum est.
¶ Scd̄o attendendum est: q̄ locus iudicij
sit mundus: q2 alias rex: vel iudex non di-
gnaretur illuc venire. Da similitudinem de
loco: in quo habitassent bestie: sicut est sta-
bulum: si in illo debet fieri iudicium: vel
deberet fieri in eo concilium generale: de-
beret prius mundari et c̄. Sic in proposito
mundus iste est plenus inmunditijs: et feto-
re: eo quod habitant in eo iumenta: et be
stie i. peccatores: qui bestie possunt dici: et
deteriores bestijs: vt dictū est supra eodē
declinat aurē suā ne audiat legē: oīo eī⁹ erit execrabilis. Iō oꝫ oīo fieri cū sinceritate con scie saltē q̄tum ad ꝓpositū de futuro ⁊ tūc exaudibilis est. Iō dicit Jo. Carissimi si cor nr̄m nō reꝑhēdit nos fiduciam hēmus ad deū vt quod petierimus accipiemus ab ip so. i. Jo. 3. Figura hētur de Judith. de qua legit̄ q̄ prius se lauabat. ⁊ sic ascēdebat ad adorādū deū Judith. 12. Unde Tre. 3. Leue mus corda nr̄a cū manib⁹ nr̄is ad deum. Greg. Cū manib⁹ cor ad deū leuat q̄ oīoēꝫ suā opib⁹ roborat. ¶ Sed circa h̄ q̄ro nun qd deus exaudiat oīones pctōꝝ: R̄c⁹. fm Tho. 2. 2. q. 83. ar. 16. Aut oīo pctōꝝ ꝓcedit ex bono desiderio nature ⁊ tūc ex vi iustitie quē non meret̄ pctōr exaudiri: q2 et panem quē comedit nō meret̄: vt dicit Aug⁹. q2 cū ipse pctōr nō audiat deū precipientem di gnū est: vt deus nō audiat pctōreꝫ depre cantē: iuxta illud Prouer. 28. Qui auertit aurē suā ⁊c̄. Ut supra ⁊ Isa. 1. Cū multiplicaue ritis oīones vr̄as nō exaudiā: manus enī vestre sanguine plene sunt. ⁊ ex hac ratione nec oīones a viro iusto facte per pctōre me rent̄ exaudiri: iuxta illū Jere. 7. Tu quoq̄ noli orare ꝑ populo h̄. nec assumas ꝑ eis laudē ⁊ oīonem ⁊ nō assistas mihi: q2 non exaudiā te. Item Jere. 15. Si steterit Moy ses ⁊ Samuel corā me nō est aīa mea ad ppl'm istum: sed ex misericordia deus q̄nq̄ exaudit oīones pctōꝝ sicut pꝫ in publica no: vt supra dictū est in debitore decē mi liū talētoꝝ eū petēte. Patiētiā habe in me ⁊ oīa reddā tibi. Dimissū est tn̄ debitū. si cut legit̄ Mat. 18. Unde sup illud v̄bū Jo. 9. Scimus q2 pctōres deus nō exaudit: di cit Aug⁹. Illud v̄bum est ceci adhuc inuen ti. i. nōdū plenē illūinati: ⁊ iō nō ē ratū quā uis possit verificari si intelligat̄ de pctōre quantū est pctōr: p quē modū oīo eius dī execrabilis vt dictū est. ¶ Aut oīo pctōris ꝓcedit ex malo desiderio: ⁊ tūc oīoē eius nō exaudit̄ ex misericordia dei: q2 vt dī. 2. Macha. 6. Et n. nō sine multo tpe pctōrib⁹ ex snīa agere: sed statim vltionē adhibere magni bn̄ficij est indiciū. Sed q̄nq̄ exaudi tur ad vindictā. dum deus ꝑmittit pctōreꝫ adhuc ⁊ ruere in pctā. vt maiorē cumulūꝫ dānationis acgrat: iuxta illud Apoc. vlti. Qui in sordib⁹ est sordescit adhuc. Sicut facit medicus īfirmo q̄ donec est ī spe cura tionis denegat sibi nociua ⁊ cōcedit ꝓficua sed postq̄ꝫ desꝑatus est ꝯcedit sibi q̄cūq̄ petit. Sic facit deus pctōri ⁊c̄. Exēpliū hē mus in scriptura sacra: de filijs israel peten tibus carnes. in deserto Numeri. 11. Et de⁹ exaudiuit eos in dānū ipsoꝝ. Unde ps. 77. Mādncauerūt ⁊ saturati sunt nimis: ⁊ de sideriū eoꝝ attulit eis nō sunt fraudati ⁊c̄. vsq̄ electos israel ipediuit. Ac talē facit exē plū de. btō Amb. Qui itinerās vidit hospi tē suū abūdātē ⁊ affluentē mūdana ꝓsꝑi tate ⁊c̄. Iō Aug⁹ Dicit q̄ deus q̄dā negat ꝓpicius. q̄ cōcedit iratus. ¶ Hec prīa con ditio notat̄ in oīone dn̄ica. i. ū dicimus pat nr̄: ergo nos sumus filij. nullus aūt est filius dei ꝑ adoptionē nisi grā mediāte: q̄ cū pctō nō stat: ⁊ iō p h̄ notat̄ q̄ oīo dꝫ fieri ab eo q̄ est in grā ꝯstitutus. ¶ Scdo oīo dꝫ fieri vtiliter q2 dēmus petere vtilia nobis non nociua. Ibi distinguēdū est: q2 aut petimus tpalia bona: aut spūalia. si tpalia bona: pu ta sciam. sanitatē. diuitias. honores. ⁊ offi cia ⁊c̄. hmōi tūc nō simplr sed sub ꝯditione p̄tere debemus: si nostre saluti cōueniant: quia talia tpalia debent ordinari ad finem spiritualium: quādoq̄ enim credimus tem poralia bona esse vtilia que tamē sunt dā nosa sicut contingit infirmo. Unde Augu. in lib. snīaꝝ prosperi: dicit q̄ orans quan doq̄ misericorditer auditur: ⁊ quādoq̄ mi sericorditer nō auditur: qd enī infirmo sit vtile magis nouit medicus: q̄ꝫ egrotus. Et Ualerius lib. 7. c. 2. Dicit: q̄ sepe votis ex petimus: quod non impetrasse melius fo ret. Et ponit exemplū dī. diuitias. appetis que multis fuerunt exitio: honores concu piscis qui quas plurimos pessundederunt. Regna tecū ipse voluis quoꝝ exitus sepe numero miserabiles cernuntur: splendidis coniugijs manus inijcis at h̄ vt aliq̄n illu strāt: ita funditus nō nūq̄ꝫ domos euertūt. Suadet ergo celesti arbitrio nos submitti. Hoc docuit nos dn̄s exēplo suo: qū orās q̄ trāsferret̄ ab eo cal. x ⁊c̄. Subiūxit ve rūtn̄ non mea volūtas sed tua fiat. Unde super illud Jo. 16. Si quid petieritis patrē in noīe meo dabit vobis: dicit Glo. Bede. Illos solū in noīe saluatoris petere qui ea que ad perpetuā salutem pertinēt petunt.

¶ Aut petimus spūalia: ꝛ tunc siqdē sunt necessaria ad salutē simpliciter possumus ꝛ debemus illa petere. sicut est remissio peccatoꝝ: gratia ꝛ virtutes: ꝛ ista petitio hꝫ efficatiā magnā in ꝯuentu dei: vt nō solum spūalia hmōi petita: sed etiā tpalia nō petita ꝯcedant. sicut pꝫ exēplum in Salomōe q petijt a deo sapiētiam necessariā ad populū illum cui ꝑerat regendū: ꝛ deus illi qd petijt ꝯcessit ꝛ diuitias ꝛ gloriam. Vñ dī.3 Re.3. Placuit fmo coram dño: q Salomon rem huiuscemodi postulasset. Et dixit ad Salomonē: qꝛ postulasti verbū h ꝛ nō petisti tibi dies multos nec diuitias aut aīas inimicoꝝ tuoꝝ sed postulasti tibi sapientiā ad discernēdum iudiciū. Ecce feci tibi fm sermones tuos: ꝛ dedi tibi cor sapiēs ꝛ intelligens: in tm̄ vt nullus ante te similis tui fuerit nec post te surrecturus sit: sꝫ hec q̄ nō postulasti dedi tibi; diuitias. s. ꝛ gloriā vt nemo fuerit similis tui in regibus cūctis retro diebus. ¶ Si vero spūalia bona sunt talia que nō sunt necessaria ad salutē: puta gratia pphīe ꝛ miraculoꝝ ꝛ discrepatio linguaꝝ ꝛ cetere gratie gratis date: quas enumerat aps̄. 1. Cor. 12. Et tunc talia sub ꝯditione debemus petere: vt si nostre sint saluti proficua: qꝛ qnq₃ non sunt proficua. Nam ex eis qnq₃ intumescit aīus in ruinā sui: ꝛ similis est his petitio q homo nō temptetur: qꝛ qnq₃ imo vt plurimū salutiferū est temptari: Quis ergo debeamus petere vt a tētatione nō superemur: qꝛ tentari sepe pficit ad salutem: ꝛ nō tentari esset occasio dānationis sue: exēplum in aplo qui de se scribens ait ne magnitudo reuela. ex. me. da. est mihi sti. car. mee ange. sata. qui me. p pter qd ter. do. rogaui vt di. a. me. ꝛ dix mi. suf. tibi gra. mea. Nam vir in infir. pficit. 1. Cor. 12. Ubi dicit Glo. q si Paulus hac tētatione nō fuisset pbatus: inter dānatos sortem haberet. ¶ Hāc etiā ꝯditionē hꝫ h oratio dñica: qꝛ qcquid in ea petit vtile nobis est. ¶ Tertio dꝫ fieri oratio ꝯfidenter Jacobi. 1. Postulet aūt in fide nihil hesitans. q enim hesitat similis ē fluctui maris q a vento mouet; ꝛ circūfertur. Et Mat. 6. Quicqd orantes petitis credite: qꝛ accipietis: ꝛ fiet vobis. Ad hanc aūt fiduciā hn̄dā ꝓuocat nosipsemet dñs d. Luc. 11 Quis aūt ex vobis patrē petit panē nunqd lapidē dabit illi: Aut piscem nunqd p pisce serpētem dabit illi: aut si petierit ouū nūqd porriget ei scorpionem: Si ergo vos cū sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: quāto magis pater vester de celo dabit vobis spūm bonū petētibus se. Nota q̄ q̄ miserabilis est homo qui nō confidit de deo: cū ꝯfidat de vno iudeo si hꝫ instrumētum ab eo ꝛc. Dic pratice vt expedit.

¶ Hāc aūt ꝯditionē hꝫ in se ista oīo. Nā vt cum magna fiducia oremus ꝑmittitur pater noster. Quis enim est filius q nō ꝯfidat de patre qñ indiget vestimēto vel cibo vel aliqua re necessaria: qꝛ pater thesaurizat filio ꝛc. idem ps. Quēadmodū miseretur pater filioꝝ misertus ē dñs timētibus se: qm̄ ipse cognouit figmētum nostrū ꝛc. Ideo Heb. 4. Adeamus cum fiducia ad tronū grē: vt misricor: diā ꝯsequamur: ꝛ gratiam inueniamus i auxilio oportuno. Alia etiā rō nos inducit vt cū fiducia oremus: qꝛ ipse ad quē ptinet exaudire vna cū patre ꝛ spū scō est aduocatus noster. 1. Jo. 2. Filioli mei h scribo vobis vt nō peccetis: sꝫ ꝛ siqs peccauerit aduocatū habemus apd patrē iesum xpm: ꝛ ipse est ppiciatio pro peccatis nostris. Ber. Magnā fiduciā habemus ad deū: vbi mater ante filiū: filius ante patrem: mater ostendit filio pectus ꝛ vbera filius ostēdit patri latus ꝛ vulnera. nulla ergo poterit ibi eē repulsa: vbi tot cōcurrunt charitatis insignia. ¶ Est tertia rō inducens nos ad ꝯfidētiam dī: qꝛ ipsemet deus ꝓuocat nos ad orandū: ꝛ pmittit exauditionē Luc. 11. Petite ꝛ accipietis querite ꝛ inuenietis pulsate ꝛ aperiet vobis. ¶ Est ꝛ quarta rō: qꝛ ipse dictauit nobis orationē dñicam ꝛ sic instruxit nos orare. sicut opꝫ: qꝛ als nesciremus: Ro: 8. Nā quid oremus sicut opꝫ nescimus. Nota similitudinē: si rex doceret nos quō ab eo deberem⁹ aliquā grām postulare ꝛc. ¶ Quarto debꝫ fieri oratio ardēter siue deuote: qꝛ deuota ꝛ ardēs petitio: est clamor altus ad aures dei: qꝛ vt dī. 1. Re. 16. Homo videt ea que patēt. deus aūt intuetur cor: ꝛ ipse deus rñ dit clamauit ad me ꝛ ego exaudiam eū ꝛc. ¶ Sic orabat Moyses cui deus nō loquebatur ore: qꝛ tñ ardenter desiderabat: dixit

populi liberationem. r̄ndit d̄ns: q̄d clamas
ad me Exo.14. Dicit glo. ꝙ desideriū Moysi
erat clamor in aurib⁹ dei: ⁊ obtinuit ꝙ ma
re diuideret: ⁊ filij israel ꝑ medium maris
trāsirent liberati. ¶ Sic de Anna dicit: ꝙ
loquebatur in corde suo. i. Re. i. Additur tn̄
q̄nq̄ꝫ vox ad orōnem. vt dicitur supra ser-
mone ꝓmo pte. 3. Hanc aūt conditionē
hꝫ ista ratio. tum q: in ipsū sermonis fuit a
xp̄o dictata. tum q: orō ista breuis est. Nā
q: plerūq̄ꝫ deuotio ꝓpter orōnis ꝑlixitatē
excluditur: ideo d̄ns supfluam ꝑlixitatem
orationis docuit vitare. d. ¶ Orantes aūt no-
lite multum loq̄. etiā Aug⁹ dicit ad ꝓbam.
Absit ab oratione multa locutio. sed nō de-
sit multa precatio: si feruens ꝑseueret inten
tio: ⁊ ideo d̄ns hāc orōnem breuē fecit. Cō
surgit etiā deuotio ex charitate q̄ est amor
dei ⁊ ꝓximi quoꝝ vtrūq̄ꝫ in hac oratione
ostendit. Nam ad insinuādū diuinū amo
rem: vocamus eum pr̄em. Ad insinuādum
aūt amorē ꝓximi cōiter pro oīb⁹ oramus
nō aūt pro singulis. Non. n. dicimus pater
meus: nec panē meū quotidianū da mihi
hodie. nec dicim⁹ ⁊ dimitte mihi debita mea
⁊ ne me inducas i tētationē: nec sed libera
me a malo: sed pro oīb⁹ cōiter. Unde Cy
prianus deus pacis ⁊ cōcordie magr̄ q̄ do
cuit vnitatē sic orare vnuꝫ ꝓ oīb⁹ voluit:
quō in vno oēs ipse portauit ⁊c̄. Sic fece-
runt illi tres pueri positi in camino ignis:
de qb⁹ dicit̄ sunt illi tres. quasi ex vno ore
laudabāt ⁊ b̄ndicebant deum Dan. 3. Sic
de ap̄lis legit̄ ꝙ erant ꝑseuerātes oēs vna
nimiter in orōne cum mulieribus ⁊ Maria
mr̄e Jesu Actu. 2. ¶ Et hac rōne debꝫ esse
oratio attenta. Si. n. deuota ergo attenta.
Unde Aug⁹. in regula. ps. ⁊ hymnis cum
oratis deū. hoc versetur in corde: q̄d ꝓfertur
in ore. Itē Cyprian⁹: nil aliud cogitet aīus
q̄ illud solūꝫ q̄d p̄cat̄ de cōse. di. i. q̄n aūt.
¶ Dicūt. n. theologi: ꝙ nō reqrit̄ ꝙ attentio
semꝑ maneat in orōne ꝑ actus eius: q: hoc
videt̄ īpossibile. ps. 39. Cor meum dereliq̄t
me: sed satis est ꝙ maneat ꝑ virtutē: q̄d est
q̄n cum bona intentione q̄s ad orōnem ac
cedit quāuis in ꝓsecutione mens nō ex pro
posito ad alia rapiatur. tunc. n. semꝑ p̄me
intentionis. uis ꝑmanet: nisi tanta sit eua-
gatio ꝙ attentio oīo deperat. ¶ Quinto dꝫ

oratio fieri humiliter. s. corde ⁊ corp̄e. Exem
plum de pharisco ⁊ publicano Luc. 18. Iō
dicit scriptura oratio humiliantis se nubes
penetrat: ⁊ nō discedet donec altissimus re
spiciat Eccli. 35. ps. Respexit in oratiōe hu
milium: ⁊ nō spreuit preces eoꝝ. Ecōtra su
ꝑbus q̄si orat deum reputat deū teneri sibi
ad exaudiēdum: ⁊ ideo si nō exaudit̄ indi-
gnat̄: ⁊ q: supbus plenus est nō capit grām
dei. Exēplūꝫ de Antiocho supbo de quo di-
citur. 2. Mach. 9. Orabat aūt hic scelestus
d̄nm a quo nō esset misericordiā cōsequu-
turus. Itē exēplum de Alexā dro magno.
querente quō posset habere sapiam: cui re-
spondit Didimus ph̄us. Deus cum sit lar-
gissimus paratus est dare tibi sapiam: sed tu
nō habes vbi teneas cū supbia plenus sis.
Ideo Judith. 9. Supbi ab initio nō placue
runt tibi sed humiliū ⁊ māsuetoꝝ tibi semꝑ
placuit deprecatio. Item Jaco. 4. Deus su
ꝑbis resistit humilibus aūt dat gratiam.
¶ Debet etiā esse humilitas in corp̄e genu
flectēdo: vel ꝓsternēdo: vel incuruādo non
q̄dē refectionis sed deuotionis obtentu. vt
dicit Jo. cassianus in colationib⁹ ꝑrūꝫ: ⁊ ha
ēt. 8. q. i. sciendū. ¶ Hāc ergo ꝯditionē hꝫ
oratio d̄nica. nā in eo ꝙ petimus dimitti
nobis debita nr̄a cō ītemur peccāres ⁊ indi
gere grā dei: ⁊ ideo in hoc appet hūilitas:
q: iustus in principio accusator est sui.
¶ Sexto dꝫ fieri orō prudenter: prudentia
ꝯsistit in duobus. Primo q̄ cē vt ordinate
petat̄: sicut desideriū nr̄m dꝫ esse ordinatū:
q̄a oratio est desiderij interpres: est aūt hic
ordo debitus: vt spūalia carnalib⁹: celestia
terrenis desiderādo ⁊ orādo ꝓferamus: sm̄
illud Mat. 6. Primū q̄rite regnum dei: ⁊ h̄
oīa adijcient̄ vobis. ¶ Hec d̄ns in hac
orōne docuit obseruare: in qua prius petū
tur celestia: ⁊ postmodum terrena. Scd̄o
prudentia petitionis ꝯsistit in hoc vt petat̄
merces ab eo. q̄ meretur: alioq̄n digna esset
repulsione oratio huius. q̄a vt dicit Greg.
Cum is qui displicet ad intercedendū mit
titur irati aīus: ad deteriora ꝓuocat̄. 49.
di. in prin. ideo repulsa fuit petitio filiorum
Zebedei q̄bus dictum fuit: nescitis q̄d pe-
tatis ⁊c̄. Mat. 20. Similiter fuit expulsus
diabolus d̄ celo: qui prius appetijt ascēdere
re laborari ⁊ nō ꝓmisso merito appetijt ꝓ-

miam qui dixit in corde suo in celum ascendam super astra celi et exaltabo soliũ meum sedebo in monte testamenti. Ideo subdit: quõ cecidisti lucifer etc. Isa. 14. ¶ Hanc conditionem habet hec oratio: quia antequam petamus adueniat regnum tuum permittit sanctificetur nomen tuũ: quod exponitur vno modo .i. illud nomen sanctũ tuum quod sortiti sumus per regenerationẽ spũalez fiat et appareat sanctum in nobis vt et nos iuxta modulum nrm sancti simus et per hanc sanctificationem acquirimus meritum: per quod digni simus pmio regni dei. ¶ Septimo oratio debet fieri perseueranter Luc. 18. Oportet semp orare et non deficere. i. The. 5. Sine intermissione orate quod qualiter fieri debeat: docet nos dñs Luc. xi. Quis vrm habebit amicũ et ibit ad illũ media nocte etc. Dic totam parabolam: et declara. Exẽplum habemus in Cananea Mat. 15. Figura habetur de aplis excitantibus deum dormiẽtem in nauicula que periclitabatur fluctibus et excitatus imperauit ventis et mari et facta est tranquillitas magna etc. Mat. 8. Sic quando sumus in nocte tribulationis iactati tempestati tentationum: in hoc mari magno et amarissimo huius mũdi. Ps. Hoc mare magnum et spatiosum manibus etc. Clamamus qñq3 ad deum et ipse dormire dicitur: cum non cito eripit nos: igitur excitemus eum orationibus nostris importunis dicentes ei. Exurge q̃re obdormis dñe exurge et ne repellas in finem Ps. 42. Salua nos dñe pimus: et sic igitur excitatus liberabit vos. Ps. Clamauit ad me et ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione eripiam eum et glorificabo eum: ipse etiã exortat, nos ad hoc dicens: Imola deo sacrificiũ laudis et redde altissimo vota tua et inuoca me in die tribulationis: eruam te et honorificabis me. Ps. 49. Et hec conditio denotatur in oratione dominica: cum dicitur panem nostrum quottidianum: da nobis hodie: per quod datur nobis intelligi quod quottidie debemus hanc orationem dicere et cõsequenter: quod perseueranter debemus orare. Deo Gratias. Amen.

¶ De orationis vtilitate in generali.
Sermo. 5.



Circa tertium articulum. vz. de orationis vtilitate occurrit duplex cõsideratio. Primo. n. videbimus de orationis vtilitate in generali. Scdo in spali. Circa primum not. quod oratio habet quattuor principales effectus: oratio nanq3.

¶ Primo est meritorum accumulatiua.
¶ Scdo est debitorum satisfactiua.
¶ Tertio est mestorum consolatiua.
¶ Quarto est petitorum impetratiua.

¶ Primus effectus etc. Oratio. n. meritoria est. Et rõ est: quia ois actus virtutis si fiat ex charitate meritorius est. adhibitis debitis circũstantijs: sed orõ est huius. ergo etc. Pro declaratione maioris. Nota quod tria requiruntur: ad hoc. Primo ex parte actus. s. quod sit de genere bonorum actuũ. Nam si esset de genere malorum nõ esset meritorius: quia Mala sm se nunq̃ psit fieri bene: et ideo nunq̃ sunt faciẽda etiã propter bonũ: vt in. c. Et si xpõs de fur. furan. Sicut adulterium furtum et huius. Et si dicas. quod pp cõseruandam vitam ppriam vel alienãi n casu extreme necessitatis. licitum est aliena cape etiã inuito dño: dicendum est quod tunc nõ est furtũ: quia in tali casu nõ est res aliena: quia in necessitate oia sunt coia. 47. di. Sicut hijs de cõse. di. 5. Discipulos de furtis: si quis pp necessitatem: vbi vide qõez quã ibi glo. fac. Potius. n. homo debet oia mala pati: q̃ peccati facere et pctõ cõsentire 32. q. 5. Ita ne. et de eo. quod me. ca. Sacris: nec debent talia mala fieri etiã pro euitando maiori malo: ideo culpatur Loth: qui voluit filias pstituere: p euitando vitio. Nephãdo. 14. d. quod ait. Unde nõ excusant a mortali pctõ: illi q pro salute ppria vel aliena spũali vel corpali piurant: vel fornicantur: vel vsuras faciũt: quia nemo adducendus est ad salutẽ opitulãte mẽdatio. 22. q. 2 primum et c. Faciat. ¶ Scdo requirit ex pte operantis. quod. s. sit in statu merẽdi. i. quod sit in charitate: que est radix oium meritorum. de pe. di. 2. charitas de regulari lz i fi. vbi dicit quod charitas est fons ppus cui nõ cõicat alienus: vnde sine charitate nullum meritũ acqri põt. i. Cor. 13. Si linguis hoium loquar et angelorum: charitatẽ aũt nõ habero

nihil sum:vel factus sum velut os sonans: aut cymbalū tīniēs rē. ¶ Tertio reqrit ex pte intētionis opantis vt ad finē debitum opet:q2 pversa intētio totū corrūpit opus bonū Mat.6. Si oculus fuerit simplex totū corpus tuū lucidum erit:si aūt nequā fuerit totū corpus tuū tenebrosum erit rē. Igitur si h tria cōcurrāt in oīoe:certū est.q est meritoria:quādius primū fit i oīone:q2 oīo est actus ꝟtutis vel charitatis vel obediētie vel latrie:iō.ps. Et ō mea in sinu meo cōuertet. ¶ Scđs effectus oīonis est:q2 est satisfactiua:est.n.penalis ꝛ afflictiua ꝫ se: frequens.n.meditatio est carnis afflictio. Unde Jacob em orauit Geñ.32. Et Daniel clāguit.Dañ.x. Lʒ sit mēti delectabilis si fiat deuote.satisfactio aūt duos effectus hꝫ. Primo q2 recōpensat ꝓ culpa preterita. Scđo q2 pseruat a futura. Unde ꝓm Aug.satisfacere est pteritoꝝ causas excidere ꝛ eaꝝ suggestionib9 aditū nō īdulgere. vtrūqꝫ āt facit oīo. Initiū.n. est radix oīuʒ maloꝝ est supbia:sicut dicit Thob.4. Itēʒ Eccli.x. Initiū oīs pctī supbia:qui tenuerit illam ad implebitur maledictīs. Et ideo p h q hō hūiliter spūm suum p oīonem deo subdit facit recōpensationē ꝓ supbia: precedētis offense:ꝛ additū aufert culpe future:radicē.s.supbiā ei amputans:sicut patet in latrone:cuius deuota oīo fuit a deo satisfactoria.q petenti ei ac dicēti memēto mei dñe cū veneris in regnū tuuʒ: dictum fuit. Amē dico tibi. Hodie mecū eris in paradiso Luc.23. Et ita oīo hꝫ plene satisfaciēdi rōnem. Uñ sup Mat.9. Dicit Jerony. Nō sanat oculū q sanat calcaneū ieiunio sanātur p stes copis.oratiōe ↄo sanant pestes mentis. Tertius effectus oīonis est:q2 est cōsolatoria.vnde xp̄o oranti appuit angelus de celo ↄ̄fortans eum Luc.22. Unde nemoqꝫ tam efficax remedium cōtra temptationes est q̄ oīo. Unde Jero.sup Mat.14. In tēptationē intrat:q orare negligit:ꝛ Aug9 Oratio est oranti.ꝓsidiū aduersario incendium:angelis solaciū:deo gratū bñficium. Unde Jo.16. Pete ꝛ dñs petite:ꝛ accipietis vt gaudium vr̄m sit plenum. Nota exēpluʒ de filio fratre Teutonico.q hēbat a pueritia in magna deuotione passionē xp̄i ꝛ eius vulnera ꝛ singulis diebus dicebat ad illa vulnera adoramus te xp̄e ꝛ bñdicimus tibi:q2 p crucē tuā redimisti mūdū qnqꝫ venias faciēdo cotidē pater nr̄ rogans xp̄m vt daret sibi timorē suū pariter ꝛ amorem. Huic āt postea visibiliter appuit dñs Jesus xp̄s dans ei de singulis vulnerib9 suis bibere mirē dulcedieʒ:qua pcepta oīs mūdi dulcedo ꝛ cōsolatio in amaritudinē est illi cōuersa. Exēplū hētur in lib. de vitis frūm nroꝝ.pte.4.c.de virtute oīonis. Exēplo primo:vbi etiā vide multa alia exēpla ad ꝓpositū:ideo dī Jaco.5. Tristatur aliqs in vobis oret equo aīo ꝛ psallat. ¶ Quartus effectus oīonis:q2 est impetratiua ꝛ h verū cōcurrentib9 q̄tuor ↄditionib9: vt.s.petatur pie.ꝓ se.pseueranter ꝛ ad salutē:vt dicit glo.sup illud Luc.xi. Quis vestrum hēbit amicū.dicit scs Tho.in.4.di.15.c.22.q.83 ar.15.ad scđm.q iste ↄditiones nō h modo reqrunt ad efficaciā impetrādi quasi nihil impetret si aliqua desit:qa etiaʒ qnqꝫ aliqs pro alio orans exauditur:sed q2 hijs positis semp oīo efficaciā hꝫ impetrādi:q2 impetratio magis est ex proposito eius q oratur q̄ ex orantis merito. Et iō etiā qnqꝫ pctōres orātes audiunt qñ eoꝝ oīo diuino ꝓposito ↄcordat. Sciēdū tñ ꝓm.Tho.vbi supra q aliqñ aliqs pie petit q pietatis ꝟtutem nō hꝫ:sicut aliqs aliqñ aliqua iusta facit:q iusticie hitum nō hꝫ ꝛ sic ēt pctōres pñt aliqñ pie orare:ꝛ ad hoc facit exēplū: qđ legitur de Alexādro magno imꝑatore de quo scribit magister i historijs scolasticis: q ad eius oīonē mōtes caspij clausi sunt miraculose vt ↄcluderent additus decē trib9 q̄ vltra illos montes habitabāt. Si ergo oratio pagani infidelis ita efficax fuit ad impetrandū:quid erit de oratione fidelis? ¶ Circa ꝓm.vʒ.de effectu orationis in spāli:est notādū:q p oīoeʒ. Primo ꝓseruamur a malis. Scđo acqrim9 bōa oīa. Et iō circa oīa mala:tā culpe q̄ pene remouēde. Et circa oīa bōa nob̄ ferēda hꝫ effectū.sūt g°.7.fruct9

¶ Primus est maloꝝ culpe liberatio.

¶ Scđs est maloꝝ pene remotio.

¶ Tertius demonum oppressio.

¶ Quartus est bonoꝝ nature ↄseruatio.

¶ Quintus est bonoꝝ fortune acquisitio.

¶ Sextus est bonoꝝ gratie infusio.

¶ Septimus est bonoꝝ glorie collatio.

¶ Primus ergo effectus est malorum culpe li
beratio. Nam per orationem liberamur a ma
lis culpe: non solum a nobis orantibus commis-
sis: sed etiam per alios commissis obtinemus per
orationem liberationem: et de commissis quidem a
nobis patet per multa exempla scripture tam ve
teris quam noui testamenti. Et in veteri quidem patet
exemplum in Dauid: qui orando Miserere mei
deus etc. Obtinuit remissionem peccati adul
terii quod commisit in bersabee: et homicidii quod
etiam commisit in vria eius viro. 2. Re. 12. Ad
idem patet exemplum de Achab. 3. Re. 21. Item in
manasse filio ezechie. 2. Paralipo. 33. In no
uo vero testamento etiam patet primo in filio prodigo
Luc. 15. Item Luc. 18. Item in petro amare
flente. Luc. 22. Item in maria magdalena.
Luc. 7. Propter hoc dominus instituit orationem
dominicam in qua petimus. Et dimitte nobis de
bita nostra etc. Exemplum etiam habemus in
vitis patrum. de quodam peccatore quem beatus
Paulus simplex vidit ecclesiam intrare totum
obscurum et nigrum et a diabolo productum: qui
cum in ecclesia demoratus fuisset: et sibi pec
humiliter postulasset vidit eum foras exire
splendidum: et iuxta eum angelum stantem et
demonem procul pulsum. ¶ Circa remissionem
etiam aliorum peccatorum habet effectum oratio. sicut
patet in peccato vituli quem populus israel ado
rauit: pro quo remittendo Moyses orauit
deum. Obsecro domine peccauit populus iste
peccatum maximum feceruntque sibi deos au
reos aut dimitte eis hanc noxam aut si non
facis dele me de libro tuo quem scripsisti
Exo. 32. Et placatus dominus remisit. ve
rumtamen Moyses zelo iustitie motus fecit illo
die occidi viginti milia hominum in vltionem
illius peccati: quia vt ait Greg. 20. moralium et ha
betur in decretis. 45. di. disciplina vel miseri
cordia multum destruitur: si vna sine altera te
neatur: sed circa subditos inesse debet recto
ribus: et iuste consulens misericordia et pie seue
uiens disciplina. ¶ Secundus effectus est malorum
pene remotio. Nam in multis legimus exem
plis: quod per orationem liberamur a malis pena
libus siue a deo illatis siue ab hominibus.
¶ Et de immissis a deo exemplum patet in Dd.
qui plagam pestis: que in populo grassabatur
humili prece remouit. 2. Re. vlti. Et 1. Parali.
21. Item orante moyse placatus est dominus ne
faceret malum: quod locutus fuerat ad versus
populum suum. Exo. 32. Sed de hoc supra pro
xima parte dictum est. Ad idem facit exemplum
de beato Greg. qui inguinariam pestem que pas-
sim homines occidebat multis precibus effu
gauit ab vrbe sicut legitur in legenda eius.
Item abraam impetrauit a domino vt Loth ne
pos suus liberaretur a subuersione sodome.
sicut legitur Gen. 18. Ubi etiam habetur quod per ora
tiones et merita decem virorum iustorum domi
nus paratus est parcere toti ciuitati quantum
ad pene spalis fit rnationem. ¶ Sic de ma
lis pene ab homine illatis patet exemplum in Ezechia
rege cuius oratione angelus domini percussit in
castris assiriorum centum octuaginta quinque
milia virorum: et sic liberatus fuit populus
dei ab illo periculo Isa. 37. Sic et Iudicum
10. Quamuis dixerit dominus filiis israel: quia dere
liquistis me et coluistis deos alienos: non
addam vltra vt liberem vos: ite et inuocate
deos quos legistis: et ipsi liberent vos in tem
pore angustie: nihilominus postea cum humi
liter deprecantibus verbum quod dixerat immuta
uit: et auxilium dedit. ¶ Et hic effectus non
solum in penis temporalibus legitur: sed quandoque in
liberatione pene eternalis. sicut patet in aia
Traiani imperatoris qui quamuis fuerit defun
ctus in infidelitate. tamen orante Greg. Anima
sua de gehenna infernali liberata fuit. sicut
omnes doctores theologi referunt. Quamuis regu
lariter ab inferno nulla sit redemptio: iuxta
illud Prouer. xi. Mortuo homine impio nulla
erit vltra spes. ¶ Tertius effectus est de
monum oppressio per orationem namque nostram de
mon valde opprimitur: et comprimitur a vi
rulentia sua. Unde sepius in historiis sanctorum
legitur quod sanctis orationibus demones clama
uerunt dicentes. O sancte n. orationes tue me
incendunt. legitur etiam quod tempore Iuliani apostate
qui post constantinum in malum sibi et perniciem
sic gubernauit imperium romanum. dum ipse
Iulianus contra persas iret in prelium misit de
monem quendam in occidentem vt sibi quam cito re
ferret quid in occidentis partibus fieret. Arte
enim magica in omnibus vtebatur Cumque demon
publicum monachum orantem inuenisset in via pro
hibitus est in orationis presati monachi ne
transiret. Cumque ille ab orando non cessaret. de
mon ad Iulianum sine fructu responsionis reuer
sus est. Cumque iulianus quereret: quare tam
redire tardasset. Ille ait impeditus oratione pu

bis monachi tali loco sistiti: ꝛ vltra transire
nequiuit: ꝛ ideo tibi nulla noua portaui: at
ille miser ꝛ infelix: dum virtutē orationis
mirari debuisset nō hoc admiratus sed mo
nacho comminatus est: ꝙ vindictā i eū face
ret qd rediret ignorās ꝙ redditurus nō erat.
Nā in illo bello lancea dei Mercurij trās
uerberatus feliciter ꝛ dānabilit occubuit.
¶ Ad idē quātū displiceant orationes san
ctoꝝ demonibus pꝫ in exēplo de btō Do
minico orante in ecclesia scte Sabine. sup
quē ꝓstratum in oratiōe diabolus de alto
tecto ecclesie ꝓiecit lapidē durissimū ꝛ pon
derosum ꝛc. Hic historiā ꝛ ꝙ lapis seruat
adhuc in ecclesia ꝓdicta in memoriā facti.
¶ Figura huius habet Exo.17. Ubi di. ꝙ
moyse tenente manus eleuatas ad celū vin
cebant filij israel amalechitas: ꝑ quos de
mones figurantur: sed si deponebat moyses
manus filij israel superabant: nec solum de
monū versutiā maloꝝ hoīum qui sunt mi
nistri demonum violenti incursus orationi
bus cōprimunt. sicut pꝫ in venerabili liber
tino fundensis monasterij ꝓposito. de quo
refert Greg in ꝓmo libro dialogoꝝ ꝙ cum
pro vtilitate monasterij iter capiens equo
insideret Gotthi ei obuiantes deiecerunt
eum ab equo ꝛ recedentes nunꝙ flumen
vulturnū noīe trāsire potuerūt. Quis equos
calcaribus vrgerent impediti merito oratio
num libertini ꝛc. Hic totū exēplum. Ideo
ecclesia sctā docet nos orare dicēs. Presta
nobis dñe auxiliū gratie tue vt ieiunijs ꝛ
orationibus ꝯuenienter intenti liberemur
ab hostibus mentis ꝛ corporis: h etiā figu
ra tñ fuit in Thobia. cui dixit angelus: ꝙ
fumus cordis: ꝛ iecoris piscis sup carbones
positi extricaret omne genus demoniorum
Thob.6. Cordis eius ꝑticulā si sup carbo
nes ponas fumus eius extricat oē genus de
monioꝝ siue a viro siue a muliere: ita vt vl
tra nō accedat ad eos: ꝑ fumū designatur
oratio deuota: aliogn fumus ille impotens
erat ad demonē cōprimēdum: qꝛ vt dicit
Job.41. Nō est sup terram potestas que cō
paretur ei q factus est vt nullum timeret.
Item Mat.17. Hoc genus demonioꝝ nō
eijcitur nisi in ieiunio ꝛ oratione. ¶ Quar
tus effectus est bonoꝝ nature ꝯseruatio.
Patet exēplū in Ezechia rege q orando

impetrauit ꝓlongationem vite sue ꝑ.15. ānos
sicut legitur Isa.38. Item pꝫ de Helia: de
quo dicit Jacobus multū valet deꝓcatio
iusti assidua: helias hō erat similis nobis
passibilis ꝛ oratione orauit vt non plueret
sup terram ꝛ nō pluit annos tres ꝛ mēses
sex: ꝛ rursus orauit ꝛ celū dedit pluuiam ꝛ
terra dedit fructum suum Jacobi vltimo.
Item apli existentes in nauicula excitan
tes xpm ibidē dormientem liberati sunt a
periculo mortis euigilante christo ꝛ impe
rante ventis ꝛ mari Mat.8. Ad idē faciūt
oīs exempla de orationibus sanctoꝝ qui
orando impetrabant a deo sanitates infirmo
rum ꝛ mortuoꝝ resuscitationē: quibus exē
plis plene sunt legende sanctoꝝ. Ideo dñs
ait Jo.16. Amen amen dico vobis si qd pe
tieritis patrem in noīe meo dabit vobis.
¶ Quintus effectus est bonoꝝ fortune ac
quisitio: cuiusmodi sunt regna. potentia di
uitie victoria hostium ꝛ cetera talia. Et de
regno habetur exemplum in manasse filio
ezechie qui cum ꝓpter iniquitates suas fu
isset captus ab exercitu regis assiriorum ꝛ
vinctus cathenis ꝛ cōpedibus ductus esset
in babylonē ꝯuersus est ꝛ penitentiā agēs
deprecatus est deum: ꝛ exaudiuit dñs ora
tionem eius reduxitqꝫ eū in ierusalē in re
gnum suum: sicut legit. 2. Paralipome.33.
De victoria etiā hostium habent exempla
multa in qbus ꝑ orationis suffragiū obtē
ta est: ꝛ primo qdē pꝫ h in bello filioꝝ israel
ꝯ Amalech: in quo plus fecit moyses orā
do ꝙ Josue pugnando. sicut habet Exo.
xvij. Et in decre. q.36. di. c. vlt. Scdo Judas
machabeus sepius oratione premissa fuga
uit hostes: ꝛ qꝛ nō orauit in exercitu ꝯ ba
chidem fuit occisus ꝛ exercitus debellatus
.1. Macha 9. ¶ Tertio habet exēplum in
Theodosio seniore christianissimo iperato
re q oratione sua miraculosam victoriā ob
tinuit ꝯ Eugeniū ꝛ Arbegastem tyrānos:
quorum exercitus iacula vehementissimus
ventus retorquebat in facientes ꝛ iacula
exercitus Theodosij cum maximus vi vltra
mensuram humane fortitudinis impellebat
in hostes. Oratio aūt ipsius Theodosij ta
lis fuisse legit Omnipotens deus: tu nosti
ꝙ in noīe christi filij tui vltiōis iuste: repu
to prelia suscepi. si aliter in me vindica. Si

vero cum causa iusta ⁊ in te confisus hac veni porrige dexterā tuā. Ne forte dicant gentes vbi est deus eorum. Hac igitur oratione finita ventus vehemens motus est ꝙ pro ipso pugnabat. Vñ Claudianus poeta qui tunc florebat hos versus ad laudē Theodosij cōposuit. O nimiū dilecte deo cui militat ether. Et ɔiurati veniūt ad classica venti. Predicta habētur originaliter in historia tripartita. Et Aug⁹ refert in quīto de ciui. dei circa finem libri. Et tangit Glo. Jo. an. in cle. si dominum. de reliqui. ⁊ veneratione sanctorum in glo. magna in fine.

¶ Quis etiam sufficienter enarret quotiēs filios israel per totum exodū librumqꝫ numerorum Moyses nunc ab hostibus: nunc a serpentibus: nunc ab ignibus: nūc ab alijs periculis precibus liberauit: Ipsa ergo oratio est columba: que emissa ab archa dei. i. ab animo deuota ramum virentis oliue portans: quia pacem a deo impetrat ⁊ victoriam de inimicis prestat: que duo oliua designat.

¶ Sextus effectus est bonorum gratie infusio: duplex est autem gratia. vna gratum faciens de qua supra in prima parte sermonis dictum est vbi dictū est ꝙ orationis merito peccatorum remissio obtinetur.

¶ Secunda est gratia gratis data: ⁊ hec habet nouem species: quas ponit apostolus. i. Cor. 12. Et quia longū esset de omnibus dicere: dicam aliqua de aliquibus gratijs gratis datis.

¶ Primo quidē de gratia miraculorum. Quis enim valeat sufficienter enarrare quot miracula sancti orationum suffragijs obtinuerunt. Nam Josue solem ⁊ lunam orando fixit in celo ita vt vnius diei spatio non fint moti. Josue. 10. Sic etiā habemus in vitis patrum de sancto Mutio. Itē helyas ignem de celo descendere fecit. 4. Re. 1. Item clausit celum orando annis tribus ⁊ mensibus sex. 3. Re. 17. Et dictum est supra parte. 4. Ezechias rex orando meruit sanitatem miraculosam ⁊ signum regressus solis per decem lineas in horologio Achaz Isa. 38. Nota etiam exemplum sancte Scholastice q̄ orando obtinuit vt plueret vt beatum Benedictum secum retineret: vt legit in. 2. dialogorum. Quis etiam posset sufficienter exprimere quot ⁊ quanta miracula dominus operatus est: merito beati Dominici patris nostri. Nam semel. 40. peregrini submersi in quodam flumio orationū eius merito reuixerunt. ¶ Idem pater: de gratia loquendi diuersis linguarum generibus. Nam semel idem pater sanctus Dominicus cum semel iter ageret cum quodā fratre Bernardo socio itineris ⁊ sanctitatis sue de tholosa parisius obuiauerunt ei quidā theotonici ⁊ cōsequenter non poterant eis spiritualia seminare: cum tamē ab eis temporalia meterent impetrauit a deo oratione facta. vt theotonice intelligeret ⁊ loqueretur: ⁊ sic per alios quattuor dies simul ambulantes de christo iesu ⁊ rebus diuinis dulciter ⁊ ardenter mutuo loquebantur. Faciunt etiā multa exempla ad idem de quibus scripsi latius in sermone de eodem sancto Dominico qui incipit. Hic magnus vocabitur per totum sermonē. ¶ Et breuiter discurrere ꝑ scripturas veteris ⁊ noui testamenti ⁊ per historias sanctorum: inuenies omnia miraculosa opera que per sanctos facta fuere virtute orationis fuisse impetrata. Sic Salomon orans meruit sapientiam infusam sibi a deo. 3. Re. 3.

¶ Septimus orationis effectus est bonorum glorie collatio. Jo. 16. Petite ⁊ accipietis: vt gaudium vestrum sit plenum. Unde ⁊ de Aug⁹ legitur ꝙ cum eius ciuitas yponēsis ab affris obsessa fuisset dñm exorauit: vt vel obsidionis periculum remoueret vel sibi veram penitentiā daret: vel eum ad se ꝑtraheret dixitqꝫ fratribus se hoc tertium a dño impetrasse: vt per mortem transiret ad dñm. Sic ⁊ latro in cruce orationis merito illud verbum omni suauitate suauius a domino meruit audire: Hodie mecū eris in paradiso Luc. 23. Sicut etiā beatus Benedictus dum mortem adesse presentiret in ecclesiam se deferri fecit: exitūqꝫ suum Dominici corporis ꝑceptione muniuit: ⁊ inter discipulorum manus imbecilia mēbra sustentans manibus ⁊ oculis in celū erectis animam inter verba orationis efflauit: sicque eterne glorie coronam eminentissime adeptus est: sicuti duobus monachis diuinitus reuelatum fuit: ideo orationibus instantes esse debemus nam. he. Ais in persio

na dñi. Clamabit ad me et ego exaudiam eum cum ipso sum in tribulatione eripiam eum et glorificabo eum. ps. 90. Et alibi exortatur nos dominus dicens. Immola deo sacrificium laudis et redde altissimo vota tua et invoca me in die tribulationis eruam te et honorificabis me. ps.
Deo gratias. Amen.

¶ De captatione beniuolentie et congruitate orationis. Sermo. 6.



Pater noster.

Sequitur predicare de quarta consideratione circa materiam orationis scilicet de petendorum decentia et congruitate. Ubi notandum est quid sit orandum: et quia dominus in oratione dominica docuit discipulos quid sit orandum: idcirco de ea videamus. Ubi de ea dominica quod potero: quia de deo non sufficio. Nam ut dicit apostolus. 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis tanquam ex nobis sed omnis sufficientia nostra ex deo est: et bene fuit necessarium nos instrui de petendis. Nam ut ait apostolus quid oremus: sicut oportet nescimus Ro. 8. Salutet virgo etc. ¶ Pro introitu ergo sermonis notandum quod sufficientissime nos dominus instruit in oratione dominica quid petere debeamus: quia ut dicit Aug. ad Probam de orando deum: quecunque licet desiderare et per orationem petere et habere. In oratione autem dominica quicquid desiderare et petere debemus sufficientissime ponitur: quia ut dicit Aug. ubi supra. si recte et congruenter oramus nihil aliud dicere possumus quam quod in oratione dominica continetur. In hac ergo sanctissima et sufficientissima oratione duo principaliter ponuntur.

¶ Primum est beniuolentie captatio.

¶ Secundum est septiformis petitio.

Primum ponitur ibi pater noster qui es in celis. Secundum ibi sanctificetur nomen tuum etc. usque in finem. Primo ergo ut dixi ponitur beniuolentie captatio que necessaria est ut ait Greg. Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora prouocatur: et habetur in decret. 49. di. in prin. Hec autem beniuolentie captatio ponitur in predictis verbis Pater noster qui es in celis. quod nomen est nomen dulcedinis sic filius vel orans nominauit patrem. d. Mat. 14. Abba pater omnia tibi possibilia sunt etc. In quibus verbis ponuntur tria que valde sunt consolatiua ad petendum.

¶ Primum est beneficium creationis pater.

¶ Secundum est beneficium reparationis noster.

¶ Tertium est beneficium glorificationis qui es in celis.

¶ Primo ergo ponitur beneficium creationis dum dicitur pater: quia deus est pater omnium creatione. Unde Gracismus. Dat summum regem facit ipsa creatio patrem. Quia enim fiducia est una conditio maxime necessaria ad obtinendum orationis effectum: iuxta illud Mat. 6. Quicquid orantes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis. Et Jac. 1. Postulet autem in fide nihil hesitans. Ideo ex hoc verbo datur fiducia maxime oranti. quia enim est filius mihi omnino puerulus et fatuus qui non secure accedat ad patrem: secure accedamus ad deum: dicentes Pater noster. Vere enim est pater noster: a quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur Eph. 3. Et in tantum patres ceteros antecedit: ut respectu eius pater nullus dici possit principaliter et vniuersaliter. Unde Mat. 23. Patrem nolite vocare vobis sup terram. vnus est enim pater noster qui est in celis. Et hoc ergo et captatur beniuolentia eius qui oratur et magna fiducia nobis datur obtinendi illud quod oramus: quia pater largus est ad largiendum filiis pro quibus etiam thesaurizat: ita ut sepe etiam periculis in mortem vtriusque hominis se exponet. Unde dum vir quidam pauper Socrati philosopho diceret quod a quodam diuite nimium amaretur: ait ad eum: si te amat ut asseris quomodo tu pauper es et ille diues: q. d. si te amaret tecum vniuersa diuideret. Nam et patres quia filios multum amant illis thesaurizant: ut dicitur. et quid mirum in hominibus quod in brutis animalibus inuenitur. quod est enim animalium genus: quod filios ex se natos non affectu mirabili diligat. Ergo si secure tu ad patrem carnalem accedis qui te amore accidentali diligit a quo etiam tantum carnem habes quanto securius est tibi accedendum ad illum qui non amore accidentali te diligit sed essentiali. i. seipso a quo etiam non tantum primitiam carnis sed totum

corporis ꝛ animam accepisti. vnde dixit illa sancta mulier filijs. 2. Macha. 7. Nescio qualiter i vtero meo apparuistis: neqȝ enim spiritum ꝛ aiam donaui vobis ꝛ vitā ꝛ singulorum membra nō ipsa cōpegi sed mūdi creator ꝛc̄.
¶ Scḋo inducimur ad fiduciam petendi ꝛ impetrādi ex bñficio redemptiōis. qḋ notatur cum dicitur noster. Quia q̄uis deus ratione creationis sit deus ꝛ dñs ꝛ pat̄ oīum creaturarum: tñ per beneficium reparationis seu redemptionis spāliter factus est deus noster: q2 os nr̄m ꝛ caro nr̄a est. ex quo verbum caro factum est. ideo. ps. Benedicat nos deus. deus nr̄. benedicat nos deus ꝛc̄. Nota q̄ ter dicit deus: ad designandum tres personas in diuinis. ꝛ in. 2° deus per qḋ notatur persona filij: additur noster: rōe qua supra. ¶ Tertio inducimur ad fiduciam petendi ꝛ impetrandi ex beneficio glorificationis: qḋ cum dicitur notatur qḋ est intellectus: qḋ vno mō exponit. i. in sanctis per gloriaȝ vt patebit inferius vbi deo dante videbimus quomodo exponitur qui es in celis. Circa paternitatē aūt hāc qua ipsum deum creatorem patrem vocamus quattuor sunt consideranda. vȝ.

¶ Primo de paternitatis huius rōne.
¶ Scḋo de ipsius pris dilectione.
¶ Tertio de eiusdem adoratione.
¶ Quarto de ei9 hēditatis successione.

Circa primū notandum: q̄ circa paternitatem dei: diuersi modi considerādi sunt. Est enim deus pater quattuor modis. vȝ.
¶ Primo naturaliter: ¶ Scḋo gnāliter.
¶ Tertio spāliter. ¶ Quarto singulariter.
¶ Primo modo naturaliter deus est pater solum vnius. s. Iesu xp̄i. queȝ de sua substantia ab eterno generauit: sibi p oīa similem ꝛ equalem in eadeȝ essentia Jo. x. Ego ꝛ pater vnum sumus. Item. ps. 109. Ex vtero. i. de substātia mea ante luciferum genui te. Cum enim ois perfectio que est in creaturis sit attribuenda deo: vtpote prime cause oium creaturarum. Sequitur q̄ etiā paternitas attribuenda sit deo: quia ab ipso ois paternitas noiatur in celo ꝛ in terra: vt dicit apls Ephe. 3. Oportet ergo q̄ deus generet filium. Et ideo dicit ipse Isa. 66. Ego qui generationem alijs tribuo: nunqd sterilis ero: talis autem generatio non est carnalis: neq̄ materialis: quia in deo non est caro neqȝ materia. sed spiritus Jo. 4. Deus spiritus est. Oportet ergo q̄ sit spiritualis ꝛ est talis. vȝ. quia intelligendo seipsum: generat filium qui vocatur verbum patris: quod est idem in essentia: cum ipso deo intelligente. Nam cum intellectum inquantū tale sit perfectio intelligentis ꝛ deus sit perfectio sua oportet q̄ seipsuȝ solum deus intelligat: ꝛ oīa alia in seipso: ꝛ talis relatio que est in deo prout est intelligens ꝛ intellectuȝ est paternitas ꝛ filiatio: ꝛ ideo deus inquantum intelligit seipsum est deus pater ꝛ inquantum est intellectus: est deus filius: ꝛ sic patet: q̄ pater ꝛ filius sit eiusdem essentie ꝛ nature: ꝛ ideo Jo. x. Pater quod dedit mihi maius oibus est: quia. s. dedit mihi totum bonum suum qḋ est maius omnibus rebus. Ideo deus filius est omnipotens omnia continens: omnia disponens: sicut deus pater: iuxta illud Hebr. i. Qui cum sit splendor glorie ꝛ figura substantie eius portans omnia verbo virtutis sue ꝛc̄.
¶ Sed videtur ex predictis. sequi q̄ verbi diuini sit aliud verbum: ꝛ filij sit alius fili9. Cum enim verbum dei sit deus verus vt dictum est: oportet omnia que deo conueniunt: verbo dei conuenire: deus autem ex necessitate seipsum intelligit. ꝛ verbum igitur dei seipsum intelligit. Si igitur ex hoc q̄ deus seipsum intelligit verbum ab eo genitum in deo ponatur: consequi videtur q̄ etiam verbo inquantum seipsum intelligit aliud verbum attribuatur. ꝛ sic verbi erit verbum ꝛ filij filius: ꝛ illud verbuȝ si deus est: iterum seipsum intelligit ꝛ habebit aliud verbum: ꝛ sic in infinitum generatio diuina procedet. ¶ Sed respondeo s̄m Tho. in. 4. contra gent. c. 13. Quamuis verbum dei sit deus: non tamen alius deus a deo cuius est verbum: sed vnus omnino: hoc solo ab eo distinctum: quod ab eo vt verbum procedens. sicut autem verbum non est alius deus: ita nec alius intellectus ꝛ per consequens nec aliud intelligere: vnde nec aliud verbum: nec tamen sequitur q̄ sit verbum sue ipsius: s̄m q̄ verbum seipsum intelligit. nam in hoc solū verbū a dicente distinguit vt dictum est. q̄ est ab ipso: oīa ergo alia. cōiter attribuēda sunt deo dicenti q est pā

ꝛ verbo qđ eſt filius. ꝑpt hoc qđ etiá verbū eſt deus:ſed hoc solū vt ab eo ſit ſbuʒ attribuēdum eſt ꝓpꝛie patri:ꝛ hoc qđ ē eē a deo dicente attribuendū eſt: ꝓpꝛie filio: ſm Tho.vel dic:ꝙ verbū ſeipſuʒ intelligit ſed nō alio intellectu quá illo quo pater intelligit ſeipſum. Et ideo non eſt dare aliud verbum verbi:nec ſequit̄ ꝙ ſit verbum ſui ipſius:q2 illud intelligere nō eſt a verbo ſʒ a patre:ꝛ in hoc relatiue diſtingunt̄ pat̄ a filio vʒ:ꝓducere verbum ſiue ꝙ ab eo patre ſit verbū. Quis ergo filius intelligat ſeipſm: tñ illud intelligere nō eſt ab eo ſʒ a ꝑ̄re: q2 idē ē intellectus:ꝛ intelligere quo pr̄ intelligit ſe ꝛ quo filius ſeipſuʒ intelligit. Et ideo nō dr̄ verbū ꝓducere verbum:nec ꝙ̄ filꝰ ſiliū:q2 illud intelligere nō procedit a verbo ſed a patre. ℭ Scđo modo deus dr̄ pater generaliter oīum.ſ.creaturaꝝ: ꝛ rō: q2 illa dat deus diuerſis creaturis q̄ pater dat filijs/dicit enī phs ꝙ a parentibus tria habemus.ſ.eſſe nutrimētum ꝛ diſciplinā: ſic ꝛ deus dat oībus creaturis eſſe incōparabilr̄ magis q̄ generās dat generato. Ná generās ꝑticulare mouet materiam ꝑ virtutem ſuá.ſicut aūt dr̄ in libro de cauſis. Cauſa ꝑma plus eſt influens ſuꝑ cáuſatum cauſe ſcđe q̄ ipſa cauſa ſcđa. Ipſe ergo deus cauſat in rebus eſſe viuere:ſentire:ꝛ intelligere.oībus enim creaturis dat eſſe. quibuſdam aūt ſuꝑ eſſe addit viuere:vt plantis:quibuſdá vero ſuꝑ eſſe ꝛ viuere addit ſentire:vt brutis ꝛ alijs aīantibus:quibuſdam vero ſuꝑ eſſe viuere ꝛ ſentire addit intelligere:q̄ eſt nobiliſſima opatio vt angelis ꝛ hoībus: in quibus etiá triplicem vitam cauſat.ſ.vitaʒ nature:gratie.ꝛ glorie. Scđo dat deus creaturis oībus nutrimētum:q2 oīa regit ꝛ gubernat.ps. Oculi oīum in te ſperant dñe:ꝛ tu das eſcam illis in tpe oportuno. Nam ſicut dicit Greg. Sicut oīa ex nihilo facta ſunt ita in nihilū tenderent niſi manus oīpotentis ea teneret. Sap.8. Attingit a fine vſq̄ ad finem fortiter ꝛ diſponit oīa ſuauiter. diſponit aūt oīa per ſeipſum ꝛ ordinat: ſed regit ꝛ gubernat ꝑ angelos ꝛ corpora celeſtia. Sua enim ꝓuidentia vſq̄ ad minima ꝛ in minimis extēditur.ps. Qui dat iumētis eſcam ipſoꝝ:ꝛ pullis coruoꝝ inuocantibus eum. Nota ſuꝑ illud pullis coruoꝝ: quod pulli coruoꝝ relinquuntur a parentibus donec ſunt cū pēnis candidis:ſiue albis. ꝛ diuina ꝓuidētia eos paſcit ꝛ nutrit. Vñ Job.38. Quis preparat coruis eſcam ſuaʒ. qñ pulli eius ad deum clamāt vagiētes eo ꝙ nō habeant cibos:ſuper quo textu dicit btūs Tho.ꝙ coruus pullos eius eductos nō paſcit donec ſuos eſſe deprehendēs plumis nigreſcere viderit. Unde ſeptē diebus eis cibos nō miniſtrat:ſed a deo ſubſtentātur ꝑ naturalem virtutem eis inditam.

ℭ Tertio dat deus creaturis diſciplinam: q2 omnia docet ꝛ inſtruit.ſm vniuſcuiuſq̄ rei capacitatē.ſicut ipſe dat gallo intelligētiam vt cantet in hora ante lucanā Job.38. Quis dedit gallo intelligentiam. Nōne ipſe docet accipitrem ad auſtrum expandere alas ſuas:vt renouet̄ in plumis. ℭ Quis docuit hirūdines in eundo:ꝛ redeundo certa tēpora obſeruare:quis docuit araneam talē telam texere:ſic aptam captioni muſcarum ꝛ hirūdinem ſic ꝯſtruere nidū. ℭ Quis docuit ſerpentē pellem veterem deponere dum artum foramen intrat aut aſpidem aures ſuas obturare ne vocem audiat incantantis.ps. Sicut aſpidis ſurde ꝛ obturantis aures ſuas q̄ nō exa.vo.incantantiū ꝛ venefici incantantis ſa. Certe deus pater tanq̄ oīum magiſter ꝛ doctor. Propterea dicit phs ꝙ opus nature eſt opus intelligentie. veraciter ergo ipſe eſt pater omniū ꝛ omnia que ad patrē ſpectant ipſe: circa rem quālibet operatur. ℭ Tertio dicit̄ deus pater ſpāliter.ſ.hominū. ipſe enim deus vltra illa tria generalia beneficia que alijs exhibet creaturis:de quibus ſupra proximo dictum eſt:tres alias excellentias confert hominibus.

ℭ Prima eſt circa eſſe ꝑ modū creationis.

ℭ Scđa eſt circa nutrimentum per modū prouiſionis.

ℭ Tertia eſt circa diſciplinam per modum inſtructionis.

ℭ Primo ergo circa eē ꝛc̄. Quia ipſuʒ hominem creauit ſpāliter ad imaginem ꝛ ſimilitudinem ſuam ſupra omnes alias creaturas corporales.ſicut pater generat filiuʒ ad imaginē ſuam. Gen.i. Faciamus hominē ad imaginē ꝛ ſimilitudinē noſtrā. Et nota ꝙ dicit faciamus. In alijs aūt creaturis

corporalibus nõ est visus hoc verbo Facia
mus: sed fiat siue pducat ⁊c̃. Ad significan
dũ q̃ anima humana nõ de potentia ma
terie educatur: q2 est ipsa supra oẽm mate
rie pportionẽ aīe rõnalis. Corpus vero hu
manũ de quattuor elementoꝝ materia for
matũ est a deo: ppter qđ dicit Isa. Nunc
dñe pater noster es tu: nos vero lutum ⁊ fi
ctor noster ⁊ opa manuum tuaꝝ oẽs nos.
Isa. 64. ¶ Sc̃da excellẽtia ẽ circa nutrimẽ
tum. Nã deus oĩa ad hoĩs cõmodũ ⁊ mini
sterium ordinauit, vz aīalia, elementa ⁊ cor
pora celestia ⁊ q̃ plus ẽ etiã angelos. Naꝫ
de aīalibus dĩ Gen. i. Crescite ⁊ multiplica
mini ⁊ replete terrã ⁊ subijcite eam ⁊ dña
mini piscibus maris ⁊ volatilib9 celi ⁊ vni
uersis aīantibus que mouẽtur sup terram.
¶ De corporibus vero celestibus dĩ Deut.
4. Custodite sollicite aīas vestras: ne forte
o. ulis eleuatis in celum videas solem ⁊ lu
nam ⁊ oĩa astra celi ⁊ errore deceptus ado
res ea ⁊ colas que creauit dñs deus tuus
in ministeriũ cũctis gentibus que sub celo
sunt. ¶ De ministerio vero angeloꝝ dicitr̃
Heb. i. Omnes sunt administratorij spũs
in ministerium missi ppter eos qui heredi
tatem capiunt salutis. notãdum tñ q̃ etiaꝫ
presciti ad damnationẽ habẽt angelos ad
custodiã: ⁊ antichrĩs habebit angelũ custo/
dẽ. saltem ad hũc effectum: vt a peioribus
cõpescatur agendis. Itẽꝫ ps. Angelis suis
deus mandauit de te ⁊c̃. Ideo de his oĩ
bus admirãs dđ: ait. Quid ẽ homo q̃ me
mor es eius aut filius hoĩs. q. visitas eum
mi. eum pau. ab angelis. ⁊ ho. coro. eũ. ⁊ cõsti.
eum sup opera ma. tuaꝝ oĩa subie. sub pe.
eius oues ⁊ boues vniuersas ⁊c̃. ¶ Ter/
tia excellentia est circa disciplinã: q2 spẽlit
deus instruit hominem p lumen rõnis. ps.
Signatum est sup nos lumen vultus tui
dñe: ⁊ hoc ex pte interiori. Ex pte vero exte
riori instruit hoĩem p creaturas: q2 inuisi
bilia dei a creatura mundi. i. ab homine p
ea que facta sunt intellecta conspiciuntur.
Ro. i. Et p scripturas: ⁊ per spũm ppheticũ.
Job. 33. Per somnum in visione nocturna:
quando irruit sopor sup hoĩes ⁊ dormiunt
in lectulo tunc aperit. s. deus aures virorũ
⁊ erudiens eos instruit disciplinam ⁊c̃. ps.
Qui docet hominẽꝫ scientiam. Item Job
25. Qui docet nos super iumenta terraꝝ.
¶ Dedit etiã homini deus liberarũ arbi
trij: per quũ possit deflectere in malũ ⁊ age
re bonum: ⁊ imputat sibi actiones suas in
premium vel in penã Eccli. 15. Deus ab ini
tio cõstituit hominem ⁊ reliquit eũ in ma
nu cõsilij sui ⁊c̃. Hoc ergo modo spẽliter
habet curam deus hominũ. nõ aũt aliaruꝫ
creaturaꝝ corporaliuꝫ. i. Cor. 9. Nunqđ de
bobus cura ẽ deo: Ideo suadet nobis pe
trus aplŝ. d. Omnem solicitudinẽ vestraꝫ
pijcientes in euꝫ: q2 ipsi cura est de nobis.
i. Pe. 5. ¶ Quarto deus ẽst pater spẽlissi/
me siue singulariter xpianoꝝ. ⁊ h̃ quãtum
ad septẽ: que pater circa filios exercet vꝫ.
¶ Primo quo ad generationem.
¶ Secũdo quo ad indutionem.
¶ Tertio quo ad nutritionem.
¶ Quarto quo ad instructionem.
¶ Quinto quo ad curationem.
¶ Sexto quo ad redemptionem.
¶ Septimo quo ad hẽditariã successionẽ.
Primo quo ad generationẽ: q2 deus p
gratiam spũs sancti xpianos adoptat in fi
lios: ⁊ eos regenerat per baptismum Jo. i.
Quot quot aũt rece. eum. de. eis po. fi. dei
fieri. Item Ro. 8. Nõ enim accepistis spũm
seruitutis iteꝝ in timore sed accepistis spi
ritum adoptionis filioꝝ in quo clamamus
Abba pater ⁊ ibidẽ. Quos presciuit ⁊ pre
destinauit cõformes fieri imaginis filij sui:
vt sit ipse primogenitus in multis fratrib9.
Debemus ergo ꝯformari imagini filij eius.
i. Cor. 15. Sicut portauimus imaginem ter
reni: sic portemus imaginem celestis: qua/
lis terrenus: tales terreni: ⁊ qualis celestis
⁊ tales celestes. Item i. Jo. 3. Uidete qua
lem charitatem dedit nobis deus vt filij
dei nominaremus: ⁊ simus: non sic iudei ⁊
alij peccãtores ⁊ infideles: q2 filii dĩ. Uos ex
pre diabolo estis. Jo. 8. Et rõ huius est ex
eo, q̃ dĩ Isa. i. Filios enutriui ⁊ exaltaui,
ipsi aũt spreuerunt me. Nota h̃ quãta cecil
tas occupat peccãtores: q pocius volunt esse
filij diaboli q̃ dei: ⁊ serui pcti q̃ liberi iusti
tie ¶ Secũdo quo ad indutionẽ. q2 deus ve
stit xpianos veste polimita ⁊ stragulata. i.
varia veste oĩum. s. virtutũ ⁊ donoꝝ spũs
sancti. De veste virtutũ ait. ps. Astitit regi
na a dextris tuis in vestitu deaurato cir/

rũdata varietate. Uirtutes aũt sunt habi
tus aie. h vestis qua vestit deus xp̄ianos
facit eos dignos nuptijs eternis: quãdiu
nõ habuerit nõ solũ efficitur indignus ad
has nuptias intrãdum: sed si intrauerit di
gnus ẽ vt expellatur Mat.22. Amice quõ
huc intrasti nõ hñs vestem nuptialẽ: et seq
tur Liga.ma. et pe.eici.eũ in te. exte.zc. De
hoc vestimento dĩ Eccli.17. Ad imaginem
suam fecit hoiem et ſm seipsum vestiuit il
lum virtute. ¶ Custodiamus ergo solicite
hoc vestimentũ ne inquineẽ luto e varieta
te aut cõburatur igne luxurie: aut lacereẽ
spinis inuidie: aut incidatur gladio super
bie: qđ si ↄtingat ex nostra fragilitate re
curramus ad matrẽ nostram sanctã eccle
siam: sicut facit puer qui cecidit in lutũ qui
lachrymans currit ad matrem vt lauet eũ.
Hoc tunc cõplebimus cum ad ↄfessionis
fontem recurrimus. de quo Zacha.13. In
die illa erit fons patens domus Jacob et
habitantibus in ierusalẽ. in ablutĩ. peccato
ris et menstruate. Ideo Apoc.16. Beatus q
vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus
ambulet et videant turpitudinem eius. No
ta hic quõnem an in futura patria erimus
induti. ¶ Tertio quo ad nutritionẽ: q: sicut
pater nutrit filium. sic deus spualissime nu
trit et pascit xp̄ianos cibo et potu mirabili
vz preciosissimo corpore et sanguie suo. Jo.6.
Qui manducat meã carnem et bibit meũ
sanguinem hz vi.eter. De quo cibo dĩ Sa
pie.16. Paratum panem de celo prestitisti
illis sine labore omnem delectationem in se
habentem et ois saporis suauitatem: qui ci
bus incõparabiliter est melior: et virtuosior
q̃ mãna datum patribus veteris testamẽ
ti. Uñ Amb. in libro de sacramentis et de
ↄse.di.2. reuera. Considera inquit vtrũ nũc
prestantior sit panis angelorũ an caro chri
sti: que vtiqz corpus est vite. Manna illud
de celo: hoc super celum: illud celi: hoc dñi
celorũ: illud corruptioni obnoxiũ si in diem
alterum seruaretur: hoc alienum ab omni
corruptione: vt quicũqz religiose gustauerit
corruptionẽ sentire nõ poterit. ¶ Quarto
quo ad instructionem: q: deus docet chri
stianos super alias nationes: que oẽs erro
ribus inuoluũtur preterq̃ christiani: qbus
veritas fidei data est: et que placẽt deo re

uelata. Baruch.4. Beati sumus israel: qm
que deo placent nobis manifesta sunt. Joẽ
Heb.12. Dat spiritũ erudit nos ad id q
vtile est in recipiendo satisfactionem eius.
Ps. Nõ fecit taliter omni nationi et iudicia
sua nõ manifestauit eis. Preter ea in sectis
aliqs. nulla gens est ita docta sicut xp̄ana.
Uñ nota q nobis xp̄ianis dat deus quat
tuor leges p instructione nostra. Primo le
gẽ nature. Scdo legẽ scripture. Tertio legẽ
gratie: q̃ est lex euãgelica. Quarto legẽ hu
manã. s. canonicã et ciuilẽ. ¶ Quinto quo
ad curationẽ: q: ↄ infirmitates nostras spi
rituales medicinas efficacissimas instituit
ex mixtura iusticie et misericordie que sunt
sacramenta ecclesie. Luc.10. Samaritanus
aũt qdã iter faciens: alligauit vulnera eius
infundens oleũ et vinũ. ¶ Ubi notandum
q ois infirmitas nostra spũalis ẽ duplex. s.
culpe et pene. Infirmitas culpe ẽ triplex. vz
originalis: actualis: mortalis: et actualis ve
nialis. ¶ Cõtra primam est baptismus. ↄ se
cũdã est pnia. ↄ tertiã est extrema vnctio.
Infirmitas vo pene est quadruplex. s. igno
rantia: impotẽtia: siue fragilitas: malitia: et
ↄcupiscentia. Cõtra primã. s. ignorãtiã ẽ or
do. ↄ secũdã. s. impotẽtia: est ↄfirmatio: seu
crisma. Cõtra tertiã. s. malitiã: ẽ eucaristia.
Cõtra quartã. s. ↄcupiscentia: est matrimo
niũ. Item sacramẽta pdicta sunt medicine
ad adiuuãdũ virtutes. Nã in auxiliũ fidei
est baptismus in auxiliũ spei: extrema vn
ctio. i auxiliũ charitatis: seu eucharistia: in
auxiliũ prudẽtie: ordo: in auxiliũ iusticie: pe
nitẽtia: in auxiliũ fortitudinis: ↄfirmatio: in
auxiliũ tẽperantie: matrimoniũ. Ps. Misit
dñs verbum suum et sanauit eos et eripuit
eos de interitionibus eorum. Igitur nõ de
bemus desperare in huiusmodi infirmita
tibus de misericordia talis et tãti patris q̃
uis simus maximi peccatores: q: ipse ẽ pa
ratus semper nos recipere: si nos ad eũ re
deamus. Exemplũ de filio pdigo. Luc.15.
Hic historiam si expedit e est. Ideo exortaẽ
nos ipse dñs dicens per Jeremiam vulgo
dicitur. Si dimiserit vir vxorem suam: et re
cedens ab eo duxerit virũ alterũ: nunquid
reuertetur ad eum vltra: nunquid non pol
luta et contaminata est mulier illa: tu autẽ
fornicata es cum amatoribus multis: ta

men revertere ad me dicit dñs. et subdit. er
go saltē a modo voca me pater meus. dux
virginitatis mee: tu es. Jere. 3. ¶ Sexto quo
ad redemptionē: quia redemit nos de ma
nu diaboli. Et vide quali et quanto precio.
i. Pet. i. Non auro et argento redēpti estis
sed precioso sanguine agni incontaminati.
Nota sanguine precioso etc. Non ergo de
dit in precium aliquod corruptibile et vile:
non hunc visibilem mundum: quia omnis
creatura corporalis non sunt equivalens
precium vnius aie Mat. 16. Quid proficit
homini si lucretur vniversum mundum aie
vero sue detri. pa. aut quā dabit ho. cō. p
aia sua. Non etiā dedit in precium aliquē
angelorum seu civium supernorum: sed se
metipsum Jo. 3. Sic deus dilexit mundum
vt filium suum vnigenitum daret etc. Un
de ecclesia cātat. O ineffabilis dilectio cha
ritatis: vt servum redimeres filium tradidi
sti. Nec voluit vnam guttam sanguinis ef
fundere: sed totum. Sed nō fluxit ex cor
pore eius gutta sanguinis: sed vnda. Ideo
redempti. quasi iterum et sepius empti. ps.
Apud deum misericordia et copiosa apud
eum redemptio. Per prima gutta fuimus
empti: per alias redempti. ¶ Septimo quo
ad hereditariam successionem: sive institu
tionem: quia sicut pater instituit filium he
redem vniversalem bonorum suorum: sic et
deus instituit xpianos heredes regni celo
rum: sive in omnibus bonis suis. s. gratie et
glorie: quia hereditas nihil aliud est q̄ suc
cessio in vniversum ius: quod defunctus ha
buerit. ff. de verb. sig. l. Nihil aliud. Clausu
la autem institutionis habet Luc. 22. Ego
dispono vobis sicut disposuit mihi pater
meus regnum. vt eda. et biba. super me. in.
reg. modo. Item Luc. 12. Nolite timere pu
sillus grex: quia complacuit patri vrō dare
vobis regnum. Et hic effectus procedit ex
primo: quia si sumus filii: ergo heredes. Ro.
8. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui
nostro: q sumus filii dei. Si autem filii et
heredes. heredes quidē dei: coheredes au
tem xpi. De hoc autem dicetur latius ĩra
dño concedente. Deo. Gratias. Amen.

¶ De dilectione erga deum. Sermo. 7.



Pater noster.

Sequitur videre de dei dilectione. hec est quere et quomodo debemus deū diligere: quia ad hoc et na
turali et supra naturali ratiōe inducimur.
Naturali quidem: quia est pater noster: vt
dictum est supra proximo sermone. ergo na
turaliter est diligendus: sicut filius natura
liter diligit patrem: super naturali vero: q
ad hoc ex precepto divino obligamur di
cente. Diliges dñm deum tuum ex toto cor
de tuo et in tota anima tua. et in tota mente
tua. Hoc est maximum et primum manda
tum. Mat. 22. Addit Marc. et ex tota vir
tute tua Mat. 12. Luc. vero dicit. Et ex om
nibus viribus tuis. Luc. x. Ideo d hoc ho
die deo dāte videamus. Salutet virgo etc.
Notandum q occurrit circa amorem dei
pro nunc triplex consideratio.
¶ Primo quo amore debem' diligere deū.
¶ Secūdo qua ratione.
¶ Ter. io quomodo possumus cognoscere.
q diligamus deū. Et de quolibet fiet vn'
sermo. Circa primum notandum: q inveni
tur quadruplex diia amoris.
¶ Primus est amor concupiscentie.
¶ Scds est amor nature.
¶ Tertius est amor amicitie.
¶ Quartus est amor gratie.
¶ Primus est malus. ¶ Scds bonus.
¶ Tertius est melior. ¶ Quartus est opti
mus. Et hoc amore tenemur deum diligere
vt amor suus sit nobis salutiferus. ¶ Pri
mus ergo amor est concupiscentie: et hoc est
quando aliquid amatur nō intuitu et amo
re rei dilecte sed diligētis: sicut avar' amat
aurum: sic superbus dignitates: sic luxurio
sus mulierem O vos mulieres creditis q
quando aliquis diligit vos hoc amore': q
propter vos: non. sed pro se etc. Sic miles
amat equum etc. Talis amor est hodie in
ter amicos mundi: quia vnus amat alium
propter sui amorem et comoditatem. vz. vt
ab eo consequatur favorem. honorem.
lucra temporalia. officia. dignitates. etc. Fa
ciunt tales. sicut musce q sequuntur mel etc.
et in huius signū tādiu iste amor durat: q̄
diu speratur aliquid vtilitatis ab amato.

Postea vero cessat. Eccli. 6. Est amicus fm tempus suum: ⁊ non permanet in die tribulationis. Unde versus.

Tempore felici multi numerant amici.
Cum fortuna perit nullus amicus erit.

Ouidius lib. i. de Tristibus.

Donec eris felix multos nũerabis amicos.
Tpa si fuerint nubila solus eris.

Tali amore qdam amant deũ ⁊ honorãt. Uadunt ad missas ⁊ audiunt sermones faciunt elemosynas ad finem vt deus det eis sanitatem ⁊c̃. Bona nature vel fortune ex quo ptꝫ ꝙ magis diuicias ⁊ cõmoda ꝓpria diligunt ꝙ̃ deum: q̃ꝛ finis ꝑponit̃ hijs que sunt ad finẽ: q̃ꝛ ꝓpter qđ vnumqđqꝫ ⁊ illud magis: ⁊ talis amor est valde ꝑuersus: q̃ꝛ facit de medio finẽ. ⁊ de fine mediũ. Deus.n. est finis oium ⁊ principiũ Apoc. i. Ego sum alpha ⁊ o principiũ ⁊ finis. Item q̃ꝛ tali amore amans deum vtit̃ deo ⁊ nõ fruitur: qđ est cõtra ordinẽ charitatis: quia deo debemus frui ⁊ nõ vti. Frui autem est amore adherere alicui rei ꝓpter seipsam. vti aũt est qđ in vsum venerit ad id quod amas obtinẽdum referre: si tñ amandũ est. Naꝫ vsus illicitus abusus potius vel abusio noianda est. vt dicit Aug⁹. in. i. de doctrina xp̃iana: ⁊ tangit magr̃. in. i. sniarum in principio. ¶ Scđs amor est nature seu naturalis. Tali amore pater diligit filium ⁊ ecõuerso: frater frẽm ⁊ econuerso. Et hic amor bonus est: vt puta naturalis ab optimo deo institutus: sed nõ est meritorius ⁊ consequẽter nec sufficiens ad salutẽ: q̃ꝛ in naturalib⁹ neqꝫ meremur: neqꝫ demeremur vñ ⁊ cõ. e est inter oia aiantia: nã ⁊ canes. ⁊ gatti leo. lupi. vrsi. ⁊ aues amãt filios. catullos ⁊ pullos suos ⁊ eis ꝓuidẽt. Unñ Eccli. i3. Omne aial diligit sibi simile ⁊c̃. Hoc dẽ amore vna queqꝫ creatura amat ipm deuꝫ creatorem naturaliter suo modo ⁊ plusꝙ̃ seipm. Insensibilia qdẽ naturaliter bruta aialia sensitiue. Creatura vero rõnalis per intellectualẽ amorẽ: q ꝓprie dilectio dicit̃. Et rõ huius est: q̃ꝛ vnaqueqꝫ ꝑs naturali quadã inclinatione opatur ad dilectionẽ totius: etiã cũ ꝑiculo aut detrimento ꝓprio. vt ptꝫ cũ aliqs exponit manũ gladio ad defensionẽ capitis: ex quo dependet salus totius corpis. Unde naturale est: vt quelibꝫ ꝑs suo modo plus amet totũ quã seipsam. Unde ⁊ fm hãc naturalẽ rõneꝫ ⁊ fm politicã ꝟtutẽ bonus ciuis mortis ꝑiculo se exponere dꝫ pro bono cõi. ff. de religi. ⁊ sũp. fu. minime. Et medicus pro ꝯſuatione totius corpis: precidit mẽbꝝ putridum: ⁊ iudex ꝓ ꝯſuatione rei publice cõdẽnat malefactorẽ: q̃ꝛ expedit reipublice vt maleficia puniant̃. vt in. c. Ut fame de sen. exco. ⁊. ff. ad. l. agli. l. Ita vulneratus. Manifestũ est aũt: ꝙ deus est bonũ cõe totius vniuersi: ⁊ oium ꝑtium eius: ⁊ ideo naturali dilectiõe magis diligit q̃libet creatura deũ quã seipsam. ¶ Est ⁊ alia rõ quare hõ ex puris naturalibus diligit plus deũ quã seipm ⁊ oia q̃ꝛ naturalis inclinatio indita est nature a deo: ⁊ ideo nõ põt esse ꝑuersa: esset aũt peruersa si naturali dilectione hõ plus diligeret se ꝙ̃ deũ: q̃ꝛ frueret̃ se ⁊ nõ deo. Frui aũt seipso inducit ꝑuersitatem pcti vt dictũ est supra ꝓcia pte. ¶ Tertius amor dĩ amicicie: ⁊ est qñ. s. hõ diligit aliquem: nõ ꝓpter ipm diligentẽ: sed ꝓpter rem dilectã: ⁊ ꝑꝑ bonũ ipi⁹ hitũ vel hñdum. Et ista est vera amicitia ꝙ̃lis hodie raro inter mundanos hoies inuenit̃. Et est hic amor melior: ꝙ̃ scđs: q̃ꝛ iste ꝓcedit ex electione. primus ꝟo ex natura: q̃ꝛ tñ amor iste põt esse sine grã. nam ⁊ in paganis ⁊ in fidelibus reperitur: sicut patet ꝑ Tullium lib. de amicitia: ⁊ per Ualeriũ lib. 4. c. de amicitia. Idõ nõ est sufficiens ad salutẽ. Naꝫ ⁊ pagani naturali rõne ducti cõsiderantes deũ esse sũme potentem ⁊ sũme sapientẽ ⁊ sũme bonũ ipm diligũt: q̃ꝛ bonũ cognitũ est: est obiectum voluntatis: que fert̃ in bonum amãdo ipsum. Sic ergo naturali rõne intellectus ex creaturis ascendit ad cognitionẽ creatoris: iuxta illud apl'i. Inuisibilia dei a creatura mũdi per ea que facta sunt intellecta ꝯspiciuntur. Sẽpiterna quoqꝫ ꝟtus eius ⁊ diuinitas. Ro. i. Ita ⁊ voluntas fert̃ ad amorẽ ipsius dei. Necessarius est ergo alius amor: quo deum gratuite ⁊ meritorie diligamus: iuxta preceptum diuinum ⁊ est ille qui sequitur. ¶ Quartus amor dĩ grẽ qui vocatur proprie charitas. Et hoc amore tenemur ex ꝑcepto diuino diligere deum ꝓpter se ⁊ primuꝫ ꝓpter deũ: ad finẽ. s. fruendi ipso deo optimo ⁊ sũmo bono. Et rõ est: q̃ꝛ sine charitate

nullum meritum est nec aegri pōt. i. Cor. iij. Si linguis hoīum loquar ⁊ angelorum ⁊c. Effectus aūt huius amoris est cōsequutio ipsius vltimi finis: qui est deus. Jo. iij. Qui diligit me diliget a patre meo ⁊ ego diligā eū ⁊ māifestabo ei meipm. Deo grās. Amē.

Quare deus est diligēdus. Sermo. 8.



Pater noster. Uisso supra sermone p̄rio quo amore debemus deū diligere siue videam⁹ q̄re siue qua rōne. Salutetur virgo ⁊c. Pro cōplemento sermonis notādum q̄ quattuor rōnibus debemus deum diligere sup oīa: sicut quattuor sunt que in ducunt nos ad aliquid diligendum.

Primo rōne excellentie.
Scd̄o rōne amicitie.
Tertio rōne attinentie.
Quarto rōne beneficentie.

Primo ergo rōne excellentie. Nā quanto res est excellentior tanto est digna magis amari. Et q̄ deus est excellentissimus sup oīa: ideo sup oīa est diligendus. Amor etiā suus est excellentior omni alio amore: ⁊ hoc euidenter apparet. si cōsideremus naturam amoris. Est ergo notādum q̄ amor habet quattuor cōditiones inneras. vz. q̄a.

Primo est vis vnitiua. Scd̄o est vis assimilatiua. Tertio est vis electiua. Quarto est vis sollicitiua.

Primo amor est vis vnitiua cōiungēs amantē cum amato. Res vero que diligit vere cordi vnit. Uniri aūt cordi est duobus modis. s. fm similitudinē ⁊ fm veritatē. Unio fm similitudinē non satiat: sed vnio fm veritatē sic. Pone exēplū de comedente panē: vere satiatur q̄ panis vnit stomaco fm veritatē: secus de dormiente q somniat comedere vel bibere q̄ nō satiatur: q̄ cibus ⁊ potus tunc vniuntur ei fm similitudinem Isa. 29. Sicut somniat esuriens ⁊ comedit. Cuȝ aūt fuerit expgefactus vacua erit aīa eius: ⁊ sicut somniat sitiens ⁊ bibit ⁊ postq̄ fuerit expgefact⁹ lassus adhuc sitit ⁊ aīa ei⁹ vacua est: sic erit mltitudo oīuȝ gentium ⁊c. Modo ad p̄positum solus deus intrat in aīam nostrā fm veritatem: q̄ fm Aug. intimior est deus ipsi aīe: q̄ ipsa sibi ⁊ ipse solus illabitur aīabus nostris. i. Jo. 4. Deus charitas est ⁊ qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. Item i. Cor. 6. Qui adheret deo vnus spūs est. Iteȝ Iere. 14. Tu in nobis es dñe: nihil aūt tpale pōt intrare in aīam fm veritatem: sed solum fm similitudinē: sed nec etiaȝ spūale intrat in aīaȝ. Unde ⁊ in energuminis dyabolus intrat corpus nō aīam. Et ideo nullus amor creature alicuius pōt aīam satiare. Et hec est ratio: quare auari nō satiant pecunijs. Eccl̄s. 5. Auarus nō implebit pecunia: q̄m ō semp crescit appetitus habēdi: iuxta illud Iuuenalis. Crescit amor nūmi quātū ipsa pecunia crescit. Rō est: q̄ nō intrat aurum in aīam: bene posset intrare corpus. Si auarus biberet auȝ liquefactum: sicut Marcus crassus: ⁊ tunc vtiq̄ satiaret corpus sicut ⁊ satiat capsam ⁊ bursam: q̄ plena est auro: at q̄ nō intrat in aīam. Jō non potest aīa satiari. Sic nec superbus honoribus: quia honor nō est in honorato sed in honorante: vt dicitur in p̄o ethicorum. Nec luxuriosus satiatur luxuria ⁊ sic de aliis rebus tpalibus. Et hoc voluit dñs dicere Samaritane cuȝ dixit. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum: qui aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei non sitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo ei fiet ei fons aque salientis in vitam eternā Jo. 4. Nota ex aqua hac. i. amore rerum tpaliuȝ sitiet iterum: q̄ talis amor non satiat. Ex aqua quā ego dabo ei. i. amore dei non sitiet in eternum: q̄ plene satiatur aīa ex tali amore. Ps. Satiabor cuȝ apparuerit glīa tua.

Scd̄o amor est vis assimilatiua. Unde Ugo. Scio aīa mea q̄ dilectio est vita tua ⁊ q̄cq̄d diligis ipsa vi dilectionis in eius similitudinem transformaris. Unde quanto res est similior diligenti: tanto est diligibilior: q̄ similitudo est causa amoris Eccl̄i. iij. Omne aīal diligit sibi simile ⁊c. Constat aūt q̄ aīe nihil deo sit similius. Ad imagines q̄ppe dei factus est homo. Gen̄. 9. Ideo nihil tibi o aīa magis diligibilius deo. Nō aūt aurum ⁊ argentum sunt similia aīe nec honores nec voluptates nec potentia: ⁊ cetera hmōi ⁊ vt amor inesset nobis amor iste erga deū q̄nq̄ similitudines habemus cum deo incarnato. tres. fm aīam. ⁊ duas

sm corpus. ¶ Quantum ad aiam qde pri ma similitudo est nature Gen.i. Faciamus hoiem ad imaginē et similitudinē nostram. Et hec imago ↄsideratur in vno quoqꝫ hoie in hoc qꝫ hꝫ aptitudinem naturalē ad intel ligendum et amandum deū. Et hꝫ aptitudo cōsistit in ipsa natura mentis: que est cōis oibus hoibus. ¶ Scda est similitudo siue imago grē que consistit in hoc qꝫ actu vel habitu hō deum cognoscit et amat: sed tn̄ ipfecte: et hec imago solum in hoibus in iustis reperitur. ¶ Tertia est glorie que ↄside ratur sm qꝫ hō actu deū cognoscit et amat perfecte: et hec inuenitur solum in beatis. De qua similitudine dic. i. Jo.3. Scimus qm̄ cum apparuerit similes ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti est. Jte. ij. Cor.3. Nos vero omnes reuelata facie gloriam dn̄i spe culantes in eandem imaginem transforma mur a claritate. s. fidei in claritatem. s. visio nis: tanqꝫ a domini spiritu. ¶ Quantū vero ad corpꝰ: sunt due similitudines: inter nos et deū incarnatū. ¶ Prima est qua filius dei similis nobis factus est assumendo car nem humanā de vtero virginali: iuxta illud Phil.2. Qui cum in forma dei esset. nō ra pinam arbitratus est esse se equalē deo sed semetipm̄ exinaniuit. formā serui accipiens. Jn similitudinem hoium fac. et ha. inuen. vt homo. ¶ Scda vero erit in futura resurrectione in qua accipiemus corpora glorificata configurata corpori filij dei: iuxta illud Phil.3. Saluatorem expe ctamus dn̄m nostrum Jesum xp̄m qui re formabit corpus hu. nostre cōfi. cor. cla. sue. Jtem Ro.8. Quos predestinauit et pscuit conformes fieri imaginis filij sui vt sit ipse primogenitus in multis fratribus et c. Ptꝫ ergo qꝫ rōne similitudinis debemus mari me diligere deū sup oēs creaturas.


¶ Tertio amor est vis electiua semp enim aia in diligibilibus eligit qꝫ melius est inde dicitur dilectio: quasi diuersorum electio et dilectus: quasi ex diuersis electus: iuxta il lud Cant.5. Dilectus meus candidus et ru bicundus electus: ex milibus. Candidus per puritatem rubicundus per charitatem electus ex milibus per dignitatem et nobili tatem. Jnde est qꝫ diligitur magis aurum quā palea et c. Cum ergo deo nihil sit nobi lius vel melius immo ipse sit causa fons et origo omnis boni et respectu ipsius nihil po test dici bonum: iuxta illud Luc.18. Nemo bonus nisi solus deus. s. per essentiam. Se quitur qꝫ nil sit diligibilius deo: immo qꝫ ip se sit super omnia diligendus Mat.22. Di liges dominum deum tuum ex toto corde tuo et in tota anima tua et in tota men te tua et c.

¶ Quarto amor est vis sollicitatiua: iuxta illud. Res est solliciti plena timoris amor illud enim qꝫ diligimus semp habere volu mus et in ꝑtinua sollicitudie et timore sumꝰ ne illo careamꝰ: cū magꝰ dolore illū amitti mꝰ. Jmo. n. doloris calcat amor. ppea hoies mūdani maximo dolore afficiunt cū moriun tur: qꝛ priuant hijs que maxie amabant. Unde ꝓ. Diues diuitias non congregat absqꝫ labore. Nō tꝫ absqꝫ metu nec deserit absqꝫ dolore. Sicut et superbi maxime dolent in morte qꝛ priuātur honore dilecto. Sicut luxuriosus: qꝛ priuatur voluptatibꝰ. Jō pt gliber eorꝫ dicere illud verbū Agag regis Amalech. Siccine separat amara mors. i. Re.15. Nec solum actualis mors sed etiam cogitatio mortis: talibꝰ horribilis est Eccli. 41. O mors quā amara est memoria tua homini iniusto et pacem habenti in substan tijs suis. c. Cōtra de iustis. dicitur. preciosa in conspectu dn̄i mors sctōꝝ eius. Constat igitur qꝫ bona tpalia continue habere non possumus: qꝛ ois creatura vanitati subiecta est Ro.8. Solus aūt deus eternaliter habe ri pōt. Unde ꝓ. Ois ꝑterent ꝑter amare deū Et.i. Cor.13. Charitas nunqꝫ excidit siue ꝓ phie euacuabunt: siue lingue cessabūt: siue scientia destruetur. ergo solus deus est sup omnia diligēdus. ¶ Scdo debemus dilige re deum super oia ratione amicitie: quia et naturaliter amicus diligit amicum. Hac rō ne debemus sup oia diligere deū. Quis. n. carior amicus nobis est qꝫ ipse deus q nos tm̄ diligit. Nā alij amici diligunt nos amo re accidentali: qui pōt esse et abesse Eccli. 6. Est amicus qui conuertitur ad inimici tiam: deus autꝫ nunqꝫ amorem suum sub trahit a nobis: quamuis ipsum sepius of fendamus. qꝫ patet ex eo: qꝛ nunqꝫ subtra hit a nobis bn̄ficia sua: sed semp. paratus est nobis pcere: si ad ipsum conuertamur p pe nitentiam: sicut ptꝫ in filio pdigo Luc.15. Jō

vestros. Mat. 5. Diligite inimicos vestros: bene facite his qui oderunt vos. Et subditur vt sitis filij patris vestri q in celis est q solem suũ oriri facit sup bonos & malos: & pluit sup iustos & iniustos. Nota hic exemplum q ponit Barlaam regi Iosaphat de tribus amicis: quoꝝ tertius tm̃ in amore pmãsit. Ideo dicit Eccl. 6. Amicus fidelis protectio fortis: qui inuenit illũ inuenit thesauꝝ: &. I. amicus fidelis medicamentũ vite & imortalitatis. Nota medicamentum vite: & in hoc mundo p peccatoꝝ remissionẽ: quã nullus põt facere nisi solus de⁹. Mar. 2. Quis potest remittere peccata nisi solus deus: & imortalitatis. s. & in alio: q: deus dat imortalitatẽ aie & corpori dabit post resurrectionem corpoꝝ qñ mortale hoc induet imortalitatẽ: & corruptibile hoc induet incorruptionẽ. I. Cor. 15. ¶ Tertio debem⁹ diligere deũ sup oia rõne attinentie. Nã & psanguineos diligimus naturali amore & qs magis attinet nobis q̃ ipse deus: qui & creauit alas nostras & corpora formauit: ppẽ qđ vocamus eum patrem. Ideo dixit illa sancta mulier filijs. 2. Machã 7. Nescio q̃liter in vtero meo apparuistis &c. Vide supra sermone. 6. In introitu. ¶ Quarto diligere debemus deũ sup oia rõne beneficentie. Nam & beneficijs prouocamur ad diligendũ benefactores nostros: qbus & naturali rõne obligamur ad antidota. i. ad retributionẽ & gratiaꝝ actionẽ. Hac rõne maxime debemus diligere deũ a quo infinita bñficia accepim⁹. Et in gñali referã sex vz.
¶ Primũ est beneficium creationis.
¶ Scđm est bñficium prouisionis.
¶ Tertium est bñficium redemptionis.
¶ Quartũ est bñficium expectationis.
¶ Quintũ est bñficium iustificationis.
¶ Sextũ est bñficium glorificationis.

¶ Deo gratias. Amen.

¶ Quomodo põt scire aliquis se diligere deum. Sermo. 9.



Pater noster. Uiso supra sermone primo qbus rõnibus inducimur ad deum super oia diligendũ. Nunc sequitur videre an possimus p certo cognoscere q ex charitate deum diligamus. Salutet virgo &c. Pro introductione sermonis notãdum: q tota lus nostra: & intẽtio nr̃a ad hoc ferri. vt charitatem dei habeamus. Ipsa. n. est regina & forma virtutũ sine qua nulla alia vera virtus est: & nullũ opus quãtũlibet bonũ est meritoriũ: a qua omne bonũ opus pcedit & meritorium est. ¶ De primo loquit aplš. I. Cor. 13. Si linguis hoim loquar & angeloꝝ charitatẽ aũt nõ habuero factus sum velut es sonans aut cymbalũ tiniens: & si habuero pphetias: & nouerim mysteria oia & oẽm sciẽtiã & habuero oẽm fidem: ita vt montes transferrã: charitatẽ aũt nõ habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas. Et si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem aũt nõ habuero nihil mihi pdest. Et quq aucte manifeste habet q neq virtus theologica: neq moralis: neq gratia gratis data: neq aliquod genus de ope bonaꝝ valet ad meritũ sine charitate. ¶ De scđo vero habet ibidẽ cum subdit. Charitas patiens est: benigna ẽ. Charitas nõ emulatur nõ agit pperã: nõ emulatur: nõ ẽ ambitiosa: nõ querit que sua sunt: nõ irritatur nõ cogitat malũ: nõ gaudet sup iniquitatẽ: cõgaudet aũt veritati: oia suffert: oia credit: oia sperat: oia sustinet. Et qua aucte habet: q ois actus virtutũ theologicaꝝ & moraliũ sperant a charitate: vt pote a fonte ois bone operationis & omnis meriti. Et iõ maxime debemus niti vt illã habeamus & possideam⁹: q: illa habita oẽ bonũ habemus: q: oium bonoꝝ mater est. Et vt dicit Aug⁹. 15. de trinita. loquens de charitate dicit. Nullũ est isto dono excelletius: solum est qđ diuidit inter filios regni eterni & filios pditionis eterne. ¶ Si aũt querit virũ pro certo possumus cognoscere q deũ ex charitate diligamus: est notãdum p intelligentia clariori huius qõnis: q sic theologici dicũt. Duplex ẽ amor: quo possumus deũ diligere siue amare. Unus est amor naturalis: alter vero gratuitus. Et istoꝝ amoꝝ est triplex differẽtia. ¶ Prima est ex pte cause principalis. ¶ Scđa est ex pte obiecti formalis. ¶ Tertia est ex pte effect⁹ finalis. ¶ Prima ergo ex pte cause est ista: q: amor dei naturalis pcedit a na-

tura sed gratuitus perdit a gratia dei. De claro. Nā quelibet creatura suo mō amat deum etiam plusquā seipsam: insensibilia quidem naturaliter. Bruta aīalia sensitiue. Creatura vero rōnalis: per amorem intellectualem: q̄ dilectio dicitur: q2 bonum est q̄ oīa appetunt implicite 𝔱 explicite 𝔱 ipsum bonū est deus. Unumquodq3.n. appetit finez suū ꝑpter quem est: sed oīa sunt ordinata in deum: sicut in finem Prouer.16. Uniuersa ꝑpter semetipm̄ operatus est dñs. Ipse.n. deus est causa efficiens 𝔱 finalis omnium. Apoc.i. Ego sum alpha 𝔱 o principiū 𝔱 finis. ergo naturaliter oīa appetunt deum 𝔱 ꝯsequenter amant ipsum. Item ad idem. Unaqueq3 pars naturali quodam inclinatione operatur ad dilectionem totius etiam cū periculo aut detrimento proprio: vt patet cuz aliquis exponit manum gladio ad defensionem capitis: ex quo dependet salus totius corporis. Unde naturale est: vt quilibet ps suo modo plus amet totum quā seipsam. Unde sm̄ hanc naturalez rōnē 𝔱 sm̄ politicam virtutem bemus ciuis mortis periculo se exponit pro bono cōi. Concordat lex ciuilis que dicit: q̄ filius qui occidit patrem aut pater filium pro pũie defensione: dum sine scelere est: sed etiā premio eum afficiendum omnes constituerunt. ff. de relig. 𝔱 supra. ff. l. Minime. Sic 𝔱 medicus pro conseruatione totius corporis precidit mēbrum putridum: 𝔱 iudex pro conseruatione reipub. condēnat malefactorem: q2 expedit reipu. vt maleficia puniant̄. ff. ad. l. aeq. Ita vulneratus 𝔱 de sen. exco. Ut fame. Unde bonū quanto cōis tanto diuinius. Manifestū est aūt q̄ deus est bonum cōe totius vniuersi 𝔱 oīuz partiū eius. Et ideo naturali dilectione quelibet creatura magis diligit deum q̄ seipsam. Et sic patet q̄ ista dilectio procedit a natura. Gratuita vero dilectio procedit a gratia dei. Nam hec dilectio dicit̄ charitas que est virtus theologica Ideo a solo deo infunditur: ideo dicitur theologica a theos: q̄ est de⁹. Unde Ro.5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spūm sanctū q̄ datus est nobis. ℭ Scđa diffa est ex pte obiecti formalis: q2 obiectum formale dilectionis naturalis dei est ipse deus dilectus inquātum est principium totius esse. Sed obiectuz gratuite dilectionis: que est charitas: est deus: inquantum est obiectum beatitudinis: q2 finis intentus a diligente deum: est frui deo: nō vti vt dic̄ Aug⁹ in. l. de doctrina xp̄iana 𝔱 Magister in. i. sniaꝝ. ℭ Tertia differentia est ex parte effectus finalis: q2 prima dilectio naturalis nō est meritoria: q2 in naturalibus neq3 meremur neq3 demeremur: sed gratuita dilectio est meritoria vite eterne Luc.x. Dignus est operarius mercede sua 𝔱 Io.14. Quid diligit me diligetur a pr̄e meo 𝔱 ego diligam eum 𝔱 manifestabo ei me ipsum.

His ergo suppo'itis est notandum: q̄ si queritur vtruz possimus in hac vita cognoscere vtrum deum diligamus: respōdendu3 est: per duplicem ꝯclusionē. Prima ꝯclusio est: q̄ si queritur de prima dilectione naturali: tūc dicendū est: q̄ sic per rōes sup̄ros positas: q2 vt dicit scđa ratio vnaqueq3 ps naturaliter plus amat suo modo totū quā seipsam. ℭ Scđa cōclusio est: q̄ loquendo de gratuita dilectione: tūc tripliciter distinguendū est: sm̄ q̄ tripliciter pōt aliqd sciri. vt notat Tho. i. 2. q. 112. ar. 5.

ℭ Primo per reuelationem diuinalem.

ℭ Scđo per certificationē humanalem.

ℭ Tertio p presumptionē coniecturalem.

Primo modo 𝔱c. Hoc modo pōt scire in hac vita se diligere deū ex charitate ex reuelatione diuina. Et hoc contingit quãq3 quãuis raro sicut patet de Habraam cui dixit deus. Nunc cognoui. i. cognoscere te feci: q̄ timeas deum Gen.22. Et logē de timore casto q̄ non est sine charitate Eccl'i.2. Qui timetis deum diligite illū. Itē. Ps.18. Timor dñi sanctus pmanet in seculū seculi: vt ponit scđs Tho. vbi supra. Sic pōt dici de Moyse: cui dixit dñs. Inuenisti grām coram me. 𝔱 infra ostendā oē bonum tibi Exo.33. Sic reuelauit deus Magdalene cū dixit. Dimissa sunt ei peccata multa: qm̄ dilexit multum Luc.7. Sic 𝔱 paulo cui dixit dñs. Sufficit tibi grā mea. 2. Cor.12. Item i. Cor.2. Nos aūt nō spūm huius mundi accepimus sed spūm qui ex deo est: vt sciamus que a deo data sūt nobis. Itē Ro.8. Quis nos separabit a charitate xp̄i tribulatio an angustia 𝔱c. 𝔱 subdit. Certus sum.n. q̄ neq3 mors: neq3 vita: neq3 āgeli: neq3 pu

cipatus neqȝ virtutes:neqȝ instantia: neqȝ
futura neqȝ for.neqȝ al.neqȝ pfu.neqȝ crea
tura alia poterit nos separare a charitate
dei que est in xp̃o iesu do.no. Sic btẽ virgi
ni cui dictum est. Aue grã plena Luc.i.

¶ Scđo modo põt aliqđ sciri per humana
lem certificationem. Et ẽm hoc dõm q̃ nõ
potest aliqs pro certo scire q̃ deum diligat
ex charitate. Et hoc pbatur rõne ꝛ auctori
tate. ¶ Scđo qđ ẽ phisica vt p phõs dicen
sa ꝛ sensato O io.n.nostra cognitio ortũ ha
bet a sensu. Nulla.n.scientia:nulla ars libe
ralis:neqȝ mechanicha sciri põt nisi mediã
te sensu.sed nec fides habetur nisi p sensum
Si q̃ritur a nobis: Creditis qđ deus sit
vnus ꝛ trinus.rñdebitis ita. Et vnde hoc
scitis:nisi q̃ h audiuistis .sic de aliis articu
lis fidei. Dic pratice. Unde Ro.x. Ergo fi
des ex auditu:auditus aũt p verbum xp̃i.

¶ Modo ad ppositum:amor seu charitas
quã habemus ad deum nullo sensu pcipi
põt. Non enim per sensum visus : q̃ p hũc
sensum solum colorata percipimus. Chari
tas non est colorata:q̃ nec viridis nec est
rubea:nec.alba ꝛc̃.ergo hoc modo sciri nõ
potest Job.9. Si venerit ad me.s.deus per
charitatem ꝛ grãm non videbo illũ:si abie
rit non intelligam. Nec per sensum audi
tus:q̃ per hunc sensum solum vocem vel so
num pcipimus. Charitas aũt dei non est
vox nec sonus:q̃uis instrumentũ ipsius sit
vox.s.predicator. Et ẽm hoc dicitur Jo.3.
Spũs vbi vult spirat ꝛ vocem eius audis
ꝛ nescis vnde veniat aut quo vadat.

¶ Tertio non põt pcipi per sensum gustus
q̃ non habet saporem:nec amarũ nec dul
cem ꝛc̃. ¶ Quarto nec per sensuȝ adoratus
q̃ non habet odorem. ¶ Quinto : nec per
sensum tactus:q̃ tangi non potest : cum sit
res spũalis non corporalis.ergo nullo sensu
percipi ꝛ ↄsequenter nec intelligi põt. Fiat
ergo rõ formalis. Nullius rei cognitio ha
beri potest nisi per sensum:sed charitas dei
percipi sensu non potest.ergo ꝛc̃. Ideo dici
tur.i.Cor.2. Que dei sunt nemo cognouit:
nisi spũs dei:patet ratio. Auctoritas Eccle.
9. Sunt iusti atqȝ sapientes ꝛ opera eoruȝ
in manu dei : ꝛ tamen nescit homo vtrum
odio vel amore dignus sit sed omnia in fu
turum seruantur incerta. Item Job.9. Et si

simplex fuero hoc ipm̃ ignorat anima mea
Item apl´s.i. Cor.4. Nihil mihi conscius
sum:sed non in hoc iustificatus sum:qui au
tem iudicat me dñs est. Item.ps. Delicta
quis intelligit ab occultis meis munda me:
ꝛ sic patet conclusio. Bene tamen potest ho
mo scire pro certo:q̃ non diligit deũ ex cha
ritate:sicut est ille qui tenet concubinam : ꝛ
ille qui facit vsuras:ꝛ ille qui odit ꝓximuȝ
suum:ꝛ ille qui vult vindicari contra proxi
mum suum ꝛc̃. Et ideo condemnandus est
ille tanquã periurus:qui iurat se immuneȝ
a delicto:q̃ iuramentum hoc temerarium
est:sicut habetur in.c.si.de par.ꝯno. Et ex
hoc habemus q̃ qlibet homo quãtũcũqȝ
sanctus semper debet stare in timore ꝛ in
suspitione de se ipso.nunquid.s.sit accept⁹
deo ꝛ consequutus fuerit remissionem pec
catorum. Ideo Eccli.5. De propiciatu pec
catorum noli esse sine metu:ꝛ ad istũ timo
rem inducit nos duplex ratio. Prima de
pñti. Scđa de futuro. De pñti quidem:
quia incertũ est an homo nunc habeat gra
tiam. De futuro vero quia nescit an saluus
erit:q̃uis sciret pro certo se habere gratiã
in presenti. Nam ꝛ Judas habuit gratiaȝ
ꝛ postea damnatus est. Ideo Dauid Cõfi
ge timore tuo carnes meas a iudiciis enim
tuis timui. ¶ Tertio modo potest aliquid
sciri per presumptionem coniecturalem : ꝛ
hoc modo possumus scire.s.presumendo
q̃ diligamus deum ex charitate Ro.8. Ip
se enim spũs testimonium reddit spũi no
stro quod simus filii dei ꝛc̃. Sunt autẽ.8.
signa huius presumptionis:per que.s.pos
sumus presumere verisilr nos deũ diligere.

¶ Primo ab intellectu:a quo sunt cogita
tiones.

¶ Scđo a memoria:a q̃ sũt recordatiões.

¶ Tertio a volũtate:a qua sunt opatões.

¶ Quarto a concupiscibili:a qua sunt de
lectationes.

¶ Quinto ab irascibili:a qua sunt tollera
tiones.

¶ Sexto ab auditu:a q̃ sunt auditiones.

¶ Septimo a ligua:a qua sunt locutiões.

¶ Octauo a manu:a qua sũt largitiones.

¶ Primũ signum est ab intellectu ꝛc̃.naȝ
semp̃r hõ plus cogitat de eis quos plus
amat Mat.6. Ubi est thesaurus tuus ib

est ⁊ cor tuum. Unde si homo exponit libenter intellectum suum ad cogitandū de deo plusq̄ȝ de alijs rebus ⁊ intelligendū deū signum est ꝙ diligit deum. Verbi gratia. Si delectatur homo plus legere ⁊ intelligere libros sanctos qui de deo loquūtur: sicut est biblia ⁊ libri doctoꝝ catholicorum: sicut est Aug⁹ de ciui. dei: moralia Greg⁹. Epl'e Hieronymi: ⁊ alij libri sancti: signum est ꝙ diligit deū ex charitate. Si vero homo non sit capax intelligendi hos libros: si sepe cogitat de deo: signum est diuini amoris. Unde sequitur illud Jo. 2. Domine si tu sustulisti eum dicito mihi. Dicit glo. Non dicit quē: quia h' in aīa solet agere vis amoris: vt quē semꝑ cogitat nullum aliū ignorare credat. Econtra: de illo qui delectatur studere in libris paganoꝝ ⁊ poetaꝝ: signuȝ est ꝙ non diligit deū: sed potius seruiat diabolo. Unde Isidorus in lib. sn̄iaꝝ: ⁊ in decretis. 37. di. Ideo prohibetur xp̄ianis legere figmenta poetaꝝ: q: per oblectationem fabulaꝝ nimium mentem excitāt ad incentiua libidinum. Non enim solum thura offerendo demonibus imolatur. sed etiaȝ eorum dicta libentius capiendo. Hec ille. Iā videmus vt plurimuȝ tales malos esse christianos: nec mirum: quia huiusmodi homines fiunt tales quales libri quos legunt. Nam sicut hij qui student in libris legistarum per aliquod tempus fiunt legiste: sicut qui student in libris medicorum fiunt medici: sic phorum philosophi: sic theologoruȝ theologi. Sic ergo ⁊ qui student in libris paganorum de vanitate tractantium fiunt pagani: quia ex continuis actibus generatur habitus. ℭ Scd'm signum est a memoria a qua sunt recordationes: quia semper homo recordatur illius rei quam diligit: ⁊ quanto magis eam diligit tanto sepius recordatur cum delectatione: sicut Dauid ps. Memor fui dei ⁊ delectatus sum ⁊c. Sic Thobias docebat filium suum dicēs. Omnibus diebus vite tue semper habeto in mente deū Tho. 4. Sic inuitat nos christus dicens anime. Recordare paupertatis mee ⁊ transgressionis ⁊ absinthij: ⁊ fellis: ⁊ respondet anima diligens deum. Memoria memor ero. ⁊ tabescet in me anima mea. Trenoꝝ. 3. Sed hodie conqueri potest de⁹ aduersus nos. d. Obliuioni datus suȝ tanquā mortuus a corde. Sed ve illis qui obliuiscuntur dei: nam contingit eis illud qđ dicit Aug⁹. Hoc inquit iudicio plectitur peccator: vt sicut dum viueret oblitus est dei: ita dum moritur obliuiscatur sui. Dic practice: quando tales veniunt ad mortem amentes: frenetici vel obdurati: ⁊ obcecati ita vt nihil curent de anima sua: sicut nec de. 3. pede quandoq; ⁊ desperant se ⁊ sic moriuntur. Nota de illo mercatore qui dum esset infirmus ⁊ sollicitaretur ab amicis ⁊ consanguineis vt confiteretur ⁊ conderet testamentum: cum diu restitisset tandem dixit testamentum meum est: ꝙ bona mea relinquo Pape ⁊ animam diabolo ⁊ sic defunctus est. Et sic seruatur in talibus regula theologie: que habet. Per que quis peccat per hec ⁊ torquetur. Sap. xi. Et regula iuris ciuilis que habet. Quod quisq; iuris in alium statuit ipse eodem iure vtatur. c. Cum omnes de constitutio.

ℭ Tertium signum est: a voluntate: a qua sunt operationes. Nam quando quis inuenit se promptam habere voluntatem ad obediendum diuinis mandatis. Hoc manifestum est signum diuini amoris: iuxta illud Jo. 14. Siquis diligit me sermonē meū seruabit: ⁊ ibidem qui habet mādata mea ⁊ seruat ea ille est qui diligit me. Unde est ꝙ phus dicit ꝙ signū generati habitus est prompte ⁊ delectabiliter operari. De hijs tribus dicitur Mat. 22. Diliges dn̄m deuȝ tuum ex toto corde tuo. i. intellectu: ⁊ ex tota aīa tua. i. volūtate: ⁊ in tota mēte tua. i. memoria.

ℭ Quartum signum est a concupiscibili a qua sunt delectationes sensitiue quas reprimere quis conatur vt preseruet se a futuris delectationibus ⁊ de peccatis commissis dolet: signum est diuini amoris. ps. Cor contritum ⁊ humiliatum deus non despicies. Item. 2. Cor. 7. Que sm deum tristitia est penitentiam ⁊ salutem stabilem operatur. Exemplum in Magdalena que ex tristitia peccatorum suorum acquisiuit magnum culmen amoris diuini: de qua cantat ecclesia. Post fluxe carnis scandala sit ex lebete fiala in vās translata glorie de vase contumelie.

¶ Quintũ signum ab irascibili: a qua sunt tollerationes. s. passionum et adversitatũ: qr si homo libenter patitur adversa pro deo signũ divini amoris est: qui probatur tribulatione sicut aurũ in fornace. Unde de diligentibus deum dicit Sap. 3. Tanq̃ aurum in fornace probavit illos. s. deus et quasi holocausti hostiam accepit illos. Unde et exemplum habemus a dño qui dixit petro. Calicem quẽ dedit mihi pater meus nõ vis ut bibam illũ. Jo. 18. Unde si in tribulatione quis positus deficit p impatientiã vel desperationẽ: signum est q nõ amat deum. Nam ut ait Greg. in pmo moral. pena quippe interrogat si quis veraciter amat. Si aũt fortiter sive patienter substinet signũ est amoris. Cant. ultimo. Aque multe nõ potuerũt extinguere charitatẽ nec flumina obruent illã. Itẽ Ro. 8. Quis nos separabit a charitate christi etc. Exẽplum in euãgelio hodierno de tentatione dñi etc.

¶ Sextũ signum est ab auditu: qr si libẽter quis audit de deo: signũ est charitatis: alias secus Jo. 8. Qui ex deo est verba dei audit. ppterea vos nõ auditis: qr ex deo nõ estis. Nota ɔtra illos qui non veniunt ad audiendũ sermones: et libentius ad theatrum q̃ ad ecclesiã vadũt. Ecõtra de magdalena dr q stabat secus pedes dñi et audiebat verbum illius Luc. 10.

¶ Septimũ signum est a lingua: qr libẽter homo loquitur de re que diligit etc. Ideo Mat. 12. Bonus homo de bono thesauro pfert bona: et malus homo de malo thesauro profert mala. Nota cõtra mulieres que dimissis locutionibus de divinis insertunt se locutionibus et verbis ociosis: et de vanitatibus mundi et qđ deterius est detrahũt aliis ad instar filiorũ israel. Qui nauseantes mãna desiderabant alea et cepas egypti. Numeri. xi.

¶ Octavũ signũ est a manu a qua sunt largitiones. Unde si homo libenter dat elemosynas pauperibus ppter deũ signũ manifestũ est divini amoris. Cantico. vlt. Si dederit homo oẽm substãtiam domus sue p dilectione: quasi nihil despiciet eam. Econtra vero dicitur de avaris. i. Jo. 3. Qui habuerit substantiam mundi huius et viderit fratrem suum necessitatem habere: et clauserit viscera sua ab eo quomodo charitas dei manet in illo. Finis.

¶ Quare deus sit adorandus et honorandus. Sermo. io.


Ater noster. Supradictum est q deus amandus est q pater noster est: et qr est pater etiaz honorandus est. Ideo sequitur predicare de dei honoratione sive adoratione quã multi etiã christiani nõ exhibent ipsi deo sicut debent. Et ideo ipse conqueritur dicens p Malachiã pphetam. Filius honorat patrem et servus dñm suũ. Si ergo pater ego sum: ubi est honor meus: et si dñs ego sum ubi est timor meus: dicit dominus exercituum. Malachie. i. Salutetur virgo etc. Circa hanc materiã tres ɔsiderationes occurrunt faciende.

¶ Prima quare deus sit adorandus.

¶ Secũda utrũ solus deus sit adorandus.

¶ Tertia qualiter seu quõ sit adorandus.

Circa primũ notandũ: q deus multiplici rõne est adorandus et honorãdus: et q̃uis nõ valeat intellectus noster considerare oẽs rõnes quibus deus sit adorandus cum sint infinite: tñ pro modulo paucitatis nostre. Adducemus sex rationes sm q sex sunt cause propter quas debetur alicui homini reverentia et honor.

¶ Primo est ppter potentiã excellentem.

¶ Secũdo ppter scientiam eminentem.

¶ Tertio ppter sanctitatẽ informantem.

¶ Quarto ppter dignitatem pfulgentem.

¶ Quinto ppter dignitatẽ sublimantem.

¶ Sexto ppter utilitatẽ pvenientem.

Prima ergo causa qua honor seu reverentia est alicui exhibẽda est ppter potentiam excellentẽ. Hac de causa nos nõ solũ imperatores et reges sed etiã officiales honoramus: ppter hoc petrus apls precepit honorari reges: dicẽs. Deum timete regem honorificate. i. Pe. 2. Et apls precipit servitoribus ut dños suos honorent. d. Quicunq sunt sub iugo servi dños suos omni honore dignos arbitrentur. i. Thi. 6. Nota omni honore: supple licito et honesto: ut dicetur infra primo sermone. Item omni honore. s. cordis nõ despiciendo: oris reverenter lo/

Quare deus sit adorandus et honorandus

quãdo: z opis humiliter seruiẽdo. ¶ Hac
ergo rõne deus summe honorandus est. q2
eius potentia nullis limitibus angustatur
sed infinita est: sicut pz in opere creationis:
per qđ de nihilo oĩa produxit in quo tam
magna potestas ostendit: q phi antiqui
illam nõ intellexerunt. ps. Ipse dixit z fa/
cta sunt: z ꝓpter hoc dĩ oĩpotẽs: a quo oĩs
alia potestas spũalis z tpalis ꝓcedit: tanq̃
a fonte infinito oĩs potẽtie. Quid. n. sunt i/
peratores reges z mũdi principes: nisi offi
ciales dei: Auctas. Ois aĩa potestatibus
sublimioribus subdita sit. Nõ est. n. ptãs ni
si a deo: que aũt a deo subordinata sunt:
itaq3 qui resistit ptãti dei ordinationi resi/
stit. Ro. i3. z. xi. q. 3. Qui resistit. Nota nõ ẽ
ptãs nisi a deo. Glo. Aug9. s. iubente vel si/
nente. 23. q. i. Quid culpat. 8. q. i. Audacter
Iubente siquidẽ deo est ptãs iusta: sinente
vero tirãnica. Vñ ait dñs pilato. Nõ ha/
beres potestatẽ vllã in me. nisi tibi data es/
set desup Io. i9. Et nota. q ex diuina ptãte
quasi ex fonte quodã ꝓuenit duplex ptãs
in nobis. s. spũalis z tpalis. Et prima ẽ me/
lior quã scđa: vt habet in. c. Solite. de ma.
z obe. Et vtraq3 fuit in xpo. Est ergo deus
oĩpotens. Ideo Hest. i3. Dñe deus oĩpo/
tens in ditiõe tua cũcta sunt posita: z nõ
est qui possit tue resistere voluntati: tu feci/
sti celũ z terrã: z qcqđ celi ambitu ꝯtinet:
dñs vniuersoꝝ tu es. Nota cũcta: nõ sic di/
uinis tpalibus: dic regi q faciat flare ven/
tos: pluere: mare quiescere: z terram germi/
nare: ignẽ frigescere zc̃. ideo cantat ecclesia.
Tua est potẽtia tuum regnũ dñe zc̃. Hac
rõne debemus qñ adoramus dñm flectere
vtraq3 genua zc̃. ¶ Scđa cã qua honor est
alicui exhibẽdus: est scia eminens. Hac ra
tione p̃cipit deus honorari senes Leui. i9.
Corã cano capite ꝯsurge z honora psonã
senis. Rõnẽ huius assignat Iob: dicẽs. In
antiquis est sapientia: z in multo tpe pru/
dentia. Iob. i2. Hac rõne summe honorã/
dus z adorandus est deus: q est fons oĩs
scie z sapientie. Eccli. i. Fons sapie verbuz
dei in excelsis. vñ scia nostra respectu sapie
z sciẽtie dei stultitiã est. i. Cor. 3. Sapia hu
ius mũdi stultitia ẽ apud deum. Sicut. n.
noctua credit hĩe bonos oculos: s3 nos re/
putamus ipsam cecam: sic z nos ꝯpad deũ

q2 vt ait phs. 2. Metha. Sicut se hz oculus
noctue ac solem sic intellectus noster ad ma
nifestissima nature. Ideo Socrates sapien
tissimus phoꝝ: qui vt ait Valeri9 erat hu
mane sapie quasi quodã terrestre oraculũ:
interrogatus de sua scia: rñdit. Vnũ scio q
nescio. Et de phis qui reputabant se scire
multa: dicit aplus. Dicentes. n. se esse sapien
tes stulti facti sunt. Ro. i. Diuina aũt sapi/
entia est infinita: oĩa sciens oĩa ꝓspiciens:
q2 oĩa nuda sunt z aperta ante oculos ei9.
Heb. 4. ps. Mirabilis facta est scia tua ex
me. ꝯfor. est z no. po. ad eam moralr. Nota
qñ aliqđ occulte facis debes cogitare q
deus te videt. Nota exẽplum de illo sancto
patre: qui hoc respectu ꝯuertit quãdã me/
retricẽ zc̃. legitur in vitis patrũ. Unde Ps.
Cũ qđ turpe facis qđ me spectante rube/
res. Cur spectãte deo nõ magis ipse rubes.
¶ Tertio debet honor alicui ꝓpter sancti
tatẽ informantẽ. Sanctis enim debet ho/
nor: multo rõnabilior q̃ aliis predictis. Ho
nor. n. est reuerentia exhibita in testimoniũ
virtutis vt dicit phs. Hac ratione sũme
debemus deum honorare: qui est scitas
a qua oĩs scitas ꝓcedit. Vñ Isa. 40. Om
nes gentes quasi stilla situle reputate sũt
s. in ꝯspectu dei: sicut enim situla descẽdit
in puteũ ad hauriẽdũ aquã z ascendit stil
lando: sic xps descendit in puteum vteri
virginalis: z in situla humanitatis hausit
aquã scitatis z de ea stillant gutte sancti/
tatis in hoĩes. Vñ z quare petrus z pau/
lus z aliĩ sancti fuerunt scti: q2 vna gutta il
lius situle stillauit in eos. Vñ Io. i. De ple
nitudine eius oẽs accepimus. Ipse ꝟo xps
sine mensura habuit aquã scitatis. Io. 3.
Nõ. n. dat deus spũ ad mẽsuram. s. xpo: s3
aliis ad mẽsuram dat deus spũ: iuxta illũ
Ro. i2. Vnicuiq3 deus diuisit mẽsuram fi/
dei zc̃. Si ergo vni sancto debet honor: ꝓ/
pter vnã guttam sanctitatis: quãto magis
ipsi deo qui est fons oĩs sanctitatis: respe/
ctu etiã cuius nullus vere dĩ sanctus neq3
bonus. Vñ legitur Mat. i9. Et Luc. i8. q
cum qdam doctor dicit xpo. Magister bone
qđ faciam. vitã eternã possidebo: Rñdit
xps. Quid me dicis bonũ: cum nemo bon9
sit nisi solus deus: dicere tu: z xps nõne erat
deus. Dicẽdũ q ille doctor credebat xpm

esse bonū hoīem ⁊ sanctū: sed non deum.
Ideo xp̄s innuens: q nullus est pfecte bo
nus ⁊ pfecte sanctus dixit. Nemo bonus
.s. simpliciter ⁊ essentialiter: nisi solus deus:
nam omnes sancti sunt boni participatiue
Jo.i. Pe.4. In omnibus honorificetur
deus per iesum christum dominum nostrū
cui est gloria ⁊ imperium in secula seculorū
amen.

¶ Quarto debetur honor alicui ꝑpter di
gnitatem prefulgentē sicut pape ⁊ alijs pre
latis ecclesie debetur honor hac ratōe quā
uis sint mali. Unde ⁊ dominus honorauit
sacerdotes mittens ad eos leprosos Mat.
8. ⁊ Luc.17. Quāuis sciret illos esse sacrile
gos. vt not. Cip:ianus.93.di. Dominus no
ster. Sic ⁊ Constantinus imperator legitur
dixisse. Si proprijs oculis vidissem sacerdo
tem dei aut aliquem eorum qui monastico
habitu amicti sunt peccantem clamidem
meam explicarem ⁊ cooperirem eum: ne ab
aliquo videretur: sicut legitur.93.di. In scri
pturis. Ad idem facit q legitur.xi.q.3. Sa
cerdotibus. Dic hystoriam que ibi legitur.
Hac rōne sūme debemus honorare ⁊ ado
rare deū a quo ꝓcedit oīs dignitas: ⁊ cuius
sunt ministri ⁊ dispēsatores omnes illi qui
in dignitate sunt positi.i. Cor.4. Sic nos
existimet homo vt ministros christi ⁊ dispē
satores misteriorū dei ⁊c. ¶ Quinto debe/
tur honor alicui propter nobilitatem subli/
mantē: sicut filijs regum: ⁊ alijs nobilibus.
Hac ratione maxime debetur honor ipsi
deo: sicut dixit Agatha Quintiano. Sūma
ingenuitas est qua christi seruitus compro/
batur: propter quod ⁊ ecclesia dicit Deus
quem nosse viuere: cui seruire regnare est.
Si ergo ex seruitio dei magna datur nobili
tas homini: quanta: ⁊ quam infinita est no
bilitas in ipso deo? Nota moraliter q nobi
liores homines mundi sunt serui dei: quia
virtus est que facit nobiles. vn̄ poeta Oui
dius lib.i. de ponto.
Non hoīes census nec clarū nomen auoꝝ.
Sed ꝓbitas claros ingenuosq; facit.
Ratio est: q: nobilitas dicitur a notione.
Nihil autem facit homines notiores ⁊ ma
nifestiores q̄ virtus. ps. In memoria eter
na erit iustus ⁊c. Item sapie.4. O quam
pulchra est casta generatio cum claritate.

immortalis est enim memoria illius: quia
apud deum nota est. ⁊ apud hoīes. Exem
plum de sanctis qui sunt in maiori notitia
⁊ gloria q̄ omnes imperatores mundi ⁊
pape: quamuis illi sancti fuerint in hac vi
ta humillime conuersationis: sicut petrus de
apostolis qui fuerunt piscatores ⁊ de alijs
quam plurimis ⁊c. ¶ Sexto debetur ho/
nor alicui propter vtilitatem prouenientē.
Ista ratione fit honor medicis: quia sunt
vtiles ⁊ necessarij Ecclesiastici.38. Honora
medicum propter necessitatem creauit ⁊c.
Ista etiam ratione precipit deus vt filij ho
norent parentes. propter vtilitatem quam
ab eis habuerunt ⁊ expectant hēre Ephe.
6. Honora patrem tuum ⁊ matrē tuā qđ
est mandatum primum in promissione vt
bene sit tibi ⁊ sis longeuus sup terram. Hac
ratione summe debemus honorare ⁊ ado
rare deū: quia ab ipso vtilitates maximas
habemus: quia quicquid scimus: quicquid
eximus quicquid habemus ab ipso habe/
mus. In ipso enim viuimus: mouemur: ⁊
sumus Act.17. Ideo apostolus. Quid ha
bes q non accepisti. Si autem accepisti
quid gloriaris quasi non acceperis.i. Cor.
4. Et si per vnum instans deus moueret a
nobis manum suam omnes in nihilum re/
digeremur ergo venite adoremus ⁊ ꝓcida
mus ante deum ploremus coram domino
qui fecit nos: quia ipse est dominus deus
noster: nos autem populus eius ⁊ oues pa
scue eius. ps.94. Deo gratias. Amen.

¶ Utrum solus deus sit adorandus.
Sermo.xi.

Pater noster.

Dicto supra sermone pro/
ximo quare deus sit ado/
randus. Nunc sequitur vi
dere vtrum solus deus sit
adorandus. Salutetur virgo gloriosa ⁊c.
Pro introductione materie querunt do/
ctores theologi vtrum solus deus sit ado/
randus: ⁊ videtur q sic. Deutero.6. ⁊ Mat.
4. Dominū deum tuum adorabis ⁊ illi soli
seruies. Econtra quia omnes sanctos ado
Primum pctm̄ est: cogitasse que mala sunt. Scdm̄ cogitationibus acquieuisse puersis. Tertiū qd̄ mente decreueris ope complere. Quartum post pctm̄ nō agere pniam et suo sibi complacere delicto. Ille ergo peccator qui nō obstinatus est quāuis cor habeat durum ad contritionē inuocet nomen dn̄i Jesu et frangetur sicut petre in morte xp̄i etc. Per monumenta vero intelligunt corpa pctō4 que sunt speciosa exterius et depicta varijs vestimento4 coloribus et picturis: sed intus in oia sunt fetidissima. De talibus dicit dn̄s Mat. 23. Ve vobis hypocrite: q: similes estis sepulchris dealbatis que a foris parēt hoībus speciosa: intus vero plena sunt ossibus mortuorū et omni spurcitia. Ista ergo monumēta clausa sunt: qñ peccatores non confitentur: sed remediū est vt inuocent deuote nomen dn̄i Jesu: et sic aperientur ora ad confitendum: vt putredo vicio4 exeat que in corde paulo ante latebat. Et sic sancto4 corpa surrexerunt: per qd̄ significatur q̄ per contritionē et confessionem quam ex virtute noīs Jesu xp̄i habuerant: resurgūt peccatores a morte peccati ad vitā grē. Et sic qui erant prius mortui: postmodum viui et sancti resurgūt: q: non est considerandum in eis qd̄ fuerūt q: iam incipiant esse qd̄ non fuerant. 50. di. Ferrum. Unde et olim in ecclesia primitiua conferrebant baptismum apl̄i in noīe Jesu xp̄i: in cuius noīs virtute remittebantur peccata in baptismo: et dabatur gratia spiritus sancti. Unde Act. 4. dicit Petrus: nec enim nomen aliud sub celo est datum hominibus in quo oporteat vos saluos fieri. Et idem Petrus dicit Act. x. Huic oēs prophe testimonium perhibent remissionē accipere p nomē eius omnes qui credūt in eum. Item ps. 24. Propter nomen tuum dn̄e propitiaberis peccato meo multum est enim. ¶ Scd̄o hoc nomen sanctum Jesus est spiritualis fortitudinis collatiuum in psecutionibus .s. et aduersitatibus: sicut patet in martyribus qui per multa flagella et tormenta grauissima fortissimi substinebant inuocando nomen Jesus. Unde apl̄i q prius a deo pusillanimes erant: q̄ ad verbum vilissima4 persona4 timebant: sicut patet de Petro in nocte passionis xp̄i: qui ad voces ancille pertimescens negauit xp̄m. post modum virtute noīs Jesu xp̄i roborati in persecutionibus letabantur. Unde de eis dicitur Act. 5. Ibant apl̄i gaudentes a conspectu concilij. q. di. ha pro. no. Jesu cōtu. pati. Et eiusdem. 21. dicit Paulus. Ego enim nō solum alligari sed etiam mori in Jerlm paratus sum ppter nomen dn̄i Jesu. Ad idem facit exemplum de beato Ignatio: de quo scribitur q̄ inter tot tormentorum genera nunq̄ ab inuocatione noīs Jesu xp̄i cessabat: quem cum tortores requirerent cur h nomen totiens replicaret ait. Hoc nomen cordi meo inscriptum habeo: et ideo ab eius inuocatione cessare non valeo. Post mortem igitur eius. illi qui audierant hoc volentes curiose experiri. cor eius ab eius corpore auulserant: et illud scindentes per medium totum cor scriptum hoc nomine Jesus christus literis aureis inuenerunt. Unde et hoc plurimi crediderunt. Sic et Paulus apostolus innumerabiles persecutiones et pericula passus omnia in virtute huius nominis superauit: quod in tantum dilexit vt in epistolis suis quingentis vicibus hoc sanctum nomen reperiatur et in scriptura. Unde de eo dicit dominus. Vas electionis est mihi iste vt portet nomen meum coram gentibus et regibus et filijs israel Act. 9. Quinimmo sic cordi suo hoc nomen medullitus erat infixum: vt etiam post mortem caput eius decollatum tribus vici

bus hoc nomen Jesus noiauerit: dando
tres saltus ⁊ in quolibz saltu unus fons aq̄
limpidissime scaturijt: de qua aqua dante
dn̄o cum essem rome bibi ego lz indignus.
Jdeo Prouer.18. Turris fortissima nomē
dn̄i: ad ipsam currit iustus ⁊ exaltabitur.
¶ Tertio hoc sanctū nomen est duri cor-
dis mollificatiuum. s. ad iniuriarū remissio-
nem. Unde dicitur Cant. i. Oleum effusuz
nomen tuum. Jdeo adolescētule dilexerūt
te nimis. Nota q̄ oleum habet ꝓprietatez
mollificādi dura: dicit ergo ecclesia sancta
xp̄o: nomen tuum. s. Jesus est oleū: q̄r molli
ficat corda peccātoꝝ ad remissionem iniuriaꝝ
receptaꝝ. Et nota dum dicit effusum. i. ex/
pansum. s. in celo. q̄r ruine angeloꝝ replen
tur ⁊ in terra: q̄r ubiq̄ per aplos nomē
dn̄i Jesu predicatum est. ps. Jn oēm terrā
exiuit sonus eorum ⁊c. ⁊ per effectum salu-
tis. Jsa. 48. Dedi te in lucem gentium ut
sis salus mea usq̄ ad extremum terre: ideo
adolescentule. i. anime deuote que dicunt
adolescentule: quia non sunt confecte vetu
state peccatoꝝ: de quibus dicitur. ps. Jnue
terani inter oēs inimicos meos. Nota et ē-
plum q̄ contingit florentie de crucifixo qui
est in monasterio sancti Miniatis in cuius
nois inuocatione mollificatum est cor illius
cuius frater occisus fuerat: ut parceret ho-
micide fratris sui quem paulo ante quere-
bat occidere. Uic exemplum. ¶ Quarto est
corporalis infirmitatis sanatiuum: iuxta il
lud Mar. ultimo. Jn noīe meo sup egros
manus imponent ⁊ bene habebant. Unde
Petrus rauennas. Hoc est nomen quod
dedit cecis visum: claudis gressum: surdis
auditum: loquelam mutis: ⁊ vitā mortuis
restituit. Et de hoc habemus exemplum.
Act. 3. De viro claudo ex utero matris sue
qui baiulabatur ⁊ portabatur ante portam
templi: que dicitur speciosa ut peteret ele/
mosynam ab introeuntibus in templū ⁊c.
Uic hystoriam. Ubi dicitur intuens autem
in eum Petrus cum Joanne dixit. respice
in nos: at ille intendebat in eos sperans ali
quid accepturum ab eis. Petrus autem
dixit. Argentum ⁊ aurum non est mihi qd̄
autem habeo hoc tibi do. Jn nomine Jesu
christi nazareni surge ⁊ ambula: ⁊ appre/
hensa manu eius dextera alleuauit eum ⁊
protinus consolidate sunt bases eius ⁊ plā
te ⁊ exiliens stetit ⁊ ambulauit ⁊c. Et ille
die conuersi sunt ad fidem quinq̄ milia vi
rorum. Uic hystoriam. Ad idem facit exem
plum de Enea paralitico octo annis cui di-
xit Petrus. Enea sanet te dn̄s Jesus xp̄s.
surge ⁊ sterne tibi: ⁊ continuo surrexit Act.
9. De oratione sancti Uincentij. vide quot
milia sanauerit. dicendo Jesus Marie fi/
lij ⁊c. Sic dico vobis si in infirmitatibus
vestris inuocaueritis cum vera fide ⁊ deuo
tione nomen dn̄i nostri Jesu christi magis
proficuum esset q̄ vnguenta ⁊c. continuo
sanitatem consequeremini: si vobis esset ꝓ-
ficuus: non aliter. Eccle. 7. Melius est nomē
bonum. s. Jesu xp̄i q̄ preciosa vnguenta:
quia. s. magis suffragatur virtus nominis
Jesu q̄ vnguenta preciosa. Non ergo ea-
tis ad diuinos ⁊ magos: ⁊ incantatores:
quia nihil boni possunt facere nec sanare
ut dicit tex. in c. Admoneant. 26. q. 7. Nota
in legēda beati Bartholomei. Jdeo ps. 39.
Beatus vir cuius est nomen dn̄i spes eius
⁊ non respexit in vanitates ⁊ insanias fal-
sas. s. demonum ⁊ diuinatorum.
¶ Quinto est diabolice potestatis compres
siuuz. Nam diabolus audito hoc sancto no
mine expellitur ⁊ potestas eius comprimit
Unde Mar. ultimo. Jn nomine meo de-
monia eiicient. Unde apli in virtute huius
nominis demones expellebant. Luc. x. Re-
uersi sunt discipuli dicentes. Dn̄e in nomi-
ne tuo etiam demonia subijciuntur nobis.
Figura eius habetur in cythara Dauid
qua pulsante diabolus cessabat a vexatio-
ne saulis. i. Re. 16. in fine ubi dicitur. Quan
docunq̄ spūs dei malus arripiebat saul:
Dauid tollebat cytharaz: ⁊ percutiebat ma
nu sua: ⁊ refocillabatur Saul ⁊ leuius ha-
bebat: recedebat enim ab eo spiritus ma-
lus. Cur hoc nunquid timebat diabolus so
num cythare: certe non: cum dicat Job de
eo. Qui factus est ut nullum timeret Job
40. Cur ergo fugiebat: R°. quia illa cytha
ra figurabat xp̄m Jesum crucifixum: nam
cythara que fit de ligno figurabat crucem
xp̄i: corde vero cythare cum clauis tracte
figurabant membra christi tracta ⁊ exten-
sa cum clauis ⁊c. Et sicut cythara reddit so
num acutum sic xp̄s in cruce reddidit so-

tium tam acutum q per totum mundum resonuit. Si ergo diabolus fugiebat ad so-nitum cythare figurantis xpm quanto ma-gis fugabitur ad vocem Jesu christi figu-rati. Si signum figurans expulit diabolū quid faciet veritas figurata.

¶ Sexto est temporalium periculorum li-berativum maxime ad debellandos hostes ps.43. In te inimicos nostros ventilabim⁹ idest proijciemus z dispergemus inimicos nostros .s. tam carnales q̄ spirituales. Cor-nu .i. defensione nostra: quia cornibus se de-fendunt animalia z in nomine tuo .s. Jesu christi a quo dicimur christiani zc̄. Ad hoc facere potest exemplum Theodosij senio-ris: qui facta oratione breui in nomine Je-su christi: habuit victoriam contra Euge-nium tirannum tarbagastē: sicut legitur. xi. lib. ecclesiastice historie in fine. Et refert glo. magna in fine in de. si dominū de reli. z vene. sanctorum. Et scripsi supra in sermo-ne vbi agitur de orationis vtilitate. ab ali-is etiam periculis liberantur fideles in vir-tute nominis Jesu christi: sicut patet i mul-tis exemplis. Unde Grego. in primo dialo-gorum refert de Honorato viro sanctissi-mo qui ductorū monachorum pater ex-titit: q dum quadam die ex eo monte qui eius monasterio in excelso promūciebat in-gentis saxis moles excepta esset z per deue-xi montis latus veniens totius celle rui-nam z omnium fratrum interitum minare-tur: dum eam vir dei desuper venientem vidisset frequenti voce xpi nomen inuocās extensa dextra signum ei crucis opposuit eamq; in ipso de nexi montis latere caden-tem fixit: z quia locus non erat in quo mo-les illa cadens inherere potuisset aspicitur etiam nunc ita vt casura pendere videat. Ad idem facit quod idem Grego. refert in lib. 3. dialogorum de Sauino episcopo pla-centine ciuitatis qui cum fuisset nunciatū q padus fluminis cursus sui alueum egres-sus: ecclesie agros occupasset. R. s. diacono suo hoc sibi referenti. Uade z dic ei man-dat tibi episcopus vt te compescas z ad proprium alueum redeas: q diaconus au-diens despexit z irrisit. tunc vir dei accersi-to notario dictauit dicens. Sauinus domi-ni nostri Jesu christi seruus commonitoriū pado: precipio tibi in nomine Jesu christi: vt de alueo tuo in locis istis viterius non exeas: nec terras ecclesie ledere presumas atq; eidem notario subiunxit. d. Uade z hoc scribe z in aquas eiusdem fluminis proijce: quo facto sancti viri preceptū suscipiens aqua se compescuit: atq; ad proprium alue-um reuersa exire viteri⁹ in loco eadem nō presumpsit. Et subdit Greg. d. Qua in re petre quid aliud q̄ inobedientium ho-minum duritia confunditur: quando in virtute Jesu z elementum irrationabile sen-cti viri precepto obediuit. Ad idem facit q refert Jerony. in libro de vitis patrum. d. q ad inuocationem nominis Jesu fugauit ipse cum socijs cocodrillos eos insequen-tes zc̄. Patet ergo q nomen domini no-stri Jesu christi est liberatiuum a periculis ideo Exo. 15. Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius: currus Pharao-nis z exercitum eius proiecit in mare. Item ps. 19. Hij in curribus z hij in equis: nos autem domini dei nostri inuocabimus: ipsi obligati sunt z ceciderunt: nos autem sur-reximus z erecti sumus.

¶ Septimo est orationum exauditiuum. Jo. 16. Quid quid petieritis patrem in no-mine meo dabit vobis. Et ideo sancta ma-ter ecclesia in fine orationum omnium sem-per addit: Per dominum nostrum Jesum christum zc̄.

¶ Octauo est credentium honorificatiuū Jo. 1. Quot quot autem receperunt eū de-dit eis potestatem filios dei fieri hijs qui credunt in nomine eius zc̄. Magnus ho-nor est esse filium dei: z hoc confertur vo-bis ex virtute nominis iesu christi. vt dicit auctoritas allegata. ex quo sequitur q si fi-lius ergo z heres Ro. 8. Si filij z heredes: heredes quidem dei: coheredes autem chri-sti. Si tamen compatimur vt conglorifice-mur. Apoc. 22. Uidebunt faciem eius: z no-men eius in frontibus eorum. Deo. Gratias. Amen.

¶ Quomodo sit sanctificandum nomen diuinum. Sermo. 18.



Anctificetur nomen tuum. In sermoni bus precedentibus actū est quomodo sanctificandum sit nomen diuinitatis eternalis: quod est deus ꝛ nomen humanitatis tp̄alis: quod est nomen iesus. Modo ergo ꝓsequendo ordinem distin ctiōis supra posite in Sermone.16. Restat dicēdū quō sit sanctificandum nomen diuinum: quod sortimur ex sp̄uali regeneratione. Salutetur virgo ꝛc̄. ¶ Pro introductione ꝛ intelligentia huius materie: est notandum ꝙ conclusio firma est in sacra theologia ꝙ per regenerationem sp̄ualem que fit maxime per batismum iuxta illud Jo.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ sp̄u sancto ꝛc̄. Consequens ꝛ naturam ꝛ nomen diuinitatis. Probat̄ ꝯclusio hec ꝛ ratione ꝛ auctate. ¶ Ratio quidem sumitur a similitudine duplici. ¶ Prima est a similitudine generationis naturalis. ¶ Scd̄a a si'itudine gn̄ationis eternalis. ¶ Prima ergo similitudo sumitur a generatione naturali. Nam videmus manifeste ꝙ ex generatiōe naturali cōicatur a generante generato: ꝛ natura ꝛ nomen. Pater.n. hō mediante ꝟtute seminis generat filium: ꝛ in ipsa generatione cōicat ei ꝛ naturam ꝛ nomen: q: ꝛ in veritate est homo: ꝛ vocatur homo. ¶ Secunda similitudo sumitur a generatione eternali. Nā deus pater generat deum filium ꝛ in ipsa generatione dat nato: ꝙ deus est: ꝛ deus vocatur Jo.1. In principio erat verbum ¶ Sic ad ꝓpositum: deus nos regenerat in baptismo per gratiam adoptionis: per quā efficimur filij dei: eo modo quo ꝛ naturaliter generamur a parentibus carnalibus videlicet per virtutem seminis. Semen autem in hac regeneratione est verbum dei conceptum vel prolatum: conceptum. verbum est fides viua per gratiam: verbum vero ꝓlatum est forma sacramenti baptismi: sicut infra dicetur. Per hoc ergo semen cōceptū in vtero sancte matris ecclesie: qui vterus est fons baptismalis: que ecclesie est sp̄osa christi Jo.1. Qui habet sponsam sponsus est: regeneramur in filios dei: ꝛ consequimur ꝛ naturā ipsius diuinitatis: iuxta. Illud 2. Pet.1. Per hoc efficiamini diuine consortes nature: ꝛ ēt consequimur nomen ꝛ vocamur dij. Sed quomodo dicimur consortes nature diuine cum solus ipse filius dei sit eiusdem nature cum patre: nec sit illa natura diuisibilis nec cōmunicabilis. quinimo nec nōmen videtur cōmunicabile: iuxta illud Sapientie .14. Incōmunicabile nomen lapidibus ꝛ lignis imposuerunt. Sed dicendum ꝙ dicimur nature diuine consortes per aliquem effectum virtutis: quem participamus a diuina bonitate Uirtutes enim nobis infunduntur a deo in quo ipse virtutes sunt essentialiter ꝛ naturaliter: ꝛ ideo ipsas virtutes participando efficimur participatiue consortes diuine nature: ꝛ ex hoc sumus ꝛ vocamur dij: non quidem proprie sed secundum similitudinum quandam vt notat Tho. Parte 1.q.13.ar.9. Patet ratio. ¶ Auctoritas 1. Jo.3. Uidete qualem caritatem dedit nobis deus vt filij dei vocaremur ꝛ simus. Et hinc manifeste patet ꝙ omnes regenerati possunt dici fratres christi: quia ꝛ vere sunt fratres eius. Ro.8. Quos presciuit ꝛ predestinauit ꝯformes fieri ymaginis filij sui vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. ꝓpter hoc merito domin⁹ redarguit iudeos di. Jo.10. Non ne scriptum est in lege vestra q: ego dixi dij estis. Si illos dixit deos ad quos s̄mo dei factus est ꝛ non potest solui scriptura quem pr̄ sctificauit ꝛ misit in mūdum: dicitis quia blasfemus sum: q: dixi filius dei sum. q.d. irrationabiliter ꝛ mendaciter hoc dicitis: quia omnes electi per gratiam dei sunt filij: ꝛ nominantur filij dei. patet auctoritas. Et quamuis omnes electi mixti simus. i. filij dei cum filijs dyaboli hoc est ideo: quia nondum manifestatus est effectus huius filiationis: quādoquidē zizania est mixtum cum tritico. Sed veniet dies in qua apparebit huius effectus: ꝛ distinguentur ab inuicem sicut pastor segregat oues ab edis. Unde.1. Jo.3. Carissimi nunc filij dei sumus: sed nondum apparuit quid erimus: scimus autem quoniam cum apparuerit similes ei erimus quoniā videbimus eum sicuti est. ¶ Igit sicut conformes sumus filio dei iesu christo quantum

ad hoc vt filii dei nominemur et simus: sicut dictum est: Sic debemus esse etiam ei conformes in sanctificatione: vt sicut filius dei est sanctificatus a patre. Iuxta illud Io. lo. Quem pater sanctificauit et misit in mundum: sic et nos sanctificemur ab ipso deo patre: vt sic sanctificemus in nobis nomen hoc diuinitatis quod ab ipso per regenerationem spiritualem sortiti sumus: sicut et ille qui factus est miles debet honorare in se nomen illud militaris dignitatis: sic et comes: sic et rex et doctor etc. ne degeneret nomen a moribus: quia vt dicunt legiste: nomen debet esse consequens rei. inst. de dona .§. Est et aliud. Et hoc petimus per hanc petitionem. Sanctificetur nomen tuum. i. illud nomen tuum quod est in se sanctum: quod et sortiti sumus per regenerationem sententialem fiat et appareat sanctum in nobis vt nos iuxta modulum nostrum sanctissimus sicut tu domine sanctus es. Et hoc tunc fiet: quando gratia quam in baptismo consequuti sumus perseuerabit in nobis: per quam semper sancti sumus. Unde Ciprianus: quia ipse deus dixit sancti estote quoniam et ego sanctus sum: ideo petimus et rogamus vt qui in baptismo sanctificati sumus in eo quod esse cepimus perseueremus. Igitur hinc sumpta occasione videamus quot modis possumus a deo sanctificari. quanto enim pluribus modis sanctificationem habere poterimus: tanto facilius acquirere poterimus huius petitionis effectum. Notandum igitur quod quinque modi sunt a diuina bonitate instituti ad sanctificandum nos: qui sunt quasi quinque riuuli a fonte diuine gratie procedentes. ¶ Primus est modus specialis preuentionis. ¶ Secundus est modus baptismalis ablutionis. ¶ Tertius est modus sacramentalis confessionis. ¶ Quartus est modus presentialis contritionis. ¶ Quintus est modus martirialis afflictionis. ¶ Primus modus etc. isto primo modo leguntur tres sanctificati vz Ieremias de quo Iere. i. Postquam te formarem in vtero noui te: et antequam exires de vulua sanctificaui te. Secundo legitur et de Ioannes baptista de quo dicitur Luc. i. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue. Fuit autem ista sanctificatio facta ex infusione spiritus sancti per verbum virginis gloriose salutantis Helisabeth: sicut dicit Crisost. Et secundum quod dicit Tho. in. 4. di. 6. Super litteram. Tunc vsus liberi arbitrii fuit acceleratus in Iohanne miraculose. Tertio legitur de virgine Maria: de qua dicit Bern. in sermone .2. De assumptione eius Beatam virginem omnimodis constat ab originali peccato contagio sola dei gratia priusquam nasceretur esse mundatam quam nil mirum pietas christiana credere prohibet vel minus Ieremia in vtero sanctificatum vel non magis Ioanne spiritu sancto repletam. Idem Ber. in epistola ad canonicos lugdunenses. Ego puto quod et copiosior sanctificationis benedictio quam in aliis sanctis ab vtero sanctificatis in eam descenderit: que non solum ipsius ortum sanctificaret: sed et vitam eius ab omni peccato deinceps immunem conseruaret quod alteri nemini in natis quidem mulierum creditur esse donatum. ¶ Quarto quidam asserunt de Iacob: sicut refert magister In. 4. Iniarus di. 6. Quod videt de illo antequam nasceretur scriptum est. Iacob dilexi. Esau autem odio habui. Malach. i. et Ro. 9. ¶ Quinto idem dicunt quidam de Iacobo minore: sicut videntur asserere. Egisippus et Ier. in li. de viris illustribus: dicentes quod ipse ex matris vtero sanctificatus fuit. Et idem videtur tenere Iacobus de voragine in quodam sermone de eodem sancto Iacobo ¶ Secundus modus est baptismalis ablutionis que principaliter directe sit ordinata contra maculam culpe originalis: nihilominus mundat etiam ab omni actuali veniali et mortali: si illud inueniat in anima baptizati et bene dispositi: et hec operatur in virtute passionis domini. Aug. .i. q. i. Detrahe que tanta vis aque vt corpus tangat et cor abluat. Et non quod non solum actu baptisma susceptum sed etiam proposito mundat a culpis omnibus quando non est copia baptizantis vel aque vel aliquod impedimentum: impedit ab actuali susceptione. Nota exemplum quod refert textus in. c. Debitum de bap. De isto ergo modo sanctificationis dicit apostolus. Peccatores aliquando fuistis: sed abluti estis: sed sanctificati sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu christi. i. cor. 6. ¶ Tertius modus est sacramentalis confessionis. Uirtute enim confessionis sacramentalis sanctificauit

anima a peccatis. Ideo autem dixi sacramentalis ad driam confessionis iudicialis qz iste cōfessiones hūt contrarios effectus Et vt de ceteris taceam: dicā tm̄ vnuz qđ ex confessione iudiciali. s. facta coram iudice ab eo contra quem agitur: siue per modum accusatōis: siue inquisitōis: siue denūciatōis. Isti enim sunt tres modi agendi vt in. c. Qualr ꝛ qñ de accus. ex ꝯfessione in quam ista iudiciali sequitur condēnatio: qz sicut dicit lex. In cōfessum nulle sunt partes iudicis nisi in ꝯdemnando. l. ꝑinde ff. ad. l. aquilia. c. euidentia de accusatio. Nota exemplum de Achior cui dixit Iosue. Fili mi da gloriam dño deo Israel ꝛ confitere atqz indica mihi quid feceris ꝛ ne abscondas ꝛc. Post quam autem confessus fuit peccatum suum dixit ei Iosue Quia turbasti nos: exturbet te dñs in die hac: lapidauitqz eum ols Israel: ꝛ cuncta que illius erant igne cōsumpta sunt Iosue 7. ¶ Ex confessione aūt sacramētali sequitur absolutio a peccatis ex potestate clauium apostolis ꝛ aliis sacerdotibus data Io. 20. Quorum remiseritis pec. remi. eis. ꝛ quorum reti. retenta sunt. Hoc aūt dñs figuratiue precepit qñ leprosos ad sacerdotes misit dicens. Ite ostendite vos sacerdotibus Luc. 17. ꝛ Mat. 8. de hac ergo sanctificatione potest intelligi illud apostoli Ro. 6. Nunc liberati a peccato serui autez facti deo habetis fructum vestrum in sanctificationē. finem vero vitam eternam.

¶ Quartus modus est penitentialis contritionis: qz qñ deest copia confessoris: vel aliquo impedimento interueniente peccator confiteri non valet: tunc sufficit sola cōtritio ad sanctificandum animam. ps. Dixi confitebor aduersum me iniustitiaz dño ꝛ tu remisisti impietatem peccati mei. Exēplum habemus in latrone cum dño crucifixo cui ex vi contritionis dñs peccata remisit ꝛ paradisum promisit di. Amen dico tibi hodie mecuz eris in paradiso Luc. 23. Non enim latro ille martir fuit: qz non ꝓ xp̄i noīe: sed pro demeritis facinorum suorum crucifixus est vt dicit Augu. in lib. de vnico baptismo: ꝛ habetur in decretis de conse. di. 4. Baptismi vicem. Nec ob. quod dicit Ier. de peni. di. 1. Importuna: vbi loquens de latrone: dicit ꝙ fecit homicidiū ꝑ pena martirium: qz vt dicit ibi glo. hoc intelligitur ratione eterni premiū quod quasi martir recepit confitendo. Martir enim dicitur latro. i. confitens: martir enim interpretatur confitens. Si autez queras vnde hanc contritionem habuit latro ille: respondeo: ex tactu vmbre brachiū xp̄i: nec mirum cum de petro legatur Act. 5. quod vmbra eius sanabat infirmos: De hac ergo sanctificatione in vltima hora vite potest intelligi illud Iere. 12. Cōgrega eos quasi gregem ad victimam ꝛ sanctifica eos in die occisionis. Nota moraliter contra multos: q vellent sctificari ad instar latronis vellent enim habere malam vitam: ꝛ bonam mortem. De talibus dicit Ier. ꝙ vix de centum milibus vnus saluatur: ꝛ de nullo in scriptura legitur nisi de latrone. vnde Augu. in lib. de pnīa ꝛ in decretis de pe. di. 7. Nullus expectet qñ peccare non potest. Arbitriū enim querit libertatem. s. deus vt delere possit cōmissa: non necessitatē. Qui prius itaqz a peccatis relinquitur qꝫ ipse relinquat ea: non libere sed quasi necessitate condemnat ꝛc. idem Augu. in eadē di. in. c. Siquis positus sic ait. Age. pniam dū sanus es: si sic agis: dico tibi qz securus es: qz pniam egisti eo tp̄e quo peccare potuisti si aūt vis agere pniam qñ peccare non potes peccata te dimiserunt non tu illa.

¶ Quintus modus est martirialis sctificationis ꝛ hoc verum non solum qñ pro fide quis moritur sed ēt qñ pro quacūqz virtute: siue iustitie: siue castitatis: siue alteriꝰ. Probatur hoc auctē ꝛ exemplo. Auctas hētur Mat. 5. Beati qui persecutionē patiuntur ꝓpter iustitiam: qm̄ ipsorum est regnum celorum. Nota ꝓpter iustitiam. s. generalem que cōprehendit oēs virtutes. Exemplum habetur in Ioanne baptista: qui martir est gloriosus: qui tamen non ꝓpter fidez sed ꝓpter iustitiam occisus fit vt pz Math. 6. De isto ergo modo sanctificationis pōt intelligi illud Sopho. i. Preparauit dñs hostiaz sanctificauit vocatos suos. Deo grãs. Amen.

De regno dei put datur in vita presenti. Sermone. 19



Adueniat regnum tuum. Postquam in proxima precedenti petitione petiuimus bonum iustificationem idest gratiam gratis facientis. Gratia aut ipsa est via ad gloriam que non est aliud quam gratia consumata et ad complementum adducta. Ideo consequenter subditur hic secunda petitio per quam petimus bonum glorificans dicentes. Adueniat regnum tuum. ¶ Salutetur virgo maria &c. Pro euidentia et intellectu huius petitionis est notandum: quod hec petitio sic dupliciter intelligi: secundum quod dupliciter pot accipi regnum dei. ¶ Primo modo pot accipi regnum dei quod datur in vita presenti. ¶ Secundo modo pot accipi regnum dei quod datur in vita futura. primum regnum dei est iustitia generalis in qua comprehenduntur oes virtutes propter quod dicit apostolus Ro.14. Non est regnum dei esca et potus sed iustitia, et pax et gaudium in spiritu sancto. et Grego. dicit. quod summum bonum est iusticiam colere ac sua cuique iura seruare. 12.q.2. Cum deuotissimam. Hoc ergo regnum dei consistit in iusticia prout est virtus generalis: pax autem et gaudium sunt effectus consequentes ipsam iusticiam: quasi fructus et premia et ramune rationes eius sicut enim ex vitio sequitur turbatio et inquietudo iuxta. Illud. Ps. Turbati sunt oes insipientes corde. Isa.57. Non est pax impiis dicit dominus. Item Augu. Iussisti domine et sic est vt pena sibi sit ois inordinatus animus sic ex iusticia sequitur pax et gaudium Ps.118. Pax multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum. Item alibi. Ps.84. Audiam quod loquatur in me dominus deus quoniam loquitur pacem in plebem suam et super san c.s. et in e.qui puer.ad cor. Et quia iustitia et pax et gaudium in nobis ipsi sunt si virtuose viuimus. Id circo dicit dominus Luc.17. Regnum dei intra vos est. Dr autem iusticia regnum dei duplici ratione. s. passiue et actiue: passiue quidem quia virtutes ipsas in iustitia generali contentas deus regnat in nobis et nos ab ipso regimur: sicut regnum regitur a rege et ipse rex regnat in regno per vasallos suos. virtutes enim sunt vasalli xpi propter quod christus dicitur dominus. virtutum. ps. Dominus virtutum ipse est rex glorie: et de virtutibus prout sunt habitus infusi. ¶ Actiue vero: quia per virtutes nos sumus reges: inquantum per eas bene regimus potentias anime quasi quatuor maximas ciuitates: quia videlicet potentiam intellectiuam: bene regimus per fidem et prudentiam. potentiam appetitiuam rationalem que est voluntas bene regimus per caritatem et iusticiam. potentiam irascibilem per fortitudinem et patientiam. potentiam concupiscibilem per temperantiam et sobrietatem regimus etiam corpus cum. 5. sensibus quasi aliud regnum cum. 5. castris propter quod dicitur. Apoc. 5. Fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes: et regnabimus super terram. vnde vers. Si bene membra regis: es dignus nomine regis. Hoc est regnum verum: sine quo nullus potest vere dici rex. Nota hic exemplum Diogenis et Alexandri qui Dyogenes cum dixisset quod Alexander erat seruus seruorum suorum: interrogatus ab eo quare hoc diceret. Respondit. Ego preualeo cupiditatibus meis refrenans illas et subiciens mihi illas: vt mihi seruiant. Tibi autem cupiditates preualent et illarum seruus efficeris illarum obtemperans dictioni: ergo seruus es seruorum meorum. Ideo dicit scriptura. Melior est patiens viro forti et qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Prou.16. Item ecclesia. Omnipotens et misericors deus quem nosce viuere cui seruire regnare est &c. Igitur secundum hunc sensum. Per hanc petitionem. Adueniat regnum tuum. Petimus iusticiam generalem que vt dixi continet omnes virtutes et quam uis hec petitio posset intelligi in prima petitione per quam petimus gratiam iustificantem: in qua etiam connectitur iusticia et cetere omnes virtutes infuse. Nihilominus de huiusmodi iusticia sermo presens erit ex quo in ea dicitur consistere regnum dei. Notandum ergo quod iustitia diffinitur sic a legistis. Iusticia est constans et perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens: vt Institut. de iustitia

⁊ iure in principio ⁊.ff.eo.ti.i. Justicia. sicut autem dicit Tho.22.q.58.ar.i. Voluntas accipitur hic pro actu non potentia: ⁊ accipitur hic actus pro habitu: sicut consuetu⁊ erat apud antiquos diffinire habitus per actus: sicut Aug⁹ dicit super Joánem ꝙ fi deo est credere ꝙ nõ video. ⁊ Ambro. ꝙ penitentia est preterita mala plangere ⁊ plangenda iterum non committere. Dicitur autem ꝑpetua nõ ex pte actus: non q² actus perpetuo duret: quia sic solius dei volũtas est ꝑpetua: sed ex parte obiecti: q².s. aliquis velit perpetuo facere aliquid: ⁊ hoc requiritur ad rationem iusticie: non enim sufficit ad rationem iusticie quod aliquis velit ad horam in aliquo negocio seruare iusticiam: q² vix inuenitur aliquis qui velit in omnibus iniusta agere: sed requiritur ꝙ homo habeat voluntatem perpetuo ⁊ in omnib⁹ iusticiam conseruandi. Quod aũt sequitur ius suum vnicuiq₃ tribuens: intelligitur vel per modum imperantis ⁊ dirigentis ⁊ hoc pertinet ad iudicem: quia iudex est iustum aiatum: ⁊ princeps est custos iusti: vt dicit in.5. ethico⁊ vel per modum exequentis. ⁊ sic subditi reddant quod suu⁊ est vnicuiq₃ Est igitur notandum ꝙ loquendo de iusticia: prout est virtus generalis ẜm ꝙ accipit eam dicitur: quod regnu⁊ dei est iusticia ⁊c. Ad iusticiam pertinet vnicuiq₃ reddere qđ suum est: tunc ergo erimus iusti cum reddiderimus vnicuiq₃ ꝙ suum est.i. debitu⁊. Et cõsequenter adueniet ad nos regnum dei inquantũ põt in pñti vita haberi. Quinq₃ ergo debemus diuersis que debemus eis soluere. v⁊.

¶ Primo debemus deo verã credentiã.
¶ Scđo superiori ꝓmptam obiam.
¶ Tertio equali ɠṅalem beniuolentiam.
¶ Quarto inferiori solicitam diligẽtiam.
¶ Quinto nobis metipsis purã ꝯtinẽtiã.

¶ Pŕio ergo ⁊c. Vera credentia est qñ credulitas interiorem conformis operibus exterioribus. Veritas enim vt ait phs est adequatio rei ad intellectum. tunc ergo est vera fides qñ est cordialis ⁊ verbalis: vt qđ cor credit os loquatur confitendo. Talis erat fides Dauid qui dicebat. Credidi propter ꝙ locutus sum ⁊c. Notandũ ergo qđ circa fidẽ h₃ se quadrifariã genus hũanu⁊. Quidã.n. hñt fidem cordialem: ⁊ nõ verbalẽ: sicut sunt illi qui timore mortis abnegant fidem xp̃i ore: tñ corde tenent eam ⁊c. Tales si in tali statu decedunt dãnant̃. Ro.x. Corde creditur ad iusticiam: ore aũt confessio fit ad salutem. Nota exemplum de Eleazaro sene: qui noluit mortem euitare simulãdo se carnes porcinas mãducasse ⁊c. Sicut legit̃.i. Macha.6. Quidã vero ecõtra hñt fidem verbale⁊: sed nõ realem: sicut sunt falsi xp̃iani: qui confitentes verbo xp̃i fidem in corde: tñ aut non credunt aut dubitãt: dubius aũt in fide infidelis est: sicut dicit tex. in. c.i. de hereticis. Multi sunt hodie tales qui adorant xp̃₃: audiunt missas ⁊ sermones: sed in corde non credunt. Quod p₃ q² viuunt carnaliter ⁊ in peccatis mortalibus: sicut sunt concubinarij: vsurarij: symoniaci: pyrate: vindicatiui: ⁊ ceteri hmõi: tales non sunt vere fideles. Unde aplus ad Titum.i. Confitent̃ se nosce deu⁊: factis autem negãt. Super quo textu dicit Jeron̄. ⁊ habetur in decre.xi.q.3. Estiment qdam in eo deum tantum negari: si in persecutione quis a gentilitate comprehensus confiteri renuerit se esse xp̃ianum. Ecce apl's omnibus que peruersa sunt: factis deum asserit negari. xp̃s sapientia est: iusticia: veritas sanctitas: fortitudo. Negatur per insipientiam sapientia: per iniquitatem iusticia: per mendacium veritas: per turpitudinem sanctitas: per imbecillitatem animi fortitudo: quotienscũq₃ vincimur a vicijs atq₃ peccatis: totiens negamus deum. Quida⁊ ⁊ 3° neutram fidem habent neq₃ cordialẽ neq₃ verbalem: sicut sunt infideles: contra quos dicitur Jo.3. Qui nõ credit iam iudicatus est. Item Mar.vlti. Qui vero non crediderit condemnabitur. Quidam ⁊ 4° hñt vtranq₃ sicut sunt veri xp̃iani qui ⁊ corde perfecto credunt: ⁊ nullo timore concussi confiteri xp̃m pertimescunt. hanc credulitatem debemus deo. nam ⁊ ipse precepit discipulis: d. Eritis mihi testes in Jerusalem ⁊ in omni iudea ⁊ samaria ⁊ vsq₃ ad vltimum terre. Ideo apl's Hebr.xi. Oportet accedentem ad deum credere ⁊c. Sic ergo faciendo reddemus deo credentiam debitam. ¶ Scđo debemus superiori ꝓmptam obedientiam ⁊ hec duplici ratione.

¶ Prima est qr superior tam spualis q̄ tpalis est vicarius dei. vnde sicut debem obia deo: sic z vicario eius: qr represẽtat per sonam eius Luc.10. Qui vos audit me au dit: z qui vos spernit me spernit. Itez Ro 13. Omnis anima ptātibus sublimioribus subdita sit: nō enim est potestas nisi a deo: que autē a deo sunt: ordinata sunt. Itaq qui resistit potestati dei ordinatōni resistit z infra dei enim minister est vindex in irā ei qui malum agit. Ad idem facit .xi.q.3. Qui resistit. ¶ Secunda ratio est: qr obia est quedam ptestatio fidei interioris: z id sicut debetur fides deo vt supra dictū est sic z obia. Ipse autem deus precipit vt obediamus prelatis. ergo debemus prela tis obdire. Heb.13. Obedite prepositis ve stris z subiacete eis. Ipsi enim peruigilāt quasi rationem pro aiabus vestris reddi turi. vnde ad ppositum dicit Greg. in mo ralibus lib.vltimo z habetur octaua.q.i. Sciē dum. Obia' victimis iure preponitur: qr p victimas aliena caro: per obediam vero propria voluntas mactatur. Ex aduerso ergo melius ostenditur quid de eius laude sentiatur. Si enim quasi ariolandi est pec catum repugnare z quasi scelus ydolatrie nolle acquiescere sola est que fidei possidet meritū obedientia: sine qua quisq in fide lis esse puincitur: et si fidelis esse videat. Ex quo textu patet q̄ inobediens dr eē infidelis: z ideo maxime est puniendus in obediens. vnde pius Papa.xi.q.i. Siquis sacerdotum vel reliquorum clericorū suo epo inobediens fuerit: aut ei insidias pa rauerit: aut contumeliam aut calumniam vel conuicia intulerit z conuinci potuerit mox depositus curie tradat z recipiat q̄d iniq gessit. ¶ Predicta vera sunt i licitis z honestis alioqn non tenetur subditus obedire superiori si ei precipiat aliquid in honestum z iniustum dūmodo manifestū sit iniustum .vt probatur .xi.q.3. Si domi nus z.c. Iulianus z no.gl.in.c. Veruz testi culorum Lectatan.13.di. vide hoc. Si autē non sit manifeste iniustum excusatur sub ditus obediendo ratione dubij z subiectō nis.23.q.i. Quid culpatur. ¶ Tertio de bemus equali generalem beniuolentiam

non excipiendo aliquez sed oēs debemus diligere bonos z malos amicos z inimicos zc. Probatur ratione z auctāte. ¶ Ratō sumitur a silitudie. Non videmus q̄ pp reuerentiā z amorē quem gerimus. ed de um diligimus z honoramus ymagines su as cuiuscumq sint materie: siue de auro: si ue de argento: siue de lapide: siue d ligno: siue et de carbone z hoc non ratione yma ginis sed ratione ymaginati: vt probatur de conse.di.3. Venerabiles z.c. Perueniē Idem de ymagine virginis z sanctorum. Modo nulla ymago in creaturis corpora libus est magis propria deo q̄ hō Gen.i. Faciamus hoiem zc. Et ad eiusdem yma ginem quippe dei factus est homo. De clara zc. Oz ergo q̄ exhibeamus reueren tiam homini z beniuolentiam cuiuscumq sint qualitatis: siue sint de auro: vt sunt per sone hntes caritatem: siue sint de argento vt sunt homines habentes sciam: siue sint de lapide vt sūt iracūdi: siue de ligno vt p sone mūdane: que sunt vt ligna arida siue de carbone: vt sunt peccatores z ribaldi q interius sunt nigri per malam conscientiā z exterius per malam famaz. Tren.4. De nigrata est super carbones facies eorum z non cogniti in plateis .s. vite bone: qr oēs ad ymaginem quippe dei facti sunt. Id dr.i.Io.4. Si quis dixerit qm diligo deū z fratrem suuz oderit: mendax est. Qui n non diligit fratrem suum quem videt deū quē non videt quō pōt diligere. Itez alia auctoritas Mat.6. Diligite inimicos vros benefacite his qui oderunt vos zc. Nota benefacite debet enim ista dilectio z beni uolentia habere tria .s. cor: linguaz: z opus alioquin nō ē vera.i.Io.3. Qui habuerit substantiam mundi huius z viderit frem suum necessitatem habere z clauserit vi scera sua ab eo: quomō caritas dei manet in illo: Filioli non diligamus verbo. neq lingua tantū: sed opere z veritate. Patet ergo q̄ debemus equali beniuolentiam generalem. Ideo dicit apostolus. Ro.13. Reddite omnibus debita cui tributum: tributum: cui vectigal vectigal: cui timo rem timorem: cui honorem honorem. nemi ni quicq̄ debeatis nisi vt inuicē diligatis.

¶ Quarto debemus inferiori solicitam diligentiam: ne occasione negligentie prelati subditus pereat: ⁊ exigatur sanguis eius de manibus suis. Ro. 12. Qui preest in solicitudine: nec excusatur si pastor si dicat se ignorare subditos esse malos: sicut plerique prelati se excusant: quia cuilibet pastori precipitur a deo dicente. Diligenter agnosce vultum pecoris tui tuosque greges considera. Prouerb. 27. Ideo dicit Gregorius in registro ⁊ habetur in .c. Quis de regu. iuris. Non excusatur pastor si lupus comedit oues ⁊ pastor ignorat quinimo pastor debet exponere vitam suam pro salute subditorum Jo. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Super quo textu dicit Grego. in Omelia. primum nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus impendere: postremum vero si necesse sit etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare. A primo autem hoc minimo peruenitur ad postremum maius. Sed cum incomparabiliter longe sit melior anima qua viuimus: terrena substantia quam exterius possidemus: qui non dat pro ouibus substantiam suam quando pro his daturus est animam suam? Quinto debemus nobis metipsis puram continentiam Ro. 8. Fratres debitores sumus non carni vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Deo gratias. Amen.

¶ Quid sit regnum dei.
Sermo. .20.



Dueniat regnum tuum. Supra sermone proximo exposita est hec petitio secundum primum modum prout scilicet accipitur regnum dei prout datur in vita presenti. Modo restat exponere ipsam secundum modum videlicet prout regnum dei accipitur quod datur in vita futura. Salutetur virgo ⁊c. Igitur intelligendo hanc petitionem de regno dei quod datur in vita futura: est sensus cum dicimus. Adueniat regnum tuum .i. petimus vt perducat nos ad regnum tuum. hoc est regnum non caducum: non vanum non transitorium: sicut fuerunt ⁊ sunt regna mundi non ne vanum ⁊ caducum fuit regnum assiriorum: non ne fuit vanum regnum Persarum ⁊ medorum: non ne fuit vanum regnum grecorum? Non ne vanum fuit etiam regnum romanorum. Ista enim fuerunt principalia regna mundi que fuerunt. ostensa ex diuina reuelatione Danieli in septia visione sub specie quatuor bestiarum vt legitur Daniel. 7.
¶ Primum regnum assiriorum ostensum fuit sibi sub specie leene. ¶ Secundum scilicet persarum ⁊ medorum sub specie vrsi.
¶ Tertium grecorum sub specie pardi.
¶ Quartum romanorum sub specie bestie terribilis atque mirabilis ⁊ fortis nimis: dentes ferreos habentis ⁊c. De qua bestia. Dicit. ps. Singularis ferus depastus est eam. omnia ergo regna terrena vana sunt. Ideo dicit Hecuba vxor regis Priami lamentans destructionem troie: sicut refert Seneca in prin. 6. Tragedie. Quicunque regno fidit ⁊ magna potens dominatur aula: nec leues metuit deos: animumque rebus credulum letis dedit: me videat ⁊ te troia: non vnquam tulit documenta fors maiora quam fragili loco starent superbi. Igitur non hoc regnum petamus a deo patre nostro: quia miserrimus est qui spem ponit in huius regnis caducis ⁊ in affluentia temporalium prosperitatum: ⁊ fidit in falaci fortuna. 1. Cor. 15. Si in hac vita tantum in christo sperantes sumus miserabiliores sumus omnibus hominibus. Petamus igitur regnum stabile illud ⁊ eternum quod ab eterno est electis paratum: iuxta illud Math. 25. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod paratum est vobis a constitutione mundi. Hoc regnum instructus a spiritu sancto petiuit latro in cruce dicens. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum Luc. 23. De quo Dauid in. ps. Regnum tuum regnum omnium seculorum ⁊c. Item Dan. 7. Potestas eius potestas eterna que non auferetur ⁊ regnum eius quod non corrumpetur. De hoc igitur regno tria nobis consideranda occurrunt.

¶ Primo quid sit.
¶ Secundo quantum sit.
¶ Tertio quorum sit.
¶ Circa primum erit sermo noster hodie. Pro declaratione igitur nota quod regnū dei est vita eterna: vita autem eterna consistit i clara cognitiōe dei iuxta illud Io.17. Hec est autem vita eterna vt cognoscant te solum verum deum ꝛ quē misisti iesum christum. Ex hac autem cognitione dei ꝓcedunt duodecim beatitudines: que significantur pro duodecim fructus ligni vite: de quibus legitur. Apoc. vlti. Istarum igitē duodecim beatitudinum: quattuor pertinēt ad animam quattuor vero ad corpus: quattuor ad compositum.
¶ Prima ergo beatitudo concernens anime est clara visio.
¶ Secunda est firma tentio.
¶ Tertia est delectabilis fructio.
¶ Quarta creaturarum cognitio
¶ Prima concernens corpus est imortalis impassibilitas.
¶ Secunda leuis subtilitas.
¶ Tertia penetrabilis agilitas.
¶ Quarta fulgens claritas.
¶ Prima concernens compositum est concordia seu pax generalis.
¶ Secunda est abundan ia vniuersalis.
¶ Tertia est plena iocunditas.
¶ Quarta est certa perpetuitas.

Prima ergo est clara visio.i. Io.i. Videbimus deum sicuti est.i. suam maiestatē: claritatem: benignitatem ꝛc. Videbitur aute; ipsa diuina essentia ab omnibus beatis tota sed non totaliter.i. prout est infinita. Videbitur tamen essentia diuina limpidius ab vno q̄ ab alio ut notat Tho.i.parte.q.12.ar.6. ꝛ ista diuersitas erit ex parte videntium non visi.s. dei: quia idem erit visum. Ex parte ergo obiecti.s. dei cum sit vnum simplicissimū nulla potest esse diuersitas sed ex parte potentie. Nam quantū; vna potentia magis erit perfecta lumine glorie q̄ altera: tanto perfectius operabitē circa vnum idem obiectum: sicut idem sol diuersimode aspicitur vel eadem lr̄a a diuersis legentibus ſm q̄ oculis magis ꝛ minus est dispositus ad videndum. ex ista ēt visione causabitur triplex gaudiū. ¶ Primum erit in videndo faciem diuinā. ps. Ostende faciem tuam ꝛ salui erimus. Ber. in epla ad sophiam virginem. Re vera illud est verū ꝛ solū gaudiū qđ non de creatura sed creatore ꝓcipitur: qđ cū possederis nemo tollet a te cui cōparata ois aliūde iocunditas meror est ois suauitas dolor est oē dulce amarū oē decorū fedū: oē postremo quodcūq̄ delectare possit molestū ꝛc. hec ille. Hanc faciē desiderabat Moyses videre. Exo.33. dicens. Ostende mihi faciem tuam. Et audiuit a domino. Ostēdā tibi oē bonum. ¶ Scđm gaudiū erit videndo humanitatē xp̄i. Isa.33. Regem in decore suo videbūt Ber.. Plenū prorsus oi suauitatis dulcedine videre hoiem hois conditorem. ¶ Tertiū gaudiū erit in ꝯsideratiōe vnionis humane nature ad diuinā. Mirabile enim gaudiū electis erit cū agnoscent q̄ fr̄ eorum ſm carnē verus deus est. Nota q̄ aliquis est ꝓmotus in potentiā quantum gaudēt ꝯsanguinei eius ꝛc. Ecclesiastes.xi. Dulce lumen ꝛ delectabile est oculis videre solē. ¶ Secunda beatitudo est firma tētio: cōprehendent enim beati deum in sene currite vt cōprehendatis.i.cor.9. Non quidem cōprehensione tali q̄ deus cōprehensus includatur in electis: quia hoc est impossibile intellectui creato. Augustinus ad Paulinum in libro de videndo deū. Attingere mente deum magna est beatitudo cōprehendere autem est impossibile. Sed cōprehendit anima beata deū comprehensione tentionis: quia tenet eum ista fortiter q̄ nunquam ab eo seperari potest vnde. Cantico.3. dicit quilibet beatus. Inueni quem diligit anima mea tenui eum nec dimittam vide Tho.i.2.q̄.4.ar.3. ꝛ parte.i.q.12.ar.7. in responsione ad primū hoc modo loquendi vtitur apostolus Philip.3.di. Sequor autem si quo modo comprehendā ꝛc. ¶ Tertia est delectabilis fruitio: quia anima fruitur deo: que quam delectabilis sit non posset exprimi. Si omnia membra humana conuerterentur in linguas. Possumus autem de hoc aliquid cōijcere ex scriptura. ꝛ ex creatura. Ex scriptura quidem: nam Petrus aliquid mini

unum illius fruitionis gustauit: ⁊ statim ine
briatus dixit. Dñe bonum est nos hic esse
faci. hic tria. taber. ti. vnum moy. v. ⁊ he. v.
nesciens quid diceret. vt dicitur Mat. 17.
⁊ Luc. 9. ¶ Et creatura vero: nam vide-
mus q fruitio creaturarum intantum dele-
ctat peccatores: q inebriantur ⁊ omnia post
ponant vt creaturam dilectam consequan
tur: etiam seipsos postergantes ⁊ exponen-
tes periculis: sicut patet de luxurioso vt cõ
sequatur voluptates: de auaro vt consequa
tur diuitias: de superbo vt consequatur ho-
nores. quanto ergo magis delectat fruitio
dei qui est fons infinitus oīs bonitatis in
cuius fruitione oīa bona anima simul con-
sequitur non sic in fruitione creature quia
vnum tm̃ bonum consequitur fruens ⁊c.
Ideo Dauid dicebat de eo qui aliquã mi-
nimam guttam gustabat de illa dulcitudi
ne. Quã magna multitudo dulcedinis tue
dñe quã abscondisti timentibus te ⁊c. Itez
Aug⁹. Introducis me dñe in quãdam dul
cedinem que si perficiatur in me si non est
vita eterna: nescio quid sit aliud vita bea-
ta. Propter hanc martyres contempserũt
vitam propriam: confessores mundum: vir-
gines voluptates: ⁊ ceteri sancti omnes cre
aturas. Phil. 3. Omnia arbitror vt sterco-
ra. vt xp̃m lucrifaciaz ⁊ inueniar in illo. Et
de Aug⁹ legit q displicebat ei qcqd age-
bat in seculo pre dulcedine dei ⁊ decore do-
mus eius quam dilexit. ps. 33. Gustate ⁊ vi-
dete qm̃ suauis est dñs. Beatus vir q spe-
rat in eo. ¶ Quarta est creaturaruz cogni
tio: anima enim vnius rustici vel pueri ba-
ptizata plus in vita beata cognoscit de re-
bus diuinis ⁊ creatis: q̃ aliqs vnq̃ theolo
gus vel phs in hac vita longe clarius ⁊ cer
tius. ¶ Notandum autem q anima sepa-
rata beata potest habere triplicem cognitio
nem de creaturis. Vnam per species acq-
sitas. si hic in pñti vita acquisiuit per scien-
tiam. Alteram per spẽs infusas: etiam si
sit anima pueri baptizati vel rustici.
¶ Tertiam per cognitionem in vbo: in quo
relucent oīum creaturarũ rõnes: sicut in spe
culo que vocant ideo ⁊ sunt ipse de⁹ Jo. 1.
Qd factum est in ipso vita erat. Et hec co
gnitio propter sui claritatem dicit matuti-
na. Cognoscere autem creaturas in seipsis

dicitur visio seu cognitio vespertina. Hac
aũt visione in verbo dei omnia cognoscunt
anime beate que ad sui gloriam pertinent.
Nota q beatus Benedictus vidit totum
mundum sub vno solis radio Greg. Quod
est qd non videant qui videntem omnia vi
dent? Vide Tho. 1. parte. q. 12. ar. 8.
¶ Quinta beatitudo que est prima respe-
ctu corporis glorificati est impassibilitas:
qa corpus nostrũ erit imortale ⁊ ĩpassibile
Isa. 25. Precipitabit dñs in sempiternum
mortẽ ⁊ Apo. 20. Mors vltra nõ erit. Rõ
ẽ: vt cõformemur xp̃o resurgẽti. Ro. 6. Xp̃s re
surgẽs ex mortuis iã nõ morit mors illi vltra
nõ dñabit ⁊c. Phil. 3. Saluatorem expe-
ctamus dñm nostrũ Jesum xp̃m q reforma
bit corpus humilitatis nostre configuratũ
corpori claritatis sue. Vide de hoc latius
in sermone de articulis fidei que scripsi ser
mone. 16. Vbi agit de qualitate corpoꝝ re
surgendoꝝ. Hanc aũt beatitudinem me
rent electi propter virtutem patientie pro
pter quã fuerũt quasi impassibiles in ad-
uersitatibus sibi a deo ⁊ ab hoĩbus illatis
Luc. 21. In patientia vestra possi. animas
vestras. ¶ Sexta beatitudo ⁊ scda corpo
ris glorificati est subtilitas. Hanc etiã bea
ti habebũt per eandem rõnem vt cõformen
tur corpori xp̃i. qui vsus est hac beatitudi-
ne qñ exiuit de sacratissimo vtero virginis
clauso. Item qñ exiuit de sepulcro ⁊ qñ ia-
nuis clausis ingressus est ad aplos in locũ
vbi erant congregati propter metum iudeo
rum Jo. 20. Hanc beatitudinem merent
electi merito abstinentie seu temperantie
ab omni voluptate ⁊ ab vsu quinq; sensuũ
seruantes affectus suos in puritate pfecta
⁊ gratia. Prouerb. 4. Omni custodia ser-
ua cor tuũ: q: ex ipso vita procedit.
¶ Septima beatitudo ⁊ tertia corporis est
agilitas eadem ratione vt conformenẽ cor
pori xp̃i qui vsus est hac beatitudine sine
dote quando super maris procellas siccis
pedibus ambulauit Mat. 14. Et quando
post resurrectionem de paradiso terre sant
in quo degebat: vt pleriq; opinantur: subi-
to aplis apparuit. Item in die ascensionis
quando immomẽto penetrauit celos. Hãc
beatitudinem consequentur electi merito
diligentie spiritualis quã habuerunt in ob

seruantia mandatoꝝ dei ⁊ in seruitio eius/
dem. Ideo dicit. 2. Paral. 19. Agite dilige
ter ⁊ erit dñs vobiscum.
¶ Octaua beatitudo ⁊ quarta corporis est
claritas Mat. 13. Fulgebūt iusti sicut sol in
regno patris mei ⁊ hoc vt ꝯformemur chri
sto: q visus est hac beatitudine in transfigu
ratione sua quando resplenduit facies ei⁹
sicut sol: vestimenta aūt sicut nix Mat. 17.
⁊ Luc. 9. Istam beatitudinem consequent
electi merito castitatis. Naꝫ sicut castitas
facit hominem claꝝ in conscientia ⁊ in cor/
pore: ⁊ in fama: iuxta illud Sap. 4. O ꝗ̄
pulchra est casta generatio cū claritate: im/
mortalis est enim memoria illius ⁊c. sic cor/
pus erit claritatis beatitudine insigne.
¶ Nona beatitudo ⁊ prīa pertinēs ad cō
positum erit cōcordia ⁊ pax generalis. Ps.
67. Qui habitare facit vnanimes i domo.
Isa. 9. Pacis non erit finis Ro. 14. Nō est
regnum dei esca ⁊ potus sed iustitia ⁊ pax
⁊ gaudium in spū sancto. Triplex pax erit
in beatis. ¶ Prima pax superior cū deo.
¶ Scda pax interior cū seipso. ¶ Tertia
pax exterior cum proximis: qꝛ inter sanctos
erit magna pax. Isa. 32. Sedebit populus
meus in pulchritudine pacis ⁊ in taberna/
culis fiducie in requie opulēta. Ps. Qui po
suit fines tuos pacem.
¶ Decima beatitudo ⁊ scda compositi erit
habundantia vniuersalis: qꝛ ibi totum desi
derium nostrum adimplebitur. Ps. Qui re/
plet in bonis desiderium tuum. Appetitus
etiam hominis satiabitur. Ps. Satiabor cū
apparuerit gloria tua: nec tamen ex satieta
te ipsa fastidium generabit. Greg. Satiati
desiderabimus: ne sacietas generet fastidiū
desiderantes satiabimur ne cum anxietate
sit desideriū. Econtra. In inferno erit con
tinua penuria bonoꝝ: perpetua fames ⁊ si/
tis: sicut patet. in diuite epulone. qui in siti
sua postulans guttam aque non potuit ob
tinere. Luc. 16. Isa. 65. Pro eo ꝙ vocaui
⁊ non respondistis locutus sum ⁊ non audi
stis me. propter hoc hec dicit dominus de⁹
ecce serui mei comedent ⁊ vos esurietis. ec/
ce serui mei bibent ⁊ vos sitietis: ⁊ ecce ser/
ui mei letabuntur ⁊ vos cōfundemini. Igi
tur beati satiant in mensa domini. Luc. 22.
Ego dispono vobis sicut dispo mihi pater
incorruptibilia et superiora regi diuina pro
uidentia: sed non inferiora corruptibilia. pre
sertim actus humanos ex libero arbitrio pro
cedentes: ex quorum persona dicitur Job .xxij. Nubes
latibulum eius circa cardines celi peram/
bulat nec nostra considerat. Item Boetius lo
quens ad deum in persona illorum dicit omnia
certo fine gubernas hominum solos respuis
actus. Iste error est maximus: quia tolleret iu
stitiam dei et misericordiam. Item tolleret
virtutem et vitia. Item paradisum et infernum.
contra quod dicit Apostolus Heb.xi. Oportet acce
dentem ad deum credere quia est: et quod inquiren/
tibus se remunerator sit. Quidam vero er
rauerunt circa creationem mundi. Nam mul
ti dixerunt mundum ab eterno factum et
in eternum duraturum. Quidam vero circa
anime durationem. nam dixerunt animam esse
mortalem cum corpore. In quorum persona
dicit Salomon. Unus interitus est hominis
et iumentorum et equa vtriusque conditio: sicut
moritur homo: sic et illa moriuntur similiter
spirant omnia: et nihil habet homo iumento
amplius. Eccle.3. Item Sap.ij. Dixerunt
impij cogitantes apud se non recte. Exiguum
et cum tedio est tempus vite nostre: et non
est refrigerium in fine hominis: et non est qui
agnitus sit reuersus ab inferis etc. Et ps.4.
Multi dicunt quis ostendit nobis bona.
¶ Uide ergo quantum obscuratum fuit lu
men rationis naturalis et depressum per te
nebras concupiscentie. Oportuit ergo quod
homo illuminaretur alio lumine diuino ad
tollendos errores predictos. Ideo diuina
prouidentia ex misericordia sua: ne homo
denuo errore laberetur promulgauit legem
scripture: per quam manifeste declarauit esse
vnum deum creatorem et prouisorem totius
vniuersi dicens. In principio creauit deus
celum et terram etc. Que verba licet non sit
de lege moysi: tamen a moyse prophetice prola
ta fuerunt. Item Deuter.32. Uidete quod ego
sim solus et non sit alius deus preter me. Item
Eiusdem.6. Dominum deum tuum adorabis
et illi soli seruies: dando etiam legem scriptu/
re: ostendit deus quod ipse habeat prouiden/
tiam non solum superiorum creaturarum et ce/
lestium sed etiam inferiorum: declarauit etiam
animam esse immortalem: patet ergo quare fuit
necessaria lex scripture circa credenda.
¶ Secdo obscuratum erat lumen legis na/
turalis circa agenda. Intantum enim preuale/
bat lex concupiscentie in membris hominum:
quod non permittebat hominem dirigi secundum le/
gem nature. Unde ad omne genus viciorum
prolapsus erat homo ita quod homo contra/
rium legis naturalis vt plurimum faciebat.
Et ideo vt nequam seruus contumaciter re/
bellabat: licet lumen legis naturalis contra
rium suaderet. Unde Apostolus. Condelector enim
legi dei: secundum interiorem hominem: video au
tem alteram legem in membris meis repu/
gnantem legi mentis mee: et captiuantem
me in legem peccati: que est in membris meis.

Ro.7. Plus dico quia intantum etiam obscuratum fuerat lumen legis naturalis sive rationis naturalis: quod apud germanos olim latrocinium non reputabatur iniquum: cum tamen sit expresse contra legem nature: ut dixi supra: ut refert Julius cesar in libro de bello gallico. Et refert Tho. 1.2. q.94. ar.4. Sic etiam nec concupiscentia mala credebatur esse peccatum. Unde Ro.7. Peccatum non cognovi nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam. s. esse peccatum: nisi lex diceret non concupisces. Fuit igitur necessaria lex scripture ad illuminandum hominem circa cognitionem peccatorum et ad coercendum ipsum a peccatis quod ipsa lex facit dupliciter. ¶ Primo penam adiiciendo. Unde deus dedit duas tabulas lapideas moysi in quibus erant scripta decem precepta: et statim post precepta subiunxit penam transgressionis: quia tempore legis nature non erat pena imposita transgressori legis. Unde Ro.5. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo. peccatum autem non imputabatur cum lex non esset. ubi dicit Glo. quod quedam peccata esse nesciebant: omnia vero apud deum impunita esse putabant. Et ideo post legem scriptam de decem preceptis statim subiunxit penam transgressori dicens. Exo.22. Qui immolat diis occidetur et supra. maleficos non patieris vivere etc. Item Exo.21. Qui percusserit hominem volens occidere morte moriatur: et sic in ceteris culpis. Nam pro transgressione cuiuslibet precepti apposita est pena in lege scripture: quia servus communiter metu pene a culpa est coercendus. Unde Galat.3. Lex propter transgressores posita est: propterea lex illa moysi vocatur lex servorum. In cuius signum quando lex illa data fuit audita sunt tonitrua: et visa sunt fulgura et totus mons fumigabat: propter quod filii israel timuerunt valde: et steterunt procul dicentes moysi: non loquatur nobis dominus ne forte moriamur: et ait moyses ad populum: ut probaret vos venit dominus: et ut timor illius esset in vobis et non peccaretis. Exo.20. ¶ Secundo coercuit lex hominem a peccatis bona temporalia promittendo: ut patet Isa.1. Si volueritis et audieritis me bona terre comedetis: et expressius habetur. Deut. 28. Patet ergo quod fuit necessaria lex scripture circa agenda. ¶ Tertio obscurata erat lex nature circa speranda: que obscuritas consequitur ex prima: quia si non cognoscebant nec credebant deum vel providentiam divinam credebant nullam esse consequenter nullam beatam vitam sperabant. Oportuit ergo dare legem que instrueret eos de alia vita: et licet hoc expresse non habeatur in lege moysi sed sub velamine figure: tamen expresse habetur in prophetiis veteris testamenti presertim Dan.12. Multi de his qui dormiunt in terre pulvere vigilabunt: alii in vitam eternam: alii in opprobrium: ut videant semper etc. Patet ergo quare fuit necessaria lex scripture.

Sed restat una dubitatio: quare non ante moysem fuit data lex vel statim post peccatum cum iam homines corrupti et depravati erant per concupiscentiam: omnis quippe caro corruperat viam suam ut dicitur Gen.6. Respondeo sicut in naturalibus nulla forma imprimitur in materia: nisi prius materia sit disposita: et sic in moralibus nullum bonum nulla gratia divina datur homini: nisi convenienter disposito. Ad dispositionem autem doni divini vel gratie recipiende: precipue requiritur humilitas: iuxta illud Jacobi.4. Deus superbis resistit. humilibus autem dat gratiam. Ps. Bonum mihi domine: quia humiliasti me ut discam iustificationes tuas. Et alibi. Custodiens parvulos dominus humiliatus sum et liberavit me. Oportuit ergo quod ad hoc ut homo aptus esset et dispositus ad legem divinam recipiendam: quod cognosceret defectum suum: et ex hoc humiliaretur: homo autem superbiebat de scientia quare ratio naturalis posset ei sufficere ad salutem. Et ideo ut de eius superbia convinceretur permissus est homo regimini sue rationis: absque adminiculo legis scripte: et experimento didicit tandem: quod patiebatur rationis defectum: per hoc quod homines usque ad ydolatriam et turpissima vitia circa tempora habrae sunt prolapsi. Et ideo post hec tempora fuit necessarium legem dari in remedium humane ignorantie: quia per legem est cognitio peccati: ut dicitur Ro.5. Et hec ratio pertinet ad malos homines et superbos. Ex parte vero bonorum lex scripture data est in auxilium: quod quidem tunc primo maxime necessarium fuit

quādo lex naturalis obscurari incipiebat: ppter abundantiam ꝛ exuberantiam peccatoꝝ circa tēpora habrae vt dixi. Et hanc rationem sentit Tho.i.2.q.98.ar. vltimo.


¶ Circa scdm.s.de preceptoꝝ differentia ꝛ pluralitate notandū: ꝙ in lege scripture.s. mosayca triplex preceptoꝝ distinctio inuenitur sm ꝙ tangit Tho.i.2.q. 99.ar.4. Et Gratianus in decretis.6.di §.his ita. Quedam enim precepta sunt moralia: quedam cerimonialia: ꝛ quedā iudicialia: de quibus dicit Moyses populo. Deuter.6. Hec sunt precepta ꝛ cerimonie atqꝫ iudicia que mādauit dn̄s deus vester ꝛc̄. Precepta antho nomastice dicūtur moralia. Pro istoꝝ ergo preceptoꝝ intellectu ꝛ declaratione est notādū. Sm Tho.q.vbi supra.ar.4.qꝺ ad legem diuinā pertinet vt ordinet homines ad inuicem ꝛ ad deum. vtrūqꝫ aūt hoꝝ in cōmuni quidem pertinet ad dictamē legis nature: ad qꝺ referuntur moralia precepta. Sed opꝫ qꝺ determinetur per legem diuinam vel humanā: ꝛ hec determinatio pertinet ad preceptum cerimoniale. ¶ Sic etiā honorare parentes ꝛ nō occidere hominem: ꝛ nō facere furtum: nō mechari ꝛ huiusmodi sunt indita homini ex dictamine legis naturalis vt supradictum est. Item inditum est homini ex eadem lege naturali: ꝙ trangressio p̄dictoꝝ preceptoꝝ debeat puniri: sed determinare qualis pena ꝛ quāta sit inferenda transgressori nō statim occurrit homini ex dictamine legis nature siue rationis naturalis: sed oportet qꝺ determinetur a legis latore deo vel homine: ꝛ hoc pertinet ad p̄ceptum iudiciale. puta siquis furatur vnā ouem reddat quatuor. siquis maledixerit patri vel matri morte moriatur. Determinatio ergo cōmunis precepti de cultu diuino fit per precepta cerimonialia. Determinatio vero cōmunis precepti de iustitia seruāda inter homines fit per precepta iudicialia. Et sm hoc oportet predicta tria legis precepta ponere.s. moralia: que sunt de dictamine legis nature. Cerimonialia q̄ sunt determinationes cultus diuini: ꝛ iudicialia que sunt determinationes iustitie inter homines obseruande. Unde cum Apostolus dixisset Ro.7. ꝙ lex est sca: subiunxit quod mandatum est iustum ꝛ sanctum ꝛ bonū: iustum quidem quātum ad iudicialia: sanctum ad cerimonialia. Nā sanctū dicit ꝙ est deo dicatum: bonum vero honestū quātum ad moralia sm Tho. vbi supra. ¶ Dicuntur autem cerimonialia quasi munia.i. dona cereris que dicebatur dea frugum: vt quidam dicunt: eo ꝙ primo ex frugibus oblationes deo offerebantur: siue vt Valerius maximus refert: nomen Cerimonie introductum est ad significandum cultum diuinum apud latinos: a quodā oppido iuxta romā qꝺ cerete vocabatur: eo ꝙ roma capta a gallis illuc sacra romanoꝝ allata sunt ꝛ reuerentissime habita: sm ꝙ refert Tho.i.2.q.99.ar.3. Est autem notandum. ꝙ quadruplicē differentiā inuenio inter moralia precepta ex vna parte: ꝛ cerimonialia ꝛ iudicialia ex altera.

¶ Prima differentia est quia moralia habēt vim obligandi ex ipso dictamine rationis. Unde pertinēt ad legem nature: vt dixi supra sermone proximo parte.2. Et dicūtur moralia eo ꝙ a ratione dicūtur mores humani. Cerimonialia autem ꝛ iudicialia habēt vim obligandi ex sola institutione diuina vel humana: quia in se considerata non habent absolute rationem debiti vel indebiti: sed habent vim obligandi ex sola institutione diuina vel humana vt dixi: ꝛ satis habetur ex supradictis. Et hanc differentiā ponit Tho.i.2.q.104.arti.i.

¶ Scda differentia est quia precepta cerimonialia ordinant hominem ad deum tm̄: iudicialia vero ad hominem tm̄: sed moralia ad vtrumqꝫ. Ex hac ergo scda differentia ꝛ prima. Nota ꝙ in duobus cōsistit ratio cerimonialiū preceptoꝝ ꝛ etiam iudicialium. Nam ratio cerimonialium cōsistit. Primo vt pertineant ad ordinationem hominis ad deum. Scdo vt nō habeant vim obligandi ex sola ratione sed ex sola institutione. Sic etiam ratio iudicialium consistit. Primo vt pertineant ad ordinationē hominum ad inuicem. Scdo vt habeant vim obligandi nō ex sola rōne: sed ex institutiōe sm Tho. vbi.s. Tertia dīa est: quia p̄cepta

moralia.s.decalogi. Deus per seipsum dicitur populo proposuisse. Exo.20. Alia vero precepta proposuit populo per Moysem. Hanc differentiam ponit. Tho.1.2.q.100. ar.3. ¶ Quarta differentia est quia precepta moralia.s.decalogi fuerant data a deo in tabulis lapideis scriptis digito dei. In quarum prima continebantur tria precepta pertinentia ad cultū dei. In scda vero continebantur septem precepta pertinentia ad proximum. Sed non sic fuerant data cerimonialia et iudicialia: et hoc in signum q̄ non erant tantū duratura quantū moralia: vt infra clarius apparebit. ¶ Quinta differentia potest addi q2 precepta moralia nō erāt figuratiua. sed erant tantū intelligenda sm litteralē sensum. Sed cerimonialia et iudicialia erant figuratiua et vmbratica veritatis in nouo testamento manifestande sed aliter et aliter. q2 cerimonialia principaliter figurabant. non sic iudicialia. vide infra sermone.5.pte.2. ¶ Ulterius notandū. q̄ cerimonie veteris legis diuidebantur in quattuor.s.sacrificia.sacra.sacramenta.et oblationes. Pro cuius declaratione est notandum sm Tho.1.2.q.101.ar.4.q̄ cerimonialia precepta ordinantur ad cultum dei. in quo quidem cultu considerari potest et ipse cultus et colentes. et instrumenta colendi. ipse autē cultus spāliter consistit in sacrificijs que in dei reuerentiam offeruntur de quibus Leuitici.15. Offerat vitulum et sacrificia eius ad libamenta vt cerimonie eius postulent. ¶ Instrumenta autem colendi pertinent ad sacra: sicut est tabernaculū et vasa et alia huiusmodi de quibus Exo.38. Hec sunt instrumenta tabernaculi testimonij et cerimonie leuitarum. Ex parte autē colentiū duo possunt considerari.s. et eorum institutio ad cultum diuinum: quod fit per quandam cōsecrationem vel populi vel ministrorum: et ad hoc pertinent sacramenta. Puta sacre sacramentum ordinis. De quo Leuitici.viij. Hec est vnctio Aaron et filiorum eius in cerimonijs.etc. Et iterum potest cōsiderari eorum singularis conuersatio per quam distinguūtur ab hijs qui deum non colunt. Et ad hoc pertinent obseruantie: puta in cibis et vestimentis et aliis huiusmodi de quibus dicitur.3.Re.9. Si auerti fueritis non sequentes me: nec seruātes cerimonias quas proposui vobis etc. sm Tho. Multa etiam alia circa cerimonialia: vide p Tho. 1.2.q.102. Per totā et de iudicialibus et multa per eundem ibidem.q.104.et.q.105. Que gratia breuitatis omitto. Predicta etiam omnia si referenda sunt dimitto arbitrio predicantis qui debet considerare qualitates audientium: temporis commoditatem. ¶ Circa tertiam partem notandum: q̄ accipiendo legem scripture pro lege veteri et noua scripta. Nam et lex noui testamenti quantum ad litteram dicitur lex scripture. Unde super illud.2.Cor.3. Littera occidit: spiritus autem viuificat. Aug' exponens dicit per litteram intelligitur quelibet scriptura extra hominem existens etiam moralium preceptorum qualia in euangelio continentur. Accipiendo ergo legem scripture hoc modo. Nota q̄ lex scripture siue scientia legis diuine excedit omnem aliam scientiam in septem. ¶ Primo in causa efficiente. ¶ Scdo in causa materiali. ¶ Tertio in causa formali. ¶ Quarto in causa finali. ¶ Quinto in profunditate. ¶ Sexto in sensuum multiplicitate. ¶ Septimo in dignitate. De quibus omnibus ad presens omitto. Sed vide in sermone quodam qui incipit. Narrauerūt mihi iniqui fabulatiōes etc. Ad predicta etiam facit q̄ not. Nicolaus de lira in prologo super biblia qui incipit. Hec omnia liber vite. Deo Gratias. Amen.

¶ Nunquid christus seruauerit legem scripture. Sermo.3.



Ic currite vt comprehendatis.1.Cor.9. Supra sermone proximo visum est de lege scripture in generali. Nunc vidēdū est de eadem lege vnum dubium. Nunqd.s.christus seruauerit legem scripture.s.mosaicā. In quo dubio duo videnda sunt. ¶ Primo vtrum christus seruauerit legē scripture quantum ad precepta moralia. ¶ Scdo vtrum seruauerit eandem legem quantū ad cerimonialia. De primo hodie

videndam est. De scdo in sequenti sermone
Circa primum ergo pmittendum est pro in
troductione materie predicande quod chri
stus venit in hunc mundum non solum vt
nos redimeret sanguine suo precioso. sed
vt nos de veritate instrueret sicut ipse dixit
coram pilato posit⁹. Ego in hoc natus sum
& ad hoc veni in mundum vt testimonium
prohibeam veritati omnis qui est ex veri-
tate audit vocem meam Jo.18. Instruxit
autem nos de veritate non solum verbo lo
quendo & docendo sed etiam facto & exem
plo operando & virtuosissime conuersando
Joan.13. Exemplum enim dedi vobis. vt
quēadmodum ego feci vobis ita & vos fa
ciatis. fecit enim christus sicut magister. &
doctor: nam non sufficeret si magister solū
verbo instrueret discipulū nisi exemplo &c.
Exemplum de pictore &c. vel de carpenta
rio barbitonsore &c. volens igitur christus
nos docere virtutes voluit ipse non solum
verbo sed etiam exemplo monstrare: patet
de penitētia ieiunio &c. Sic de humilitate
&c. sic de patientia in passione &c. nullus er
go potest se excusare &c. Sicut si rex iret hu
militer ad ecclesiam &c. Nota de Cesare q
nunquā dicebat eatis ad bellum sed ea/
mus &c. Nota hic contra pdicatorem qui
docet populum verbo non exemplo. cuȝ vt
ait Grego. magis moueant exempla quaȝ
verba &c. voluit ergo christus docere nos
& verbo & exemplo esse obedientes. Nihil
enim docuit nisi prius exemplo instrueret:
nam vt dr Actuū pmo. Cepit iesus facere
& docere. voluit ergo christus nos instruere
verbo & prouocare exemplo ad implendū
diuina precepta in decalogo scripta verbo
quidem cum dixit. Si vis ad vitam ingre
di serua mandata Mat.19. Exemplo autē
ipsa precepta per seipsum implendo. nā vt
ipse ait. Nolite putare quoniā veni solue
re legem aut proph tas non veni soluere.
sed adimplere Mat.5. Videamus igit quo
modo ipse moralia precepta seruauit.

¶ Primum ergo preceptum est. Ego sum
dominus deus tuus nō habebis deos alie/
nos coram me. Exo.20. Ex quo mandato
habemus q debemus solum vnum deum
adorare. Item q non est exhibendus ho/
nor aliquis demonibus. Istud preceptum
seruauit christus bis sicut habemus in euā
gelio. Primo quando temptatus a dia/
bolo dicēte sibi. Hec omnia tibi dabo si ca
dens adoraueris me. Rndit. Vade satha
na scriptū est enim dominum deum tuum
adorabis & illi soli seruies Mat.4. Dic hi
storiam totam si videtur.

¶ Scdo seruauit hoc preceptum. nam cum
christus predicaret per iudeam dicens se es
se messiam & saluatorem promissum in lege
Judei noluerunt credere sibi. Ratio q2 ipsi
putabant & adhuc expectant q messias es-
set venturus cum magna potentia & diui-
tijs: cum tamen contrarium habeatur in
prophetis presertim Zacha.9. Exulta satis
filia syon iubila filia ierusalem. Ecce rex tu
us venit tibi iustus & saluator ipse paup &c.
Videntes ergo xpm esse pauperē noluerūt
ei credere: immo postq̄ Joan. baptista di-
xit. Ecce agn⁹ dei Jo.1. Dixerunt iudei no-
lumus hunc regnare super nos. Luc.19. In
diebus ergo illis demones in corporibus
humanis clamantes dicebant & affirma-
bant christum esse filium dei & messiam &
saluatorem mundi: audientes autem iudei
dicebant. O messias debet esse iste creden-
tes magis demonibus quā christo. sed chri
stus nō sinebat ea loqui. Unde dicit Luc.
4. Exibant autē demonia a multis clamen
tis & dicentia quia tu es filius dei & incre
pans non sinebat ea loqui. Unde dicitur.
Luc.4. Quia sciebant ipsum esse christum
non quidē certitudinaliter. Unde .i. Cor.2.
Quem nemo principū huius seculi cogno
uit. Si enim cognouissent nunquā deū glo
rie crucifixissent. quod ergo dicit sciebant. i.
per suspitiones. i. suspicabantur. sicut dicit
glo. super Mat. i. ca. Sed diceretur etiam ali-
quis. quare christus non permittebat hoc
ex quo dicebat veritatem & forsitan omnes
iudei fuissent conuersi: Rn⁹ vt seruaret legē
nec volebat pro saluatione hominum vti
ministerio demonum. tū quia indigni sunt
hoc ministerio tum quia quantumcūq di-
cant demones veritatem. tamen omnia fa-
ciant ad finem mendacij. Item falsa admi
scentes veris incantos corrumperent. vt di
cit glo. quia mendax est. & pater eius Jo.8.
Ex quo moraliter instruimur q etiam pro
veritate inquirenda: puta pro repetienda

fortuna: vel pro scientia acquirēda vel pro sanitate recuperāda: vel pro alia re obtinēda nō debemus auxilio demonum vti. alioqn transgredimur istud pceptum: ꝯ hoc faciunt illi qui recurrūt ad magos pro predictis vl' aliqs hmōi ꝛc. Hic vt expedit. Pʒ ergo quō christus seruauit primū preceptuʒ. Ideo dicit nō veni soluere legem. sed adimplere Mat. 5. ¶ Scđm preceptum est nō assumes nomen dei tui in vanum. Nec enim habebit insontem dñs eum qui assumpsit nomē dñi dei sui frustra. Exo. 20. Per hoc precipitur reuerentia noīs dei. hoc seruauit christus dupliciter.

amē ē adūe-biū ut pʒ hic

¶ Primo qꝛ qñ volebat aliqd dicere non iurabat nisi p aduerbiū amen. Et qñ volebat illa affirmare duplicabat dicendo bis amen amen ꝛc. Ut dicit Jo. solus. Et sic ēt verbo instruxit dicens. Audistis qꝛ dictum est antiqs non piurabis. Reddes aūt dño iuramēta tua. Ego aūt dico vobis nō iurare oīo ꝛ. Sit aūt sermo vester est est nō nō: qꝫ aūt abundantius est a malo est. Mat. 5. Nota ꝯ illos qui pro minima re iurāt ꝛc. Sic ergo debetis istruere filios vestros ꝛc. ¶ Scđo qꝛ qñ interrogatus a Cayphe dicente. Adiuro te per deū viuū vt dicas nobis si tu es christus fili⁹ dei. Mat. 26. Tūc christus q añ tacuerat: lʒ sciret ex responsione sua se mortē incursuꝝ. tñ ad reuerentiam noīs dei respondit. d. Tu dixisti. verūtñ dico vobis amodo videbitis filium hominis sedentē a dextris virtutis dei ꝛ venientē in nubibus celi ꝛc. Ibidē. Exēpluʒ habemus hic qꝫ delato iuramento dʒ homo a iudice interrogatus dicere veritatē etiam si mortem sit incursurus exēplo christi. alioqn grauiter peccat: vt dicit Tho. 22. q 69. ar. 1. multo magis debet dicere veritatem in causa alterius. alioquin peccat mortaliter: ꝛ debet tribus quadragesimis penitere: vt dicit. 22. q. 5. c. Siquis conuictus.

¶ Tertium preceptum est memēto vt diez sabbati sanctifices Exo. 20. Istud preceptū seruauit christus a pueritia sua. Nam cum virgine matre ꝛ cum Joseph: ibat ad templum de nazareth vsqꝫ in ierusalem. Auctoritas. Cuʒ esset Jesus annoꝝ. 12. ascendentibus parentibus eius ierosolymam scđm consuetudinem diem festi ꝛc. Luc. 2. De hoc autem precepto qꝛ partim est morale partim cerimoniale: quō christus seruauerit latius dicetur. 1. sermone proximo. Nota hic contēplationem: ac si loqueremur cum Uirgine itinerante ad tēplum cum frigore ꝛ pluuia. O virgo gloriosa ꝛ tu nōne es tēplum dei excellentius illo ꝛ domus spūs sancti: domus pudici pectoris templum repente fit dei excellentius illo. ps. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus: ꝛ christus etiam filius vester nōne est tēplum? Jo. 2. Hoc aūt dicebat de tēplo corporis sui. Rñ disset virgo Maria cum filio: veruʒ est: sed hoc facimus ad exēplum christianoꝝ ꝛc. Hic vt expedit. ¶ Quartum preceptum est honora patrem tuum ꝛ matrem tuā vt sis longeuus super terram Exo. 20. Istud preceptum adimpleuit christus. Hic pratice: qꝫ cuʒ virgo ꝛ Joseph habitarēt in nazareth nō legitur qꝫ haberent aliquā ancillaʒ nec famulum ꝛc. Et tñ certum est qꝫ indigebāt seruitiis modo quis credit eis seruiebat: Interrogemus Lucam. O Luca quis seruiebat? Rñdit. descendit cum illis. s. de ierusalem ꝛ venit in nazareth: ꝛ erat subditus illis. Luc. 2. Et sic clare habet qꝫ ipse christus seruiebat: imo etiā ipse hoc dicit. Filius hoīs non venit ministrari sed ministrare. Mat. 20. Cum ergo christus esset. 10. vel. 12. annoꝝ seruiebat in domo. Et singulariter dicam vobis vnum qđ refert magister historiaꝝ scolasticoꝝ. s. qꝫ christus de fonte nazareth portabat aquā. ¶ Si contēplando interrogemus christum. O dñe ꝛ vos portatis ꝛc. Et quare nō precipitis angelis Michaeli vel Gabrieli ꝛc. vel alij angelo? Respondisset. Ut dem exemplum aliqs precipue christianis obedire parentibus. Sed restat modo vna questio. Nam videtur qꝫ christus contrarium dixerit. Hic pratice. quomodo christo predicante multi veniebant post eū quib⁹ dixit. Quid valtis. Domine volumus sequi te vt audiam⁹ verba tua ꝛ sermones tuos ꝛc. Quibus dixit siquis venit ad me ꝛ non odit patrem suuʒ: ꝛ matrem: ꝛ vxorem: ꝛ filios: ꝛ fratres: ꝛ sorores.

Adhuc autem ⁊ animam suam non potest
meus esse discipulus Luc.14. Respondeo ꝙ
auctoritas ista loquitur de parentibus ma
lis: qui debent haberi odio: hoc modo: vt
non obediatur eis. Ubi nota. ꝙ tria sunt
distinguenda: quedam sunt iusta ⁊ hone/
sta que pater precipit ⁊ in his debet filius
obedire parentibus: quedam iniusta ⁊ in
honesta: ⁊ in his debet non obedire: imo
habere odio effectu: ⁊ non affectu. Ps. Per
fecto odio oderam illos. Et hoc vult Glo.
ibi. Unde super verbo. Non odit. dicit glo.
inquantum in dei itinere obsistit: ⁊ infra.
sup verbo. Et fratres glo. simul odisse pos/
sumus: ⁊ amare nobis cognitione coniun/
ctos diligere ex dei precepto. odire in via
dei aduersantur: ⁊ vt hoc odium non de af
fectione sed de charitate videatur procede
re subdit. Adhuc autem ⁊ animam suam. i.
animalitatem quã odit: qui eius desiderijs
nõ acquiescit sed reluctant ⁊c. Verbi gra/
tia. Si pater perciperet filio vt vadat ad
magos ⁊c. Uel faciat falsũ iuramentũ ⁊c.
vel laboret die festo ⁊c. vel occidat homi
nem ⁊c. vel ꝙ non intret in religionem ⁊c.
In talibus debet homo habere odio pre/
ceptum patris: ⁊ etiam animam. i. volunta
tem vel sensualitatem suam. Quedam ve/
ro sunt que sunt in differentia: ⁊ in his de/
bet obedire parẽtibus. nisi in matrimonio
contrahendo: in quo non tenetur obedire
eis: nec etiam tenetur eis obedire contradi
centibus de religionis ingressu. l. deo no/
bis. C. de episco. ⁊ cleri. ⁊. 19. q. 3. non liceat.
Ista clarius ⁊ latius infra dicentur: patet
ergo ⁊c. Non veni soluere sed adimplere.
¶ Quintum preceptum est. Nõ occides.
Exo. 20. Istud preceptum xp̃s adimpleuit
q: non solum alium non occidit. immo etiã
prohibuit occisionem ⁊ vindictam. Et de h
dicam vobis tria exempla. Primum de
de muliere adultera: de qua Jo. 8. Dic hy
storiam. Secũm qñ fuit ad quẽdam ca/
strum in ciuitate samaritanoꝝ ⁊c. qui no/
luerunt eum recipere nec victualia sibi ven
dere ⁊c. Dixerũt ergo Jaco. ⁊ Jo. Dñe vis
ꝙ dicamus ꝙ ignis descẽdat de celo ⁊ cõ/
buret eos: sicut Helyas fecit: Dicit textus
ꝙ xp̃s increpauit eos. d. Nescitis cuius sp̃s
estis. Filius. n. hoīs non venit pdere aīas
hoīum sed saluare: ⁊ abierunt in aliud ca/
stellum Luc. 9. Sed nunquid peccauerunt
apl'i prefati: R̃ sidit glo. Non: q: zelo legis
ducebant: sicut phinees. Nume. 25. Et He
lyas. 3. R̃. 18. Sed in lege veteri permitteba
tur vindicari iniuria: q: seruiebant ex timo
re: nõ vindicari vero xp̃ianoꝝ est: qui nihil
timent nec eos qui occidũt corpus Mat. x.
Quia seruiũt ex amore. hec idẽ vult Amb.
vt habet in decretis. 23. q. 4. ꝙ xp̃s. vbi di/
cit. Nec discipuli peccant q: legẽ sequunt.
Sciebant. n. ⁊ phinees reputatum ad iusti/
ciam ꝙ sacrilegos interimerat: ⁊ ad preces
Helye ignem descendisse de celo. Hec Am
bro. Hoc aũt intelligit glo. ibi ꝙ apl'i non
peccauerunt in hoc: quantum ad rem quaꝫ
volebant. Justum enim erat ꝙ ille gentes
h paterentur: qđ apl'i postulabant. sed de/
ne peccabant apl'i in modo volendi: q: nõ
amore correptionis sed odio: desiderabant
vindictam vt dicit Aug. 23. q. 4. c. Ea vin/
dicta. Tertium exemplum cum esset cru/
cifixus ⁊ pateret dolores ⁊ penas ⁊c. Et
videret pr̃em suum paratum de crucifixori/
bus vindictam recipere iustam si ipse xp̃s
voluisset. Dixit. Pat̃ ignosce illis q: nesciũt
quid faciunt. Luc. 23. Ex quo multi habue/
runt contritionem: q: dicit Lucas: ꝙ reuer/
tebantur percutientes pectora sua: ⁊ nõ so
lum facto ⁊ exemplo: sed etiam verbo hoc
docuit. d. Audistis q: dictum est antiquis.
Oculum pro oculo: dentem pro dente. Ego
aũt dico vobis nõ resistere malo ⁊c̃. Mat. 5.
Patet ergo qđo xp̃s non venit soluere le/
gem sed adimplere practicalem. Dic vt ex/
pedit: sed clarius ⁊ latius infra.
¶ Sextum preceptum est. Non mecaberis
Exo. 20. In quo prohibetur ois illicitus cõ
cubitus vel actus carnalis ⁊c̃. Et quid ex/
pedit istud in xp̃o prosequi qñquidem mul/
ti serui eius virgines fuerunt: ⁊ ipse matreꝫ
virginem elegerit: vt virginitatem verbo ⁊
opere comprobaret: Potuisset siquideꝫ ex
matre vidua carnem assumere: sed maluit

et virgine: cui tantā puritatem cōtulit quā
sub deo nequit excellentior reperiri: vt ait
Anselmus. Unde ipsa sola virgo digna di/
citur: ecclesia dicente. Aue stella matutina
peccatorum medicina: sola virgo digna dici con/
contra tela inimici: clippeum pone salutis:
tue titulū virtutis ꝛc. Ideo dicit apls. Ta
lis enim decebat vt nobis esset pōtifex. san
ctus. innocens. impollutus. segregatus a
peccatoribus ꝛ excelsior celis factus. Hebr. 7.
Nota sanctus. i. omni gratia plenus ꝛ con/
firmatus. innocens a peccato actuali. impo
lutus a macula originali. segregatus a pec/
catoribus: q: caro eius de massa peccatrice
assumpta est ꝛ mundata ꝛ excelsior celis i.
angelis factus: q: verbo vnitus: non solum
autem matrem virginem voluit esse. sed et
discipulum quem diligebat. i. Joan. Hic pa
tice historiā que habetur Jo. 2. Nuptie fa/
cte: sunt in cana galilee ꝛc. ꝛ qādo ipsum vo
lentem nubere. i. matrimonium consumare
euocauit de nuptijs.
¶ Septimum preceptum est non furtum fa
cies. Exo. 20. Istud preceptum perfectissime
sicut ꝛc. seruauit xps. Perfecte enim ser/
uatur hoc preceptum ab illis qui nunq̄ rem
alienam furati sunt: vel alio iniusto modo
acquisierunt. sed perfectissime qn̄ aliquis nō
solum non furatus est alienam: sed etiā qn̄
raptum ab alio ipse suis sumptibus restituit
zelo charitatis ꝛ iustitie. Sic fecit xps quia
furtum subtractum ab Adam de arbore
scientie boni ꝛ mali xps sumptibus suis re/
stituit in arbore crucis: qn̄ ipse semetipsum
in ipsa obtulit: q enim fructus fuit vteri vir
ginalis nascendo. Luc. i. Benedictus fructus
ventris tui. factus est fructus arboris cru/
cis moriendo: que dicitur arbor scientie bo
ni ꝛ mali. Ante enim cognoscebatur experi/
mento malum pene inferni: non autē bonū
vite eterne. sed postq̄ fructus iste appēsus
est in arbore: cognitum fuit bonū vite a cre
dentibus ꝛ malum pene eterne ab incredu
lis. de hac restitutiōe dicit ps. in psona xpi.
Que nō rapui tunc exoluebā dicit grecus q
de eodem ligno fuit crux christi de quo fuit
pomum quidē furata fuit eua ꝛc.
¶ Octauū preceptū est. Nō dices contra
proximum tuum falsum testimoniū. Exo. 20.
Hoc etiā preceptū seruauit xps. dupliciter.
primo q: cum esset ipsa veritas. Jo. 14. Ego
sum via veritas ꝛ vita: nō potuit aliqd fal/
sum dicere: sed semp veritatē loquebatur.
Unde Jo. 18. Ego in hoc natus sum ꝛ ad hoc
veni in mundū vt testimoniū perhibeam ve
ritati. omnis qui est ex veritate audit vocē
meam. Scdo seruauit in alijs: q: etiā non
patiebatur xps q aliquis diceret malum de
alijs viuis vel mortuis. de viuis. Nota exē
plum qn̄ iudas ꝛ aliqui alij discipuli mur/
murabant de magdalena dicentes vt qd
perditio hec ꝛc. Christus respondit. Ut qd
molesti estis: huic mulieri ꝛc. Mat. 26. Item
de mortuis da exēplum. sicut legitur Luc.
13. De Juda galileo qui dicebat se esse mes/
siam: ꝛ fautoribus eius qui fuerant interfe
cti a pilato ꝛc. Dicebant aliq. Mali homines
erant illi ꝛc. Christus autē statim faciens se
aduocatū illorum mortuorum dixit putatis q
hij galilei pre oibus galileis peccatores fue
runt: q: talia passi sunt: nō dico vobis: sed
nisi penitētiam habueritis: oēs similiter pe
ribitis: sicut ꝛ illi decem ꝛ octo super quos ce
cidit turris in syloe ꝛ occidit eos. Putatis
q: ꝛ ipsi debitores fuerunt preter oēs habi/
tantes in ierusalem: nō dico vobis. sed nisi
pniam habueritis oēs similiter peribitis.
Luc. 13. Syloe est fons in ierusalem Isa. 8.
Aquas syloe que vadunt cum silentio. ps
ergo ꝛc. Ideo petrus dicit loquens de chri
sto. Qui peccatum nō fecit nec inuētus est
dolus in ore eius. i. Pe. 2.
¶ Nonum preceptum est. Non cōcupisces
vxorem proximi tui. Exo. 20. Hoc prece/
ptum procul dubio xps impleuit verbo ꝛ
etiam opere. verbo quidem cum dicit. q vi/
derit mulierem ad concupiscendam eam:
iam mechatus est in corde suo. Mat. 5. Ope
re autem quia anima sua ita erat vnita deo
q nihil aliud cogitabat. q̄ deum. quo etiā
semper fruebatur vtpote comprehensor. vn/
de de eo dicit scriptura. Candor est enim lu
cis eterne ꝛ speculum sine macula: dei ma/
iestatis ꝛ imago bonitatis illius. Sap. 7. Ra
tio autem horum est: q: ois concupiscentia
procedit ex infectione culpe originalis. que
est fomes omnis peccati. cum autem chri/
stus nullum contraxerit originale peccatū:
consequenter nulla potuit contagione con/
cupiscentie maculari.

¶ Decimum preceptum nõ cõcupisces rem proximi tui Exo.20. Hoc etiã preceptum xpus perfectissime obseruasse nẽo est q nesciat: nõ solũ rem alienã nõ cõcupiuit sed etiã ppa cõtẽptui hẽbat: adeo q pauperculã vitã du xit. Paup.n.fuit in natiuitate: qr in tugurio natus r in presepio positus: paup fuit in oblatione: qr par turtur rc. nõ agnus rc. Itẽ in cõuersatione: qr nõ hẽbat lectũ nec domũ: sed ibat ad domũ Marthe in Bethaniã. Unde semel qdã cupidus: dixit ei. Magister sequar te quocũq ieris. Mat.8. dicit glo.hic. Nõ ipse fictx hoc dicebat: qr dicebat in corde suo. Ego adherebo xpo vt discam facere miracula: r postea lucrabor ex h multas pecunias. Ideo xpus quẽ nullũ latet secretũ dixit ei. Uulpes foueas hñt r volucres celi nidos.ff.ãt ho ñ hz. vbi ca.su.recli. quasi dicat fm Jeron. Quid me pp diuitias r seculi lucra cupis q cũ tãte sim paupertatis vt nec hospitiolũ qdẽ habeã. r tecto vtar nõ meo. Itẽ paup fuit in morte: qr in cruce mortuus rc. Ipse paup fuit in tumulatiõe: qr in alieno sepulchro tumulat⁹. Sic ẽt xpus alijs viam pfectionis ope r pbo ostẽdens paupertatẽ voluntariã psuadebat.d. Si vis pfectus esse vade r vẽde oia q hẽs r da paupibus r seqre me. Mat.19. Sic ẽt cõtẽptũ rer mundanar psuadebat dicẽs. Nolite thesaurizare vobis thesauros i terra rc. Mat.6. Et ẽt psuadebat cõtẽptũ honoris mũdani in eodẽ euãgelio in pncipio. Patet ergo quõ xpus oia moralia precepta decalogi obseruauit: ideo ipse dixit. Nõ veni soluere legẽ sed adimplere Mat.5. Ergo r nos debemus illa seruare: qr ois xpi actio nostra est instructio: qd nobis ipse cõcedat q est bñdict⁹ in secula seculor. Amẽ.

¶ An christus seruauerit precepta cerimonialia. Sermo. 4.



Ic cunite rc. Supiori smone vi dictũ est.q xpus seruauerit leges Moysi quãtũ ad pcepta moralia. Seqt hodie pdicare numqd xpus seruauerit legẽ Moysi quãtum ad pcepta cerimonialia: vbi dicendum est q sic. Mat.5. Nolite putari qm veni soluere legẽ aut pro. nõ veni sol.sed adipiere. Sup quo textu dicit Christost. Legẽ impleuit. Prio qdẽ nihil trãsgrediẽdo legaliũ. Scdo iustificãdo qd lex per lrãm iacere nõ valebat. Seruauit aũt legalia legis veteris xpus qncupler. De primis tribus dicamus hodie. De alijs vero duobus sequenti sermone.

¶ Primo mãdata legis obseruando.
¶ Scdo finem legis adimplendo.
¶ Tertio intellectũ legis exprimendo.
¶ Quarto precepta legis ordinando.
¶ Quinto pfectionis cõsilia supaddẽdo.
¶ Primo dico rc. Hoc pz in multis exemplis. Primo qr voluit circũcidi.8.die. Luce.2. Cũ ne qdẽ circũcisio est qdã pfestatio totius legis implẽde: iuxta illud Gal.5. Testificor oĩ hõi circũcidẽti se qm debitor est vniuerse legis faciende. Sic etiam in tẽplo offerri voluit. Luc.2. Qd erat pceptum cerimoniale legis mosayce: vt pz Leui.12.r.15. ¶ Tertio voluit vti fimbrijs in veste: quas fecit sibi pgo gloriosa a pueritia sua rc. vt pz Mat.9. Mar.5.r Lu.8. Qd erat pcceptum veteris legis.vt pz. Numeri.15. ¶ Quarto misit leprosos ad sacerdotes. Mat 8.r. Luc.17. Quod erat preceptũ cerimoniale veteris legis.vt pz Leuit.14. ¶ Quinto pz in esu agni pascalis Jo.13.qd erat pceptũ veteris legis vt pz. Exo.12. Et dicit magr hystoriar sup Gen.3.q no n legit q xpus comederit carnẽ nisi de agno pascali. Hec ãt xpus obseruauit: nõ qr debitor esset legis: eo q legislator. Puta ipator vl papa nõ sũt subditi legi ab eo late.l.ex.pfecto.ff.de.l.2.Lz decet pñcipẽ legẽ obseruare.nã vt dicit lex. Digna vox est maiestate regnãtis legib⁹ alligatũ se principẽ pfiteri.l. Digna vox. C.de legib⁹: iuxta illũ. Patere legẽ quã tu ipe tuleris: r qd qsq iuris in aliũ statuit ipse eodẽ iure vtat.c.Cũ oẽs de cõst. Lz ergo xpus solutus esset ab obligatiõe legaliũ: voluit tñ legalia obuare quadruplici rõe.vt ponit Tho p.3.q.40.ar.vl. Pria vt legẽ veterẽ cõprobaret. Fuerũt.n. qdã hẽtici dicẽtes legẽ veterẽ nõ esse datã a deo vt tãgit magr hystoriarũ. Exo.20. Et Tho.1.2.q.98.ar.2. Scda rõ est vt eã obseruãdo i seipso cõsumaret r terminaret oñdẽs q ad ipm erat ordiata: iuxta q aplis dicit Finis.n.legis xpus est ad iustitiã oĩ credẽti

Ro.x. Quia oēs leges ꝛ pphe9 tendūt ad christū sicut sagittātes ad signū: pphetando vel figurādo de xpo. Tertia rō est vt iudeis calūniādi occasionē subtraheret: q potuissent allegare iustā occasionē ipm nō recipiendi si legalia non obseruasset.

¶ Quarta vt hoīes de seruitute legis liberaret. Et h est ꝯ multos q dicūt cū xps seruauerit legalia. Ergo ꝛ vos xpiani seruare debetis: q2 ois xpi actio vestra est istructio. Sed si ista rō eēt bona sequeret ꝙ sicut xps mortuus est: ita ꝛ nos in cruce mori debemus: ꝙ est falsum: q2 xps iō mortuus est: vt nos a morte liberaret: iuxta illud Apli. Nos redemit de maledicto legis factus ꝓ nobis maledictus. s. maledictione pene: qa scriptū est. Maledictus ois q pēdit i ligno. Gal. 3. ꝛ dn̄s Jo. 3. Sic deus dilexit mūdū: vt filiū suū vnigenitū daret vt ois. q. cre. in ip. nō. pe. sed hēat vitā eternā. Et ideo sicut xps mori voluit vt nos a morte redimeret: sic ꝛ voluit legalia obseruare: vt nos a seruitute legis absolueret. Et h est ꝙ dicit aplus At vbi venit. ple. te. mi. de9. fi. su. fac. ex mu. fac. sub lege. vt. e. q. sub le. e. rdimeret. Gal. 4

¶ Quīta rō pōt addi vt virtutē obie quā sepe v̄bo p̄dicauerat etiā suo cōmendaret exēplo. Exēplum. n. dedi vobis vt quēadmodum ego feci vobis ita ꝛ vos faciatis. Jo. 13. Patet ergo qāo xps seruauit legalia. Sed restat mō vna dubitatio. Diceret aliquis vr ꝙ xps legalia nō seruauerit nā prio lex mādauerat vt in sabbato nihil opis fieret sicut deus die. 7. Requieuit ab oī ope q̄d patrarat. Sed xps in sabbato qn̄ꝗ aliquod opus fecit. Nā sabbato curauit hoīem: ꝛ ei mādauit vt tolleret lectū suū. Sic ꝛ curauit manū aridā cuiusdā sabbato: sicut legr Mat. 12. ꝛ Luc. 6. Sic etiā tāgendo leprosum mundauit cōtra legē Mat. 8. Sic etiā curauit idropicū sabbato Luc. 14. Preterea ꝛ sedo precepto legis mosayce quidā cibi erāt imūdi sicut carnes porcine ꝛ quedā alie: vt pꝫ Leuit. xi. Xps aūt semel predicās cōuocatis ad se turbis dixit. Audite ꝛ intelligite: non q̄d intrat in os coinquinat hoiem sed ꝙ procedit ex ore h coinquinat hominē. Mat. 15. Ex q̄ videt cōtra p̄ceptū legis. Preterea ꝛ tertio semel dum discipuli trāsirent p sata sabbato ꝛ euellerēt spicas: xps excusauit eos: vt pꝫ Mat. 12. ꝛ Luc. 6. Per q̄d videt ꝙ christus qn̄ꝗ legalia nō seruauerit. Sed d̄m sm ꝙ vult Tho. par. 3. q. 40. art. vlti. ꝙ dn̄s se excusat a transgressione legis tripliciter. Uno qdem mō q2 per p̄ceptum de sanctificatione sabbati nō interdicit opus diuinū. sed opus humanum. Qu uis. n. deus die. 7. cessauerit a nouis creaturis cōdendis: semp tn̄ operatus est in rerum cōseruatione ꝛ gubernatione: ꝛ etiā creatione: q2 semp deus de nouo creat aias solum. Q̄d ergo dicit Tho. supra: q̄d deus cessauit a nouis creaturis cōdendis: verū est: intelligendo tn̄ ꝙ nihil postea fecit cuius tunc nō fecisset materiā vt corpoꝝ: vel similitudinē vt aiaꝝ sm magistrū hystoriaꝝ Gen. 2. Q̄d autē christus miracula faciebat: erat operis diuini. Unde ipse dicit Jo. 5. Pater meus vsꝗ modo operatur ꝛ ego operor.

¶ Sedo excusat se per hoc ꝙ illo precepto nō ꝓhibetur opa que sunt de necessitate salutis corporalis: vnde ipse dicit Luc. 13. Unusquisꝗ vestrum nō soluit sabbato bouem suū: aut asinum a presepio ꝛ ducit ad aquare ꝛc. Et eiusdem. 14. dicit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteū cadit. ꝛ nō continuo extrahit illum in die sabbati. Manifestum est aūt ꝙ opera miraculoꝝ q̄ christus faciebat ad salutē corporis ꝛ aie pertinebant sm Tho. Et hac rōne excusauit discipulos euellentes spicas sabbato ꝓpter necessitatē famis: sicut etiā David nō fuit trangressor legis. qn̄ ꝓpter necessitatem famis comedit panis quos ei comedere non licebat vt habet. i. Re. 21. Tertio excusat se: q2 illo p̄cepto nō ꝓhibent opa que pertinebant ad dei cultū. Unde Mat. 12. dixit An nō legistis in lege q2 sabbatis sacerdotes in tēplo sabbatū violāt ꝛ sine crimine sunt. Item Jo. 7. Dicit. ꝙ circūcisionē accipit hō in sabbato. Q̄d aūt christus paralitico mādauit vt lectū suum sabbato portaret ad cultū dei ptinebat i. ad laudē virtutis diuine. Ex quo pꝫ. ꝙ christus sabbatum nō soluebat. Quis ei iudei hoc ficto obicerēt dicētes. Nō est hic hō a deo q sabbatum nō custodit. ¶ Ad aliud dīc q̄d dī de tactu leprosi Mat. 8. Rn̄dit. Granus in decre. 25. q. 1. §. His ita. Rn̄det: vbi dicit lꝫ christus

solutus esset a lege. vtpote legislator tñ ip-
sam legem carnaliter impleuit octaua die
circũcisus quadragesimo die cũ hostys in
tẽplo est psẽtatus: vt ipse in seipso eam san-
ctificaret. Postea scd̃o vt se dñm legis ostẽ-
deret cõtra litterã legis: leprosum tãgẽdo
mundauit. Sed melior rñsio est illa que su-
pra habetur p Tho. In primo modo se ex-
cusandi ⁊c̃. Ad aliud dñr q̃d christus ait.
Non q̃d intrat in os coinquinat hoiem ⁊c̃.
Dicendum ẽm Tho. vbi supra. q̃ christus
voluit ostendere per illa verba q̃ homo nõ
redditur immundus ẽm aiam ex esu cibo⁊
quorumcũq̃ ẽm suam naturam. sed solum
ẽm quãdã significationẽ: q̃ adt in lege qui-
dam cibi dñr immundi hoc est ppter quã-
dam significationẽ. Unde Aug⁹ dicit con-
tra Faustum. Si de porco ⁊ agno regratur
vtrũq̃ natura mundum est: q̃ omnis crea-
tura dei bona est. Quadã vero significa-
tione agnus mundus: porcus vero imun-
dus est ẽm Tho. vbi supra. ⁊ sic patet quo-
modo ⁊ quare christus seruauerit legalia.
¶ Scd̃o ⁊c̃. Finem legis adimplendo: erat
enim legis finis iustificatio hominum. sicut
⁊ cuiuslibet legis finis est vt homines effi-
ciantur iusti ⁊ virtuosi vt dicitur in 2° ethi-
corum ⁊ not. Tho. 1.2. q. 92. art. 1. Istam au-
tem iustificationem lex vetus promittebat
quidem ⁊ figurabat: non autem poterat il-
lum efficere: non enim conferebat gratiam.
⁊ consequenter nec remittebat peccata. Un-
de Heb. 10. Impossibile est sanguine tau-
rorum ⁊ hircorum auferri peccata. Solum
autem ex fide fiebat iustificatio: non autẽ
ex operibus legis. Unde Gal. 3. Quoniam
autem in lege nemo iustificatur apud deũ.
Manifestũ est q̃ iustus ex fide viuit. Aba-
cuch. 2. ⁊ Ro. 3. Arbitramur enim iustifica-
ri hominem per fidem sine operibus legis.
Unde ⁊ Geñ. 15. Credidit Abraam deo ⁊
reputatum est illi ad iustitiam ⁊ habetur
Ro. 4. ⁊ Gal. 3. Lex ergo scripta: non iusti-
ficabat sed ostendebat ⁊ mãdabat bene vi-
uere ⁊ puniebat transgressores: sed nõ con-
ferebat gratiam adiutricem ad bene viuen-
dum: ⁊ sic erat potius occasio ad peccãdũ.
Unde. 2. Cor. 3. Littera occidit spiritus au-
tem viuificat ⁊ Ro. 7. Occasione autem ac-
cepta peccatum per mandatum operatum


est in me omnem concupiscentiam ⁊c̃. Di-
ceret aliquis. Cuꝫ lex vetus data fuerit ad
finem iustificandi homines. Frustra ergo
data est lex si iustificare non poterat: Rñ°
Iustificatio potest fieri dupliciter. vno mo-
do formaliter: alio modo dispositiue.
¶ Primo quidem modo iustificatio fit p
gratiam gratum facientem: quã q̃ꝫ lex non
cõferebat vt dictũ: iõ nec iustificabat h̃ mõ.
¶ Scd̃o autem mõ dispositiue põt dici q̃
lex iustificabat: inq̃ñtum percipiebat be-
ne viuere. ⁊ coherceebat timore pene a vitijs
lex enim propter transgressores posita est.
vt dicitur Gal. 3. Bene autem viuendo acq-
rit homo virtutem acquisitam per quã dis-
ponitur ad virtutem infusam: per quã ho-
mo vere ⁊ perfecte iustificatur. Et ideo lex
vetus iustificabat quidem dispositiue: non
autem formaliter: ⁊ effectiue. Et hoc modo
potest dici quod etiam lex humana iustifi-
cat. s. dispositiue: inquantum intentio legis-
latoris est: vt faciat homines bonos: vt di-
citur in scd̃o ethicorum. Efficiuntur autem
homines boni per virtutem: ergo ⁊c̃. vt no-
tat. Tho. 1.2. q. 92. ar. 1. Et hoc etiam vult
idem Tho. in. 3. sniarum di. 40. ar. 3. Chri-
stus autem veniens virtute ⁊ merito passio-
nis contulit gratiam per quam iustificatio
confertur. quia lex per Moysem. gratia au-
tem ⁊ virtus per Iesum christum facta est.
Io. 1. Et hoc est quod promisit deus Ha-
brae. Geñ. 22. In semine tuo benedicentur
omnes gentes in semine tuo. i. in christo: vt
dicitur Gal. 3. Per quod innuebatur q̃
benedictio. i. gratie ⁊ glorie collatio: sine iu-
stificatio erat conferenda a deo omnibus
gentibus non solum iudeis: non per legem:
sed per semen habrae. i. christum. Si enim
per legem data esset iustificatio sequeretur
triplex incõueniens. Primo q̃ promissio
dei facta Habrae de qua supra dictum est
fuerit irritata per legem. contra q̃d dicit
Apostolus Gal. 3. Lex ergo aduersus pro-
missa dei absit. Promiserat autem deus q̃
per semen Habrae benedictio gentibus cõ-
fereretur: non autem per legem. Secundo
sequeretur q̃ solum iudeis benedictio si-
ue sanctificatio daretur: non autem gen-
tibus: quia solum iudeis data est lex
quod est contra predictam auctoritatem

Item ꝯ illud Isa.49. Paruũ est vt sis mi-
hi seruus ad su.tri.Ia. ⁊ fe.israel.puer.dedi
te in lucẽ gentiũ: vt sis salus mea vsqȝ ad
extremũ terre. Tertio sequeretur ꝙ xp̃s
frustra venisset: hec oĩa sentit Apls Gal.5.
Cõtra qđ Paul.Gal.2.in fi. Si.n.p legẽ
iustitia. Ergo xp̃s gratis mortuus est. Uide
latius. j.sermone.6. Christus ergo veniens
in hanc mundũ ꝯtulit virtute: ⁊ merito sue
passionis gratiã per quã facta est iustifica
tio: ⁊ hoc lex vetus figurabat. Uñ Colos.
2. De cerimonialibus di: ꝙ erãt vmbra fu-
turoꝝ. Corpus aũt xp̃i.i.veritas ptinet ad
xp̃m. Uñ ⁊ lex noua dĩ lex veritatis ⁊ dicis.
Lex autẽ vetus dĩ lex vmbre vel figure
⁊ nox: iuxta illud Heb.10. Umbrã habẽs
lex futuroꝝ bonoꝝ ⁊c. Et Ro.13. Nox pre-
cessit: dies aũt appropinquauit: ⁊ hoc sen-
tit Tho.1.2.q.107.ar.2. Et sic pȝ quõ xp̃s
seruauit legem moysi finẽ eius adimplẽdo.

Tertio.s.intellectũ veꝝ legis explicãdo.
Ubi notãdũ: ꝙ sicut dicit Tho.1.2.q.108.
ar.3. Dñs nihil ordinauit de nouo circa p̃-
cepta cerimonialia legis veteris: sed solum
circa moralia ⁊ iudicialia. Cuius ratio est:
qꝛ p̃cepta moralia oĩo in noua lege rema-
nere debebant: qꝛ s̃m se ptinent ad rõnem
virtutis. Precepta aũt iudicialia nõ rema
nebant ex necessitate. s̃m modũ quẽ lex de
terminauerat: sed relinq̃bat̃ arbitrio hoĩuȝ
vtrũ sic vel aliter essent determinandum. Et
ideo ꝯuenienter dñs circa hec duo genera
p̃ceptoꝝ ordinauit. Preceptoꝝ aũt ceri-
monialiũ obseruatio totaliter p rei ipletio-
nem tollebat̃: ⁊ ideo circa hmõi p̃cepta in
illa cõi doctrina que habet̃ Mat.5. Nihil
ordinauit. Ostẽdit tñ alibi ꝙ totus corpo-
ralis cultus qui erat determinatus in lege
erat in spũalem cõmutandus: vt pȝ Io.4.
Ubi dixit venit hora qñ neqȝ in mõte hoc
neqȝ hierosolymis adorabitis patrẽ: sȝ veri
adoratores adorabunt patrẽ in spũ ⁊ veri
tate. Ergo circa p̃cepta moralia. Dñs ordi-
nauit aliqua: nõ tñ quantũ ad oĩa: sed tñ
quãtũ ad illa in qbus scribe ⁊ pharisei nõ
rectũ intellectum habebant: ⁊ hoc ꝯtinge-
bat precipue circa tria precepta decalogi.
¶ Primo circa adulterium. ¶ Scđo circa
homicidiũ. ¶ Tertio circa periuriũ. ¶ Nã
circa ꝓhibitionẽ adulterij ⁊ homicidij exi-
stimabant solum exterioꝝ actuũ ꝓhiberi:
nõ aũt interiorẽ appetitus: ꝙ magis crede-
bant circa homicidiũ ⁊ adulteriũ ꝙ̃ circa
furtum vel falsum testimoniũ: qꝛ motus ire
in homicidiũ tendens: ⁊ ꝯcupiscentie mo-
tus tendens ad adulteriũ: videt̃ nobis ali
qualiter a natura esse: nõ aũt appetitus fu
randi vel falsum testimoniũ dicendi. Et iđ
dñs legem adimpleuit ostẽdendo etiã inte-
riores actus peccatoꝝ cadere sub ꝓhibi-
tione dĩ dixit. Audistis qꝛ dictũ est antiqs
Nõ occides: qui aũt oc.re.erit iu. Ego aũt
dico vobis: qꝛ oĩs qui ira.fratri suo re⁹ erit
iudicio ⁊c. Itẽ de adulterio dixit. Qui vi-
derit mulierẽ ad ꝯcupi.eã iã me.ẽ i cor.suo
¶ Circa periuriũ vero habebãt falsum in-
tellectũ: credentes qdẽ periuriũ esse pctm.
Iuramentũ aũt p se esse appetendũ ⁊ fre-
quentandũ: qꝛ videtur ad dei reuerentiã p
tinere: ⁊ ideo dñs ostẽdit iuramentũ nõ esse
appetẽdum: tanꝙ̃ bonũ sȝ melius eẽ absqȝ
iuramento loqui nisi necessitas cogat.
¶ Scđo circa p̃cepta iudicialia dupliciter
scribe ⁊ pharisei errabant. Primo qdẽ: ⁊
qꝛ quedã in lege moysi erant tradita: tanꝙ̃
pmissiones existimabant p se esse iusta.s.re
pudium vxoris: ⁊ vsuras accipere ab extra
neis. Et ideo dñs ꝓhibuit vxoris repudiũ
Mat.5. Dicens. Dictũ est aũt quicũqȝ di-
miserit vxorẽ suam det ei libellum repudij.
Ego aũt dico vobis. Quicunqȝ dimiserit
vxorẽ suam: excepta fornicationis causa fa
cit eã mechari ⁊c. Itẽ ꝓhibuit vsuraꝝ ac-
ceptionẽ. Luc.6. Mutuũ date nihil inde spe
rantes. Alio modo errabãt credendo q̃dã
que lex vetus instituerat facienda pp iusti
tiaȝ esse exequẽda ex appetitu vindicte: vel
ex cupiditate tẽporaliũ reꝝ vel ex odio ini
micoꝝ: ⁊ hoc in tribus p̃ceptis. ¶ Appeti-
tũ enim vindicte: credebãt esse licitũ: ꝓpter
p̃ceptum datũ de pena talionis: qđ qdem
fuit datũ vt iustitia seruaret̃: nõ vt hõ vin-
dictã quereret. Et ideo dñs ad hoc remo-
uendũ: docet aĩum hoĩs: sic debere paratũ
esse: vt si necesse sit paratus sit ẽt plura su-
stinere. Motũ aũt cupiditatis existimabãt
esse licitũ: ꝓpter p̃cepta iudicialia in qbus
mandabat̃ restitutio rei ablate fieri etiam
cũ aliqua additione. Et hoc qdẽ lex man-
dauit ꝓpter iustitiã obseruãdã: nõ vt daret

cupiditatis locum. Et ideo dñs docet vt e cupiditate nostra nõ repetamus: sed scim⁹ parati si necesse fuerit etiã ampliora dare: Notum fuo odij credebãt esse licitum ꝑ precepta legis data de hostium interfectione: qđ quidem lex statuit ꝓpter iustitiã implendã: nõ ꝓpter odia exaturanda: ꝛ ideo dñs docet vt ad inimicos dilectionẽ habeamus: ꝛ pati simus si opus fuerit etiã bñfacere eis. Hec.n. precepta ſm preparationes sunt accipienda: vt Aug⁹ exponit in ſmõe de puero Centurionis: ꝛ habet in decreto. 23.q.i.paratus. Ubi dicit sic. Deniq3 ista precepta magis sunt ad ꝑparationem cordis q̄ ad opus qđ inaperto sit: vt teneatur in secreto animi patientia cũ beniuolentia: in manifesto aũt id fiat q̄ eis videt ꝓdesse: qb⁹ bene velle debemus ꝛc. Unde si nõ ꝓdest iniurianti nõ debet ꝗs parare alterã maxillam. Nam ꝛ christus nõ parauit alterã cũ alapam recepit. Jo.18. Nec Paulus Act. 23. Et concor. Tho.22.q.72.art 3. Unde ꝛ plectendo ꝛ ignoscendo hoc solũ bene agitur vt vita bonum corrigatur: vt ait Aug⁹.23. q.5.ꝓdest. Et sic circa tria tm̃ precepta iudicialia dñs aliqđ ordinauit.s. circa repudium vxoris. ꝛ circa penã talionis: ꝛ circa ꝑsecutionem inimicoꝝ: quia circa ista tria errabant scribe ꝛ pharisei vt dictum est. Et ponit Tho.q.ꝛ art. vbi supra. Deo Gratias. Amen.

ℭ Duobus alijs modis seruauit christus cerimonialia. Sermo.5.



Jc cumite ꝛc. Prosequendo materiam superioris sermonis.v3.vtrum christus seruauerit legem Moysi quãtũ ad cerimonialia. Seqtur videre de quarto articulo v3.q̄ christus seruauit cerimonialia veteris legis vel vt melius dicamus seruauit legem veterem vltra modos iam dictos duobus alijs modis.v3

ℭ Primo precepta legis ordinando.

ℭ Scđo perfectionis ꝯsilia superaddendo.

eam ad se adduci ⁊c. ⁊ interrogauit eam.
Cuius conditionis es. Scd̄a disputatio. q̄r
quintianus videns se confusum in prima di
sputatione minatus est ei di. Elige aut di/
uersas penas incurrere: aut diis sacrificare.
Rñdit agatha. Sit vxor tua talis qualis
dea tua venus ⁊c. ⁊ sic confusus in secũda
iussit eam mitti in carcerem dicens. Cogita
tecum vt possis euadere. Ad illa. Tu mini/
ster sathane cogita ⁊ pensa vt possis eua/
dere penam eternam. Tertia disputatio
fuit non rõnibus sed tormentis ⁊c. Dic hy/
storiam vsq̄ ad torturam mamillaꝝ excla
sue. Moraliter tres disputationes etiã de/
bemus nos vincere. Prima est cõtra detra
ctores qui derident bonos ⁊c. Ista dispu/
tatio vincitur cogitando verbum xp̄i. Bea
ti eritis cum maledixerint vobis hoĩes ⁊c.
Mat. 5. Scd̄a est cõtra carnẽ que pugnat
delectationibus. infirmitatibus ⁊c. ⁊ h̄ vin/
citur cogitando verbum ap̄li di. Per mul/
tas tribulationes oportet vos intrare in re/
gnum dei Act. 4. Tertia est cõtra diabo
lum qui temptat de fide ⁊ alijs: ⁊ hec vincit̄
cogitando verbum petri di. Fratres sobrij
estote ⁊c. cui resistite fortes in fide. I. Pet. 5.
Et humiliando intellectum ad ea que sunt
fidei.

¶ Dico. 4° ⁊c. in sua passione. Xp̄o enim in
nocte passionis cum oraret ⁊ gutte sangui/
nis defluerent. venit angelus confortans
eum ⁊c. Luc. 22. Non q̄ indigeret sed exhi
buit. famulatum debitum dño suo. Sic bea
ta agatha fuit torta in mamillis ⁊c. Dic hy
storiam ⁊ tota sanguinolẽta reposita fuit in
carcere ⁊c. Et cum oraret circa mediam no
ctem apparuit ei senex q̄dam cum quodã
luminis portatore ⁊c. senex erat ap̄ls Pe/
trus. portator vero credit̄ fuisse angelus ⁊c.
Dic hystoriam. Et nota q̄ excellentior Pe
trus ap̄ls fuit angelo: ⁊ ideo in hoc xp̄o cõ
cessit plus agathe q̄ sibi.

¶ Dico 5° ⁊c. in sua diffinitione. Xp̄o enim
ĩ cruce ⁊ factus ẽ terremotus clamãdo In
manus tuas pater cõmendo sp̄m meum:
⁊ cum lachrymis expirauit. Auctoritas. Cũ


clamore valido ꝛ lachrymis offerens: exaudit⁹ est pro sua reuerētia Heb. 5. Sic beata agatha. Dic qđo sequenti die cum psītata fuisset coram quintiano ꝛ videret eam sanatam: admirans quesiuit qs eam sanauit. Agatha rńdit. Dñs iesus xp̄s qui est salus mea. Indignatus quintianus q: adhuc iesum nolaret de consilio duoꝝ fecit eaꝫ super acutissimas testas ꝛ carbones volutari ꝛc. ꝛ statim motus est locus ꝛ pars parietis corruens oppressit consiliarios illos ꝛc. ꝛ omni ciuitate cōmota ꝛc. sed prius dixit ei: vt deos adoraret ꝛc. Cui agatha. Verba tua fatua sunt ꝛ vana aerem maculantia ꝛ iniqua. Miser sine sensu ꝛ intellectu: qđo vis vt lapidem adorem ꝛ xp̄m deum celi dimittā: Quintianus dixit. Iterū tu xp̄m audes nolare quē ego nolo audire. Agatha dixit. Quādiu vixero: xp̄m corde ꝛ labiꝭ inuocabo. Cui. Nūc videbo si xp̄s te curabit. Et iussit testas fractas spgi ꝛc. ꝛ iussit eā in carcere reponi. Dic qđo beata autē agatha cū in carcere rogaret dñꝫ regratiādo ꝛc. dicens. In manus tuas dñe ꝛc. Expirauit ꝛc. Similis est ergo homini patrifamilias.

¶ Dico 6° ꝛc. in eius cumulatione seu sepultura. Xp̄s enim lꝫ habuerit mortē crudelem ꝛ ignominiosam: tñ habuit sepulturam gloriosam. Dicat qđo Isa. xi. Et erit sepulchrum eius gloriosum: ita beata agatha plus q̄ fuit mortua: xp̄iani receperunt corpus eius ꝛ cū balsamo ꝛ myrrha ꝛ aloe honorifice portauerunt ad ecclesiam ꝛ cleri ei cantabāt. nō requiē: sed gaudeamus ꝛc. Et ecce qdam iuuenis ꝛc. Dic hystoriam. Nota Mentē sanct i. s. habuit. Spontaneā sup. martyrio se exhibuit. Honorem deo sup dedit. Et patrie liberationem: sup. acquisiuit. Nota hic de eructuatiōe ignis mōtis ethne ꝛc. et tunc ergo tam iudei q̄ gentiles ceperunt venerari sepulchrū eius. Similis ē ergo homini pr̄ifam. Moraliter ista quattuor debemꝰ nos hře. Primo mētem sanctam. s. mundā a malis cogitationibus statim expellendo ꝛc. Omni custodia serua cor tuum: q: ex ipso vita procedit. s. si bene custodiatur. alias mors Prouer. 4.

Sctō spōtaneā. s. ad faciēdū pniam non coactā: sicut illi de inferno. vt dicit Sap. 5. Nō ex tristitia aut ex necessitate. Hylarē. n. datorem diligit deus. Ideo. i. Pet. 5. Non coacte sed spontanee sup. pniam faciamus.

Tertio honorem deo. s. cū intentione dei honorandi faciamus bona opa. Sic luceat lux vestra ꝛc. Mat. 5. Siue māducatis siue bibetis vel aliud qđ facietis: oīa i gloria dei facite. i. Cor. 10. Et. i. Pet. 5. In oībus honorificetur deus. Quarto patrie liberationem. iuuando cōitatē vt liberetur ab oneribus. orando pro cōitate ꝛc. sicut vnūqđqꝫ membꝝ adiuuat totū corpus. Ideo debemus orare pro ecclesia ꝛ pro statu spūali ꝛ temporali. Nota cōtra officiales qui p̄ponunt vtilitatem priuatam bono reipublice ꝛc. Deo gratias. Amen.

¶ In festo translationis beate Agathe virginis ꝛ martyris. Sermo vnus.



Surge propa amica mea ꝛ veni. Cañ. 2. Appropriate sunt verba xp̄i ad beatā Agathā existentem in Bizāzio seu Cōstantinopoli q̄tuꝫ ad corpus cui dixit xp̄s. O amica mea surge de bizāzio seu cōstantinopoli. Et veni. s. in ciuitatē Cathanie in qua fuisti martyrio coronata. Vocat autē ipsam amicam propter perfectam obedientiam quā ipsam exhibuit voluntati diuine Io. 15. Vos amici mei estis: si feceritis que precipio vobis. Sermo ergo noster erit de translatione eius. Salutetur virgo. Pro complemēto sermonis. Nota quadruplicē translationem sanctorum.

¶ Prima est translatio spūalis.
¶ Scđa est translatio celestialis.
¶ Tertia est translatio corporalis.
¶ Quarta est trāslatio localis.
¶ Et de quarta fit festum hodie: q̄uis de qualibet posset thema intelligi. In qualibꝫ asst dicemus quattuor pūcta. ꝛ sic erūt. 16.

¶ Pria trāslatio est spūalis q̄n. s. pctōr cōuertitē ad pniam: tunc de morte culpe trāsfertur aia ad vitā grē. De hac loquitur Io. dicens. Nos scimus: qm̄ trāslati sumus de morte ad vitā quā diligimꝰ fratres. i. Io. 3. Nota quoniam diligimus. Medium ergo propter qđ trāsfertur homo de morte culpe ad vitā gratie est charitas siue amor dei ꝛ proximi: quia si sine amore est remanens est

mortuus. Ibidem. Qui non diligit manet in morte. Est aūt notandū q per hanc trāslationē transfert homo de quadruplici miseria ad quadruplicē felicitatem. Prima miseria peccatoris maxima ē: q2 ē inimicus dei. Ps. Odisti oēs qui operant iniqtatē rc. Itē Sap.14. Similr odio sunt deo impius r impietas eius. Uide quātū h3 deus odio peccatum: q2 ppter peccatum delendū r occidendum voluit deus vnigenitū filium suū eius filio occidere. Isa.53. Propter scelus populi mei: percussi eum. Itē Ro.8. Misit de9 filium suum in similitudinē carnis peccati: vt de peccato dānaret peccatum. Sed per hāc trāslationem acquirit homo amicitiaz dei: que est maxima felicitas. Prouer.22. Qui diligit cordis mūditiam: ppter gratiā labioꝝ suoꝝ habebit amicum regem. Nota Cordis mundiciā. i. contritionem cordis vel penitentiaz p quā mundatur cor a prauis ɔcupiscentijs r peccatis. Proptē gratiam labioꝝ suoꝝ. i. confessionē peccatorum habebit amicum regem. i. christum.

Scđa miseria peccatoris est: q2 peccator est seruus peccati r diaboli Jo.8. Qui facit peccatū seruus est peccati. A quo eniz quis superatus est eius r seruus ē. 2. Pe.2. Magna miseria est esse seruū bonis: r quāto vilior patronus tanto vilior seruus. sed qd vilius peccato? ergo maxima miseria r vilitas est esse seruū peccati. Ab hac miseria ergo transfert homo in nobilitatē r felicitatē libertatis. 2. Cor.3. Ubi spūs dñi: ibi libertas. Itē Jo.8. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Tertia miseria est q2 peccator est scisus a corpore mistico ecclesie p gladium peccati mortalis r ideo nullius boni qđ fit in ecclesia pticeps est: q2 vita caret. Sed p hanc translationē ɔsequit ecclesie vnitatē r ɔsequenter vtilitatē ex bonis eius. Ps. Participem me fac deus omnium timentiū te r custo. mā. t. Da similitudinē de corpore vero in quo actus vni9 mēbri pdest alijs membris corpori vnitis: nō aūt a corpore separatis. Quarta miseria est q2 omnia bona opera prius facta mortificantur: r que postea fiunt in peccato mortua nascunt. 1. Cor.13. Si dedero omnes facultates meas in cibos pauperum. Et si dedero corpus meum ita vt ardeam: charitatem aūt nō habuero. nihil mihi pdest.

Quam magna miseria esset vnius mercatoris: si quicqd congregauit in. 30. annis perderet in naufragio vnius hore rc: Sed per hanc trāslationem consequit homo incōparabiles r inestimabiles diuitias. s. virtutes theologicas. r morales. r dona spūs sancti. r gratiā gratum facientē. qua adiutus dando potū aque frigide meretur vitā eternaz. Mat.10. Quicūqz potū dederit vni ex minimis istis calicē aque frigide. Amen. dico vobis nō perdet mercedem suam.

¶ Scđa translatio est celestialis qñ. s. aīa egreditur de corpore transiert in celum de qua loquitur apls. 2. Cor.3. Nos vero omnes reuelata facie gloriam dñi speculantes in eandē imaginem transformamur a claritate fidei in claritatem visionis tanqꝫ a spiritu dñi. Per hanc aūt translationem a quadruplici miseria transferimur in quadruplicem felicitatē. Prima miseria ē imperfecta cognitio quā per fidez habemus. de qua transferimur ad claritatez visionis diuine: q2 ibi videbimus eū sicuti ē. 1. Jo.3. De hac dicit Apls. 1. Cor 13. Uidem9 nunc p speculum in enigmate: tunc aūt facie ad faciem. Scđa miseria est q2 hic speramus r nō tenemus r est magna afflictio desiderantis carere re desiderata: q2 vt dr Prouer.13. Spes que differt affligit aīam. Sz ab hac miseria transfertur aīa ad felicitatē tentionis. quia ibi tenebit firmiter deum. Canti.3. Inueni quē diligit aīa mea: tenui eum nec dimittam. Et sunt verba aīe comprehendens deū. 1. Cor.9. Sic currite vt cōprehendatis. Tertia miseria ē de passione plurimaꝝ tribulationū qbus diuersimode affligimur in hac vita. s. infirmitatum. pecuniaꝝ. guerraꝝ. tentationū. a quibus etiā electi dei nō sunt exempti. sicut p3 de Job. Thobia. Apls. quoꝝ vnus dicebat. Infelix ergo homo quis me liberabit de corpore mortis huius Ro.7: Et si quādo aliqd dulcedinis vtrūqz gustamus: multis tamē est admixta amaritudinibus: iuxta illud Prouer.14. Risus dolore miscebitur: r extrema gaudij luctus occupat. Item Boetius. O is dulcedo felicitatis humane multis amaritudinibus est respersa. Ab hac ergo miseria transferemur in felicitatē irruitio

nis diuine: qua ineffabili dulcedine delectamur vtpote haurientes ipsum de ipso fonte bonitatis. Ps. Satiabor cum apparuerit gloria tua. ¶ Quarta miseria est incertitudinis qr semper sumus dubij ambulantes inter scyllã metus. & caribdim spei seu presumptionis. Unde Eccle. 9. dicitur. Sunt iusti atq sapientes & opa eius in manu dei & tñ nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit sed omnia in futurũ seruantur incerta. Ab hac aũt miseria transfertur anime incertitudinem & securitatẽ glorie. Mat. 25. Ibunt iusti in vitam eternam.

¶ Tertia translatio est corporalis qñ. s. corpora defunctorum sanctorum resurgent & de morte transferent ad vitam: iuxta illud Jo. Uenit hora in qua oẽs qui in monumentis sunt: audient vocem filij dei. Et procedẽt qui bona fecerũt in resur. vite: qui vero mala egerunt in resur. iudicij. In hac aũt trãslatione trãsferentur electi a quadruplici miseria ad quadruplicem gloriã. Primo trãsferentur a miseria passibilitatis: ad gloriam ipassibilitatis & imortalitatis. Scdo a miseria obscuritatis: ad gloriã claritatis. Tertio a miseria ponderositatis: ad gloriã agilitatis. Quarto a miseria grossicie: ad gloriam subtilitatis. De oibus hijs quattuor est vna auctas apli. i. Cor. 15. Sic erit resurrectio mortuorum. Seminaẽ corpus in corruptione: surget incorruptione: ecce prima. Seminaẽ in ignobilitate: surget in gloria: ecce scda. Seminatur infirmitate: surget in virtute: ecce tertia. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale: ecce quarta.

¶ Quarta translatio est localis. s. qñ corpus vnius sancti transferẽ de vno loco ad alium. Et hoc reperiẽ tripliciter factũ. Uno modo ꝙ corpus vnius sancti viui trãsferatur ad aliũ locum ministerio angelorum: sicut fuit corpus Enoch quod fuit translatum viuum ad paradisum terrestrẽ est: sicut legitur Gen. 5. Et Eccli. 20. Enoch placuit deo & trãslatus est. Sic & de Helya legitur. 4. R. 2. Sic & Abacuc de iudea fuit translatum in babiloniã ministerio angeli ad lacũ Danielis Dan. 14. Scdo modo ꝙ corpus vnius sancti mortui transfertur ad alium locum ex dispõne sua quã fecit dum viuebat. sicut legitur de Joseph qui dixit fratribus suis veniẽs ad mortem. Post mortem meã deus visitabit vos: asportate vobiscum ossa mea de loco isto. Gen. vlt. ꝙ sic postea factũ est. Tertio modo contingit ꝙ post mortẽ corpus vnius sancti de vno loco trãsferaẽ ad alium ex diuina dispositione per manus angelorum vel hoium. Sicut legiẽ de beato Matheo cuius corpus est Salerni. Bti vero Bartholomei corpus qđ fuit martyrizatũ in India fuit translatũ Beneuentũ: vbi nunc est. Bti vero Andree corpus de Achaya fuit translatũ Constantinopolim. vñ fuit translatũ amalphiã vbi nunc requiescit. Sic corpus btẽ Catherine de alexandria vbi passa est. fuit trãslatum ministerio angelorum in montẽ Synai. Hoc modo fuit translatũ corpus beate & gloriose virginis & martyris Agathe. de Cõstantinopoli Cathaniam ex dispositiõe diuina reuelata cuidam militi gallico noie Gislibertus: q ad hoc electo sibi socio quodam calabro noie Gosselinus rem peregerunt. aspirante illis nutu diuino sicut in hystoria legiẽ. In Cõstantinopoli aũt de Cathania transtulit quidam capitaneus Imperatoris cõstantinopolitani nomine Maniachi &c. Ex quo ostendiẽ manifeste maxima dilectio Agathe virginis & martyris gloriose ad ciuitatẽ Cathaniensem qr vt de alio scõ legiẽ hoc. btã Lucia fuit passa Siracusis: & tñ noluit ꝙ corpus suũ esset ibi &c. ¶ Notandũ aũt p latiori materia ꝙ propter quattuor rationes facimus festũ de trãslatiõe corporum sanctorum & illa honorifice veneramur & in venerabili loco ponimus. Prima ratio est quia fuerunt templa dei. i. Cor. 3. Tẽplum dei estis vos. Item Jo. 14. Si quis diligit me sermo. meũ seruabit & pater meus diliget eum & ad eum veniemus & mansionẽ apud eum faciemus. Et ideo sicut dignũ est ꝙ tẽplum dei veneremur. Ps. Domũ tuã decet sanctitudo dñe in longi. dierum: sic dignum est corpora venerari. Ecõtra corpora peccatorum fuerunt templa diaboli: & ideo debent ad foueas proici vt asini sepeliri: iuxta illud Jere. 22. Sepultura asini sepelieẽ: putrefactus & proiectus extra portas ierusalẽ. Sic sepultus est in inferno quãtũ ad aiam & quãtũ ad cor-

pus extra ecclesiā p demones. Quidā ciuis mediolanēsis qui mortu⁹ est ianue de quo dicit Greg. in. 4. dia. q sepultus fuit in ecclesia: et de nocte visi sunt duo spūs nigri ad sepulchrum eius. qui exhumantes eum et ad foueas pricientes sepelierant ibi eius manibus et pedibus ligatis. fuerat enim lubricus homo. Sanctis ergo qui fuerunt tēpla spūs sancti debet honor et reuerentia: etiam quātum ad corpora mortua. Scda ratio est q: corpora sanctoꝝ nō solum fuerunt tēpla spūs sancti dum essent viua: sed etiā nunc qn sunt mortua est in eis aliqd diuinū. Et hoc patet per effectum. Unde scribitur. 4. Re. 13. q mortuus tangens ossa Helisei reuixit. q est opus solius dei. Uñ et experimēto sepius pbatum est multa miracula fieri diuina potentia ad cōtactum corpoꝝ sanctoꝝ mortuoꝝ. et etiā sine contactu coꝝ tñ meritis. Unde dicit Aug. q in translatione reliquiarū beati Stephani in quadā ecclesia ppe Carthaginem: septuaginta duo fuerunt a varijs languoribus liberati. Et in inuentione sui corporis simili fuerunt. Sic etiam legit in trāslatione virginis gloriose Agathe. Hic aliquod exemplum etc. Hic etiā exēplum qd refert Greg. in. 3. dia. de ecclesia arrianoꝝ que cum dedicari debuit. fuerunt introducte ibi reliquie sancti Sebastiani et beate Agathe martyris. ex quoꝝ merito diabolus inde fuit expulsus sensibiliter in forma porci etc. Propter hoc ergo debemus magnā reuerentiā sanctoꝝ corporibus etiam mortuis exhibere. Et cōtrarium facere displicet valde deo.

Nota exēplum de Oza qui tetigit archā dei: et statim cecidit mortuus. 2. Re. 6. Itez Exēplum de illa muliere que cum esset polluta precedenti nocte de viro de mane iuit ad dedicationem oratorij sancti Sebastiani et tetigit reliquias eius. et inuasa est a diabolo. Ideo dr in ps. Nolite tangere xpos meos. Ex hoc ergo nota moralit tria. Primum pertinet ad spem. Scdm ad charitatem. Tertium ad fidē. Primo cū multa solicitudine. deuotione. et reuerētia debemus ad sanctoꝝ corpora et reliquias accedere. ab eis maxima beneficia recepturi. Nam si clericus de hybernia et anglia et dacia ad curiā romanā accedit aliqd beneficium petiturus. si mercator mare et aridā circuit aliqd lucraturus: quāto magis nos accedere debemus ad sanctoꝝ reliquias sempiterna beneficia recepturi. Scdo modo moraliter q ex hoc facto debemus ardentissime accendi inflāmari ad sancte et virtuose viuendū. Si enim deus virtutē et reuerentiā cōfert ossibus mortuoꝝ: quid facit aiabus in celo viuentibus: Quid etiā faciet corporibus gloriosis: Ideo aplūs nos exhortans ait. Deponentes omne pondus et circūstās nos peccatū: per patiētiā curramus ad propositū nobis certamen. aspicientes in auctorē fidei et cōsumatorez Iesum. qui pposito sibi gaudio sustinuit crucem. cōfusione cōtēpta: atqz in dextera dei sedet Heb. 12. Tertio nota moraliter q in hoc facto fides nostra mirabiliter roborat. Nam si ossa arida et incinerata resuscitāt mortuos. manifestū est diuinā virtutem ibi latere. et cōsequenter ossa illa in gloria resurgent. alr̄ diuina virtus ibi nō esset: qr nō est deus mortuoꝝ sz viuoꝝ vt dr. Mar. 12. Ex hoc cognoscimus esse in celo imortales et beāos: sicut ex hoc arguit Greg. in. 4. dia. vbi sic ait de corporib⁹ sanctoꝝ loquēs. Ad extincta nāqz coꝝ corpora viuentes egri veniunt et sanant. piurl veniunt et a demonio vexant. Demoniaci veniunt et liberant. leprosi veniunt et mūdātur. deferunt mortui et suscitantur. Pensa itaqz coꝝ aie qualiter viuūt illic vbi viuūt quoꝝ hic et mortua corpora in tot miraculis viuunt. Si igit vitā aie manentis in corpore depͤhendis ex motu mēbroꝝ: cur non ppendis vitam aie post corpus etiā p ossa mortua in virtute miraculoꝝ. Hec ille. Et sic pz scda ratio. Tertia rō ē: qr corpora sanctoꝝ fuerunt socij possessionū. quas in vita fecerant. Quāuis enim aia in oi opere bono pncipalis existat: nihilominus tñ corpus sibi cooperat: qr vt dicit phs. Operatio est cōiuncti. Aie aūt sanctoꝝ post exitum a corporibus statim pmiant in celis. Ergo dignum est q corpora eoꝝ hic nobiscū remanentia honorifice veneremur. Uñ. 2. Cor. 1. Scientes qm̄ sicut socij passionum estis: sic eritis et cōsolationis. Item Luc. 22. Uos estis qui pmansistis mecum in tēptationibus meis: et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū. vt edatis et bibatis.

Quo: Item venerari sanctos.

super mēsam me. in re. meo. Et ideo sicut in ecclesia triumphanti corpora sanctoꝝ quattuor dotes habebunt: sic ecclesia militans ipsa in quattuor honorat. Primo q2 ipsa tanq̄ res sacras in ecclesia sepelit. Scḋo eis venerabile officium facit. Tertio eoꝝ opera predicari mandat. Quarto q2 ad ipsa accedentibus ꝛ venerantibus indulgētiam largitur ꝛ donat. Si autē queris cur corpora sanctoꝝ incinerantur que fuerunt socii passionum ꝛ participes bonoꝝ operū: cum sic statim euolent ad gloriam: dicēdū q2 aīa traxit corpus ad bona opera: corpus aūt supra rebellauit ꝛ induxit aīaꝫ ad malum ꝛ a bono retraxit: propter qḋ dicebat Apls. Condelector enīꝫ legi dei sm interiorem hoīem. Uideo aūt aliā legem in membris meis repugnantem legi mentis mee ꝛ captiuantē me in lege peccati. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius Ro. 7. Idcirco deus iudicat corpus incinerari. vt qḋ semp voluerit viuere in delitijs a vermibus comedat: ꝛ qḋ voluit preesse sub terra ponatur. ꝛ qḋ cōgregauit diuinitas. in modico cilicio inuoluatur. Si aūt inueniretur corpus q̄ anime in bono nō ꝯtradiceret nec eam inclinaret ad malum. nō putresceret in morte ipsum diuina gratia ꝯseruante: sicut fuit corpus xpi. ps. Qm̄ nō derelinques animā meā in inferno: nec dabis sanctū tuum videre corruptionem. Et etiā pie credit ecclesia de corpore vginis gloriose. Quarta ratio est. q2 corpora sanctoꝝ sunt cum magno honore ꝛ gloria surrectura. Quāuis enim gloria principaliter sit in aīa: tū gloria aīe redūdabit in corpus sicut lumen in laterna: ꝛ habebunt quattuor dotes sicut supradictum est ꝛc. Da similitudinē: siquis crederet aliquē futurum papā: quātam ei reuerentiā exhiberet. Sicut faciunt clerici q magnā exhibēt reuerentiam cardinalibus: quia ipsos pro papari sperant. Quāta ergo reuerentia est danda corporibus sanctoꝝ ꝛc. Ergo ꝛc.

Deo gratias. Amen.

De sancta Eulalia nota legendā totam quam collige in tribus pticulis sm tres eius excellentias.

Primo notatur charitas seu sanctitas diuinalis.

Scḋo firmitas virtualis.

Tertio sublimitas seu claritas supnalis.

Potest addi 4°. castitas virginalis ꝛ sic sunt quattuor excellentie: ꝛ in hoc fuit excellentior angelis q2 virginitas est in carne corruptibili.

Primo ergo ꝛc. Charitas ad hoc vt sit vera: reqrit ꝯcursum trium graduū. Primo cordis. Scḋo oris. Tertio operis. Ueritas enim est adequatio rei ad intellectum. Si ergo motus interior volantatis discordat ab actibus exterioribus. non dicit veritas sed falsitas. Uerbi gratia. Si diceres alicui q̄ eum diligis ꝛ vocas eum fratrē ꝛ dicis ei dulcia verba. ꝛ intus in corde nō habes dilectionē: ecce falsitas. Talis charitas siue amor est hodie in multis qui habēt mel in ore ꝛ fel in corde. Cōtra hoc dicit psalmista. Qui loquunt pacem cuꝫ primo suo: mala aūt in cor. eoꝝ. Da illis sm opera ipsoꝝ. ps. 77. Item alibi. Et dilexerunt eum in ore suo: ꝛ lingua sua mentiti sunt ei. Oportet ergo q̄ verba ꝛ cor sint conformia. Plus etiam requiritur q̄ opus exterius conformetur subueniendo primis in necessitate: vt dicitur. i. Jo. 3. Siquis habuerit substātiam mundi huius ꝛ viderit fratrē suum necesse habere ꝛ clauserit viscera ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Itaq; filioli non diligamus verbo neq; lingua: sed opere ꝛ veritate. Nota Uerbo. i. interiori dilectione quia verbuꝫ est conceptus mentis neq; lingua. s. tm̄: sed opere ꝛ veritate: tūc ergo est vera charitas. Sic ergo beata Eulalia dilegebat deum corde ore ꝛ opere. Corde q2 vt dicit legenda Eulalia generis alti ꝛ pulchritudine insignita. virgo humilis ꝛ deuota. toto corde suo vacabat in seruitio domini nostri iesu christi. Nota Toto cor. non partem cordis vult xp̄o: sed totum. Unde dicit Mt. 22. Diliges dominuꝫ deum tuū ex toto corde tuo ꝛc. Nota ꝯtra illos q volunt cum deo diligere alia preter deum. s. aurum. argentum. ceteraq; tpalia. ꝛ sic inferunt nō modicam iniuriam deo: q2 faciūt illum socium auri ꝛ argenti vel huius in regno cordis sui: cum tamen nulla sit pacis

est possessio. quando duo reges sunt in vno
regno. Unde Lucanus.
Nulla fides regni socijs: omnisq; potestas.
Impatiens consortis erit.
Hic ostendit etiam in ore. Unde erat in
quadam possessione parum distante a ciui-
tate Barchinone. vbi quotidie cum suis
puellis domesticis laudibus diuinis vaca-
bat. ⁊ hymnis. Hic practice quomodo sur-
gebat ad matutinas. vnde propter suas vir-
tutes ⁊ humilitatem a parentibus dilige-
batur. Tertio ostendit opere. Ieiunando.
penitentiam agendo. ⁊ alia bona opera fa-
ciendo. ⁊ quod excellentius est desiderabat
martyrium pati pro christo: quod est excellē-
tius opus caritatis: iuxta illud Jo. 14. Ma-
iorem caritatem nemo habeat vt a. s. po. ꝗs
pro a. s. Et desiderium eius fuit adimple-
tum vt infra patebit. Ps. Desideriū anime
eius tribuisti ei domine: ⁊ voluntate labio-
rum eius non fraudasti eum.
¶ Secundo firmitas virtualis. Et hoc ostē-
ditur in eius martyrio. Ubi nota quomo-
do temporibus eius venit Datianus vice-
rius imperatoris Diocletiani ad partes il-
las. ⁊ iussit omnes christianos perquiri vt
ydolis sacrificarent aut diuersa tormenta
subirent vsq; ad mortem: quod audiens
beata Eulalia gauisa est ⁊ gratias agebat
deo: quia videbat de proximo esse vt suum
desiderium adimpleretur. Cūq; parentes ⁊
amici viderent eam sic alacrem ⁊ sentirent
hoc. timebant valde quid nam beata Eula-
lia factura esset. cūq; illam de hoc interro-
garent nemini dicebat propositum suum.
Adueniente ergo nocte in primo gallorum
cantu recessit a domo patris. ⁊ accessit ad ci-
uitatem Barchinone: quam cum ingressa
esset audiuit crudele edictum Datiani pre-
conizari. ꝙ omnes christiani aut ydolis sacri-
ficarent aut mortem per diuersa tormenta
subirent. Tunc ergo feruore diuino accensa
⁊ mota. accessit constanter ad Datianum
⁊ eū redarguit de tribus. Primū de quo
redarguit erat malum secundum peius ter-
tium pessimum. Primo ꝙ cum sederet in
alta sede potestatis non recordabatur ꝙ
deus erat creator suus. secūdo dixit ꝗre nō ve-
reris honorē deo debitū ydolis exhibere: in
quibus demones continentur. tertio ꝙ peius ē
etiā christianos q sunt veri adoratores vni⁹
diuini numinis ydola adorare compellis.
Cui datianus ait. Que es tu que non iussa
ad iudicis tribunal accessisti. ⁊ deos nostros
blassemasti. Imperatoribus detraxisti. ac
mihi non leuem iniuriam intulisti. Tu que
tam stulte loqueris ⁊ tam presumptuose ad
tribunal meū aduenisti. Cui Eulalia. Ego
sū inquit Eulalia ancilla iesu christi. cuius
fide ⁊ spe firmata veni ad increpandum
te. ꝙ relinquis deum. adoras ydola ⁊ alios
adorare compellis propter quod deus con-
demnabit te ⁊ sequaces tuos. Tunc Da-
tianus furori replet⁹ dedit sibi duplex mar-
tyrium. Primo nāq; iussit beatam Eula-
liam manibus ligari ⁊ acerbe per suos mi-
nistros a tergo flagellari. ꝙ dum fieret di-
xit Datianus. Nunc vbi est deus tuus vt
liberet te: in cuius nomine venisti ad me ar-
guendum. Sed si vis liberari: dic ꝙ ignorās
quanta esset potestas iudicis ⁊ dominij tē-
poralis: hoc fecisti. Cui Eulalia. Reprobe
preses cur mihi suggeris vt mentiar: cum
mendaces inferni ignibus crucientur. Si
enim deos tuos demones nominaui: nil te-
mere protuli. Nolo mentiri quia imo scio
quanta est temporalis potestas quia mo-
dica est ⁊ vana ⁊ nullius momenti: sicut
vter plenus vento. Potestas autem dei ⁊
domini nostri iesu christi est infinita ⁊ nūq;
finitur: qua potestate ipse condemnabit te
⁊ omnes ydolatras. Antequā tū sibi infer-
ri faceret secundum martyriū preses iussi
sit militibus vt eā blandis monitis immu-
tare niterentur. Quod cū milites fecissent
nec id peragere valerent iussit Datianus sibi
secundum martyriū inferri quod fuit hoc:
quia affigitur in eculeo ⁊ ex vngulatis fer-
reis pectinibus vsq; ad ossa penetrantibus
torquetur diutissime. ⁊ facibus accensis pi-
ce ⁊ oleo delinitis: eius latera continue cre-
mantur. Cui Datianus etiam improperās
dicebat. Ubi ē deus tuus? Sacrifica dijs
⁊ viues. Cui Eulalia. Christus deus meus
mecum est. Sed tu indignus es illum vide-
re. Tunc preses rabie plenus fecit ignem
copiosum accendi ⁊ faces ardentes circa la-
tus eius apponi. Eulalia āt cātabat dicēs.

Ecce enim deus adiuuat me ꝛc. Et rogauit dñm vt ignis ille extingueretur vt credentes videant ꝛ laudēt potētiam dñi nostri iesu xp̄i. Oratione aūt completa flāme extincte sunt. Dacianus aūt fecit ignem iterū accendi ꝛ eū sup infundi. sed flāma accensa cōburebat ministros. ꝛ pre nimio terrore ceciderunt in terrā. Et tunc btā Eulalia emisit spūm premissa oratiōe hac. Jube me deus suscipi in pace in requie beatoꝝ. faciens mecū signum in bonū vt videntes tuā potentiā benedicāt. Patet ergo ei⁹ firmitas virtualis ideo dr̄ Canti. viii. Fortis est vt mors dilectio. Et infra. Aque multe nō poterunt extinguere charitatē: nec flumina obruēt illā. Itē Ro. 8. Quis nos separabit a charitate xp̄i ꝛc. Est enī firmitas quedā viciosa que dr̄ ptinacia: qñ homo est durus qñ nō oȝ ꝛ vbi nō opȝ. Sic firmitas virtuosa est qñ est firmus vbi oportet ꝛ qñ oportet: vȝ p virtute seruanda. Mat. 5. Beati q psecu. patiunt̄ ppter iusticiam. Itē Eccl. 18. Pro iusticia agonizare p aīa tua: ꝛ vsqȝ ad mor. certa pro iusticia.

¶ Tertia excellentia est sublimitas supnalis. Hanc ostēdit deus in signū magni premij sui. Triplex aūt signū ostēdit deus indicatiuū glorie sue. Primū est qꝛ statim post ꝙ beata Eulalia emisit spūm. visa fuit columba de ore eius exiens que in celum ascendit. De quo populus ibi existens miratus est valde. ꝛ xp̄iani ibi existentes letati sunt valde ꝛ gratias egerunt dño: qui dignos eos fecerat habere cōciuē coꝝ aduocatam in celo. Scd̄m signum mirabile fuit qꝛ post eius mortē Dacianus nec sic satiatus iussit corpus btē Eulalie nudū in patibulo suspendi ꝛ custodiri. donec aues illud deuorarent. Sed deus misit nubē quādam cū magna niuiū copia de celo. que corpus operuit adeo vt custodes illud videre nō possent. sȝ perteriti se elongauerunt ꝛ a longe custodiebant. post triduū vero xp̄iani deuote venerunt ꝛ corpus illud susceperunt custodib⁹ nihil sentientibus sed dormientibus. Inuolutūqȝ pāniis linteis. preciosis vnguētis vnxerunt illud. ꝛ sepelierūt in basilica sancte Marie in sepulchro marmoreo sub terre visceribus. Tertiū signum fuit qꝛ inter xp̄ianos illos erat beatus felix: q in cōfessione diligebat sincere beataȝ Eulaliā: et vidēs corpus suū dixit. O mirabilis puella tu me vicisti obtinere palmā martyrij prior nobis, ppter amorē dñi nostri iesu xp̄i. Et tūc beata Eulalia iam diu mortua ore risit. de quo oēs mirati sunt ꝛ gauisi valde: ceperūt cantare. Clamauerunt iusti et dñs exaudiuit eos. ꝛ sic reuerentissime corpus illud sacrū sepelierūt. qd̄ modo est in ciuitate Barchinone. Rogemus ergo xp̄m ꝛc. Deo grās.

¶ Passa est aūt beata Eulalia in ciuitate Barchinone. 12. februarij. Anno dñi. 287. sub Diocletiano ꝛ Maximiano īperatorib⁹. Legitur in legenda beate Eulalie ꝙ quidā de nocte egrediens ciuitatem Barchinone cum peruenisset ad quēdam locum q collis de celata dr̄ Inuenit ibi equitātiū armatorum innumerabilem aciem: q quasi turbati inter se nūc hinc. nunc inde p iter publicum discurrebant. Audiuitqȝ vnū dicentē coꝝ duci. Quid moramur. Intremus hanc vrbem peccatricē ꝛ eam funditus deleamus: Cui dux dixit. Nunqd̄ vides ꝙ illa inuicta Eulalia in medio vie cū crucis vexillo obuiam nobis exit. Nō est nobis possibile vt militē celestem potissime tanti meriti superemus. Ille aūt vir hec videns forti aio effectus. talia verba dixit vni ex illis. Qui estis vos ꝛ quid queritis in hoc loco: Cui ille. Cunei sumus inferni qui cupimus hāc vrbem subuertere: sed vnica dei virgo Eulalia noie cuius corpus in hac vrbe est tumulatū. a multo tpe citra a nostro desiderio nos repellit. Et confestim ab oculis intuentis tota euanuit acies armatoꝝ. Ille aūt qui hec vidit quibusdā sibi caris hec ptulit. Sed ne detractoribus videretur delirus: multis dissimulando subticuit.

Deo gratias. Amen.

¶ In cathedra sancti Petri.
Sermo vnus.



go dico tibi qꝛ tu es Petrus Mat. 16. Festū hodiernum dicit̄ de cathedra sancti Petri. Ratio est qꝛ hodie fuit inthronizatus. Quādo aliqs eligit̄ in epm vel

papam ponit cum mitra in capite. Sic factum fuit de beato Petro aplo. quē xp̄s elegit in papā ⁊ vicarium suū: et post suā passionem ⁊ resurrectionē confirmauit eum dicens. Pasce agnos meos Jo. 21. Restabat ergo vt intronizaretur tanq̄ vicarius xp̄i: cui xp̄s cōmisit potestatē diuinā ⁊ suis successoribus ⁊ hodie fuit intronizatus. et de hoc facimus festum hodie: ⁊ de hoc ēt erit sermo noster. Sed prius salutetur virgo gloriosa ⁊c. Ego dico tibi ⁊c. Pro introductione materie ⁊ verboꝝ thematis declaratione. Sciendum q̄ hoc nomē Petrus hꝫ quattuor interpretationes: que conueniunt quattuor cathedris in quibus beatus Petrus fuit intronizatus: ⁊ sunt hec.

¶ Primo petrus interpretatur dissoluens.

¶ Scḋo petrus interpretat̄ agnitus.

¶ Tertio petrus interpretat̄ discalcians.

¶ Quarto petrus interp̄tat̄ agnoscens.

Iuxta has quattuor īterp̄tationes sunt quattuor cathedre petri. Prima ē cathedra p̄sidentie vniuersalis. Scḋa ē cathedra sanctimonie spūalis. Tertia ē cathedra sapientie theologicalis. Quarta est cathedra eminētie iudicialis. aīs supnalis. Primam cathedrā accepit in ierusalem. Scḋam in anthiochia. Tertiā rome. Quartam in vita beata. Prime cathedre correspondet prima interpretatio. Scḋa scḋe ⁊c. Quia ꝓpter primā cathedram petrus dr̄ dissoluens. ꝓpter scḋam agnitus. ꝓpter tertiam discalcians. propter quartam agnoscens. Ideo dicit thema. Ego dico tibi q̄a tu es petrus.

¶ Dico primo q̄ p̄ma cathedra in qua beatus petrus fuit intronizatus dicit̄ de presidentia vniuersali. Nota duplicem p̄sidētiam. s. particularem ⁊ vniuersalē. Prima est presidentia primatū. patriarcharū. archiepoꝝ. epoꝝ. abbatū. prioꝝ. rectorū. qui solū in suis dyocesibus vel ecclesijs seu curis p̄sident. Sed presidentia vniuersalis est quādo solū in vna dyocesi seu ecclesia: sꝫ in vniuerso mundo presidet. Talis ē p̄sidentia papalis ⁊ talis est presidentia beati petri. Et sicut deus est dominus mūdi vniuersaliter: ita ⁊ suus vicarius a quo nullus est exemptus. Ideo dicit tex. 2. q. 6. Decreto. Et c. Qui se scit. q̄ reliq̄e ecclesie preter ecclesiā romanā sunt vocate in partē sollicitudinis: nō in plenitudinē potestatis. Cōcordat textus in c. Ad honorem: de vsu pallij. Et in c. Proposuisti. de ꝯces. preben. Hanc aūt p̄sidentia vniuersalē recepit petrus quo ad spem in Cesarea philippi: in qua xp̄s sibi ꝓmisit p̄sidentiam vniuersalem sicut narrat euangeliū hodiernū dicēs. Venit iesus in partes cesaree philippi. Et interrogabat discipulos suos di. Quē dicunt hoīes eē filiū hominis: Sed quo ad rem recepit post xp̄i resurrectionē dicente dn̄o. Pasce agnos meos ⁊c. Jo. 21. Ubi nota quare xp̄s eum ter interrogauit. Amas me ⁊c. 6. q. 1. Imitare. Et. 25. q. 1. Diuinis. Nota quō xp̄i debēt exēplo xp̄i interrogare quid dr̄ de eis: quasi dicendo. Uos qui vaditis per viam ⁊ loq̄mini cum gentibus. dicite mihi quid dicūt de me. Item quō discipuli debent dicere quid dicit̄ de magistris. ⁊ vasalli de dn̄is. q̄ multi defectus in dn̄is corrigerent̄ qui patiant̄ ⁊ ignorant̄ a dn̄is ex fallaci adulatione vasalloꝝ. Nota exēplum qd̄ magister Jordanis iuit ad visitādum imperatorem Federicū accersitus ab eo ⁊c. legit̄ in libro de vitis fratrū nostroꝝ. Nota ibi. Et sup̄ hanc petrā edificabo ecclesiā meaꝫ. In quo ostendit̄ onus qd̄ portat p̄latus. s. papa. ep̄s. abbas ⁊c. qui in iudicio h̄nt reddere rōnem ⁊ cōpotū de oībus aīabus sibi cōmissis. Et ista rōne antiq̄tus fugiebant: sicut ⁊ q̄libet debet hodie fugere ⁊ inuitus eligi. 8 q. 1. Inscriptuꝛis. C. de epi. ⁊ cle. l. Si quēq̄. Et ad Heb. 5. Nec quisq̄ sibi sumat honorē: sed qui vocat̄ a deo tanq̄ aaron. Sed modo nō cogitant onus sed redditus: ideo q̄libet ingerit se. Dic quō q̄libet p̄latus debet esse vt petra firmus in fide. ⁊ fortis in sanctitate vite. in deuotione. in scia: q̄ vt dixi totū edificium ecclesie militātis fundat̄ supra petrā p̄lati. Scḋo nota ibi. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Officium clauiū est claudere ⁊ aperire. Hoc officiū deus dedit btō petro ⁊ suis veris successoribus. Et a papa deriuat̄ ad sacerdotes q̄ aperiūt absoluēdo a peccatis ⁊ claudūt qn̄ nō absoluunt peccatores: ex triplici

defectu peccatoris. Primo si nõ pponit abstinere a peccatis oibus mortalibus: tunc enim dz falsa pnia. de pe. di. 5. Falsas. quia als non expiret. et lz de facto absoluerẽ nihil valeret. Tunc enim q2 non absoluiẽ a christo non potest vere absolui a sacerdote. Unde Greg. in homel. 27. et habetur in decretis. xi. q. 3. Tunc vera est absolutio presidẽtis. cum interni sequitur arbitrium iudicis. quod bene quadriduani mortui resuscitatio illa significat: que videlicet demonstrat. quia prius eis mortuum suscitauit et viuificauit dicens. Lazare veni foras: et postmodum is qui viuus fuerat egressus a discipulis ẽ solutus: sicut scriptũ est. Hec ille.

Scdo quia si peccator non vult remittere iniurias. quia q̃dia in vulnere est sagitta nunq̃ vulneratus potest consequi sanitatem Mat. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet et vobis peccata vestra. Si autem nõ dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Tertio si peccator nõ vult restituere vsuras vel furta: quia tunc confessor non potest aperire. quia Peccatũ non dimittitur nisi restituatur ablatum. regula Peccatum lib. 6. Et. 14. q. 6. Si res. Ideo de quolibet prelato potest intelligi verbum Isa. Et dabo clauẽ domus Dauid. i. christi de genere Dauid. super humerum eius: et aperiet et nõ erit qui claudat: et claudet et non erit qui aperiat Isa 22. Tertio nota. Et quodcũq3 ligaueris super terram erit ligatum et in celis: quia supposito recto hic in terra vsu clauium deus illud approbat: aliter non. Et quodcũq3 solueris super terraz erit solutum et in celis. In omni confessione nisi confessor sit vna bestia debet ligare et soluere. hoc verum vbi confitens est contritus. Hinc potes querere vtrum indulgẽtie date ab ecclesia prosint animabus que sunt in purgatorio. De quo vide quod scripsi in sermo. quadragesimalibus de peccatis in genere articulo. 4. Ubi agitur de peccato veniali vbi agitur de indulgẽtijs. Dic quomodo quilibet peccator est ligatus tot vinculis: quot habet peccata mortalia in mẽbris per que peccauit. Auctoritas. Iniquitates sue capiunt ipsum: et funibus peccatoꝝ suorum quisq3 constringitur. Prouer. 5. Sed in absolutione a confessore soluunt. deinde confessor debet ligare peccatorem non malo vinculo sed vinculo penitentie. quã sibi debet dare scḋm peccata que seruanda est omnino: als peccator damnaretur. De hoc dixit christus confessoribus. Amen dico vobis. Quecũq3 ligaueritis super terram erunt ligata et in celis. Et quecũq3 solueritis super terram erunt soluta et in celis Mat. 18. Ecce potestas vniuersalis presidentie: in qua fuit beatus petrus intronizatus et potuit dicere. Quando procedebam ad portam ciuitatis in platea parabãt mihi cathedrã Job. 29. Porta ciuitatis potest dici absolutio sacramentalis. per quaz secari per portam peccator ingreditur ciuitatem ecclesie militantis per gratie acquisitionem. et ecclesie triumphantis per glorie adeptionem. ps. Hec porta domini iusti intrabant in eam. iusti i. iustificati. Nota In platea: Platon grece idem est q2 latitudo latine. s. latitudo ecclesie et vniuersalis presidentie. Parabant mihi. s. verba christi conferentis sibi potestatem et auctoritatem diuinam: et scḋm hanc primam cathedram seu auctoritatem dicitur Petrus. i. dissoluens iuxta prophetiam Isa. 58. Dissolue colligationes impietatis. solue fasciculos deprimẽtes. dimitte eos qui confracti sunt liberos. et omne onus disrumpe. Et ideo dicit thema. Ego dico tibi quia tu es petrus. i. dissoluens. s. vincula peccatoꝝ auctoritate apostolica sine potestate presidentie vniuersalis. Ideo ecclesia docet nos orare ipsum.

Solue iubente deo culpaꝝ petre cathenas.
Qui facis vt pateãt celestia regna beatis.

Scḋa cathedra beati petri in qua fuit intronizatus est de sanctimonia spirituali. In hac fuit intronizatus in ciuitate Antiochie que erat caput totius Syrie: ad quã venit beatus petrus cum suis discipulis. postq̃ quinq3 annis eius fuit prima cathedra in Ierusalem: et ibi christum predicauit et miracula fecit. Tunc Theophilus princeps et vniuersus populus Antiochie et q̃plures alij in domino crediderunt et gloriosam ecclesiam fabricauerunt. In cuius medio ecclesiam cathedram collocauerũt et petrũ ibi

exaltauerunt vt posset ab omnibus audiri et videri: in qua septem annis sedit. sed antequã in hac cathedra eẽt exaltatus. duplici ignominia fuit affectus. primo .s. rasure capitis. secundo in carceratione ex quo ex defectu cibi et potus pene consumptus est. Sed postmodum dñs ipsum liberauit per ministerium pauli. Hic vt in legenda. Ecce quomodo fuit intronizatus in cathedra sanctimonie spũalis. Et fuit cõpleta in eo pphia Dd. Cõfiteantur dño misericordie eius et mirabilia eius filijs hoium. Et exaltent eum in ecclesia plebis. Et in cathedra seniorum laudent eum. ps.106. Nota Misericordie eius .s. beati petri qñ sanauit in nomine domini loco infirmos anthiochie: ecce mirabilia eius. Et misericordie eius: pascendo populum pabulo verbi dei. ppter quod exaltauerunt eum in cathedra seniorum .s. patriarcharum et pphetarum. ipsum sanctum hominem reputantes. Huic cathedre conuenit secũda interpretatio huius nominis petrus .i. agnitus. Cum enim eum primo reputassent tanquã magum tandem agnita eius virtute et sanctitate propter virtutes eius et mirabilia ipsum postea reuerentissime susceperunt: quasi dicentes. Scimus q: a deo venisti magister. Item alibi. Magister scimus q: verax es et viam dei in veritate doces Mat.22. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo Jo.3. Ideo dicit thema. Ego dico tibi quia tu es petrus .i. agnitus.

¶ Tertia cathedra in qua beatus Petrus fuit intronizatus est de sapientia theologicali: quando fuit magister in theologia hic rome. Postquã enim per septem annos fuit in ciuitate Anthiochie fuit romaz que tunc florebat officio totius mundi et in scientia phorum: et ibi beatus petrus meruit legere theologiã et extirpare quattuor errores phorum: non propria voluntate vel motu sed inspirante vel iubente dño. Unde scribit Marcellus vniuersis episcopis per anthiocenã constitutis: et habetur in decretis. 24. q. i. Rogamus. Eius .s. petri enim sedes primitus apud vos fuit que postea iubente dño romam translata est: cui admi nicolante gratia diuina hodierna presidimus die etc. Ratio aũt huius translatiõis ponitur. 7. q. i Mutationes vbi dicitur. Petrus sanctus magister noster et princeps apostolorum de anthiochia ciuitate translatus est romaz vtilitatis cã: vt ibidem potius proficere posset. Ex predictis nota q papa non posset hodie mutare sedem de roma in aliam ciuitatem. De quo vide per arch. in pemio sexti libri in principio vbi agitur super verbo. Dispositione incõmutabili etc. Nota quattuor errores phorum. Primus q sicut non erat nisi vnus deus: Ita non erat nisi vna persona. Ita q negabãt trinitatem. Sed contra hoc beatus petrus in sua cathedra docebat di. Tres sunt qui testi. dant in celo: pater verbum et spiritus sanctus. et hij tres vnum sunt. i. Jo. 5. Secundus error erat contra christi incarnationẽ dicentium. q impossibile erat q eadem persona esset deus et homo. Ratio quia finiti ad infinitum nulla est proportio. Sed beatus petrus in cathedra theologicali cõtradicebat: dicens q lz finiti ad infinitum non sit proportio quantitatis alias equalitatis: tamen est ibi proportio causalitatis: quia filius dei in sua diuinitate sustinet illã humanitatem et ẽ causa ipsius. Tertius error contra christi passionem di. Frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora. Sed petrus declarauit quomodo christus voluit sic facere seruando ordinem iustitie et misericordie. et Ideo voluit capi et ligari vt sibi credentes et obedientes essent a peccatis soluti et liberi. Quartus error contra sacrificium altaris di. q locus et locatum debet proportionari et adequari. Et petrus declarauit quomodo hoc est verum naturaliter. sed non supernaturaliter. Sic in hoc sacramento considerata diuina potestate que potest plus ꝙ nos possumus intelligere etc. Et in hac cathedra beatus .p. sedit viginti quinqz ãnis. De hac cathedra Auctoritas figuratiua. Dauid sedẽs in cathedra sapientissimus fuit et tres .2. Re. 23. Nota Dauid .i. fortis et robustus: ecce Petrus sapientissimus. Inter tres .s. sectas phorum .s. Stoicorum. Epicureorum. et phariseorum. de quibus Act. 10. Huic cathedre cõuenit tertia interpretatio huius nominis petrus .i. discalcians .s. soluens argumentorum dictorum phorum. Et fuit completa illa pphia.

Solue calciamenta de pedibus tuis. Terra enim in qua stas sancta est Exo. 3. Nota De pedibus tuis. i. discipulis te audientibus. Terra. n. in qua stas. s. roma: sancta est: ppter sanguinē martyrū ibi effusum. Nota hic miraculū de illo sancto papa q cuidā ex̄o petenti reliquias pro sua ecclesia dedit pugillū terre: quā vilipendēte ex̄o de terra sicca exiuit sanguis. Ideo dixit xp̄s Petro. Ego dico tibi: q: tu es petrus. i. discalcians.

¶ Quarta cathedra. b. Petri est de eminentia iudiciali. In hac fuit intronizatus in celo qñ migrauit: et eius aīa fuit collocata in cathedra glorie. sed pfectius eā recipiet in die iudicij: qñ in aīa et corpe iudicabit cū xp̄o. Uñ ipse q̄rente a xp̄o. Ecce nos reliquimus oīa et secuti sumus te qd ergo erit nobis. Rñdit xp̄s. Amē dico vobis: q vos q reliqstis oīa et secuti estis me: in regeneratione cū sederit filius hoīs in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes. 12. Lucas vero dicit sedebitis sup thronos Luc. 12. Idem est. Huic cathedre puenit. Quarta interpretatio noīs Petr⁹. i. Agnoscens: q: tunc. s. in die iudicij cognoscet esse cōpletas oēs pmissiones xp̄i. tunc etiam cognoscet oīa bona et mala oīum. Tunc poterit dicere beatus petrus. Nūc cognosco sicut et cognitus sum. i. Cor. 13. Sed et nunc agnoscit pfecte deum videns eum per essentiam in cuius visione cōsistit essentialiter vita beata: iuxta illud Jo. 17. Hec est aūt vita eterna: vt cogno. te solum verū deum et quē mi. Jesum xp̄m. Et ideo dixit sibi xp̄s. Quia tu es Petrus. i. agnoscens. s. gloriam paradisi Ad quā nos perducat et c. Deo grās. Amē.

¶ In festo beati Mathie apli.

Sermo vnus.



Piscopatuz eius accipiat alter. Originaliter. ps. 108. Transum psius aūt in epl'a hodierne solennitatis: q est. Act. pmo. In verbis ppositis et in tota epl'a hodierna fit mētio principaliter de duob⁹ vz.

¶ Primo de iude apostate in digna prelatione cum dicit. Episcopatum eius. s. iude.

¶ Scđo de Mathie apli digna subrogatione cū dicit. Accipiat alter. i. Mathias.

¶ Circa primū nota q prelatus indignus deponi debet sm iura. Ideo ex quo iudas fuit indignus platus deponi debuit a prelatura. Notandum aūt q ppter quattuor causas prelatus fit indignus prelatione et pñter fit dignus priuatione siue depositiōe, propter quas etiam iudas deponi debuit. Et sunt iste videlicet.

¶ Primo ppter homicidiū manifestum.

¶ Scđo ppter hereticā prauitatem.

¶ Tertio ppter symoniacam infectionem.

¶ Quarto ppter enormē dilapidationē.

¶ Primo ergo ppter homicidiū et marie qñ est notoriū: vt pbat in. c. vlti. De tēpo ordi. Et in. c. Inquisitiōis extra de accusationibus. Et nota in. c. Ex tenore. e. ti. Iudas aūt homicidiū cōmisit: qñ dei filiū interfici procurauit. Et istud homicidium fuit notorium: vt dicit in epl'a hodierna. Et notum factū est oībus habitantibus ierlm. Quāuis aūt de notorio multiplex differentia siue distinctio habeat: vt notant canoniste in. c. Uīsa: de coha. cle. et mu. Et. 2. q. i. Manifesta. Tñ q̄tū ad ppositū ptinet est notādū q triplex est notoriū: vz. pñumpti. facti. et iuris. Notoriū pñumpti. est qñ ex pñumptiōe violēta insurgit manifestatio seu pbatio delicti vel alterius rei: sicut est pintrus et filiatio. ff. de in ius voc. l. Quia semp. ff. de pdi. et de. Lucius: vt notat Glo. in. c. Cū ptumatia de hf. lib. 6. Notoriū facti ē qñ sic manifestū est factū q nō pōt aliqua tergiuersatiōe celari: vt in. c. fi. de cohabi. cleri. et muli. Notoriū iuris est qñ per sniam vel pfessionem in iure factā pstat de delicto: vt nota in dicto. c. fi. Homicidiū ergo iude fuit notoriū predictis tribus modis. Primo q dem p pñumptionē violentā: qñ cū inimicis capitalibus xp̄i secretū pñlium init. Math. 26. Tunc abijt vnus de duodecim q dicebatur iudas scarioth ad prin. sacer. et ait illis. Quid vultis mihi dare. et ego vobis eū tradā? Scđo p facti euidētiā qñ venit cū turba cū gladijs et fustibus cōprehendens eū. Et q̄uis eū osculatus esset tñ nulla potuit tergiuersatione celare. q: xp̄i mortem tractauerit. Unde dñs dixit ei. Iuda osculo filium hoīs tradis? Tertio per ppriam cōfessionē per quā fit notoriū iuris qñ homicidiū suum manifestauit dicens. Pecca

sil tradens sanguinē iustū Mat.27. Et ista ↄfessio facta est in iudicio .i. corā principib⁹ sacerdotū: qui ↄ̄ualis mali erāt iudices erant: vt ꝓbat̄ in decre. di.93. Dn̄s noster. ¶ Scd̄o prelatus deponi dȝ pp̄ hereticā prauitatē. ex papa .xl. di. Si papa. ꝓpter hoc ēt iudas debuit remoueri. Ipse.n. primo fidē xp̄i recepit sed ab ea postmodum p̄uaricatus fuit. Vn̄ dr̄ in ep̄la hodierna. De quo preuaricatus est iudas: vt abiret in locū suū .i. in infernū q̄ ē locus sibi ↄgru⁹ triplici rōe. Nā

¶ Nam infernus est locus fetoris.

¶ Est locus ardoris.

¶ Est locus horroris.

Quarto bellauit contra aspidem seuicie et crudelitatis: de quo habuit victoriam per patientiam et firmitatem.

Primo ergo bellauit contra leonem. i. diabolum: qui dicitur leo propter superbiaz Sicut leo est rex animalium: sic diabolus est rex super omnes filios superbie: sicut dicitur Job. 41. Unde. i. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus tanq leo rugiens circuit querens quem deuoret etc. qui temptat de superbia. Nota q quattuor sunt illa que vt plurimum faciunt milites superbire. Primo nobilitas sanguinis. Secundo pulchritudo corporis. Tertio dominiu hominum. Quarto victoria hostiu. Omnia ista quattuor habuit beatus Georgius sed tamen non superbiuit: immo vicit hunc leonem superbie per veram humilitatem. Uide de hoc supra in sermone sancti Uincentij huius festi: qui incipit Beatus vir qui inuentus est sine macula. parte prima.

Secundo bellauit contra draconem luxurie et carnalitatis: que recte per draconez significatur. qui flatu inficit et corrumpit. quia per luxuriaz totus pene mundus infectus est et corruptus: iuxta illud. ps. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est vsq ad vnum: sed vicit illum per puram castitatem. Unde quando capiebat aliquam ciuitate vel castrum quando homines carnales presertim armigeri se solent dare carnalitatibus sicut equus et mulus quibus non est intellectus. beatus Georgius custodiebat mulieres sicut pater filias. Et in signum huius victorie qua habuit contra dracone luxurie dica vobis


vnũ mirabile factum. in quo btũs Geor/gius duos dracones vnũ corporalẽ ⁊ alterum spũalem occidit. Nota exẽpliũ quomodo occidit draconẽ qui erat in lacu ⁊ fuauit puellam a morte corporali. Itez seruauit se a stupro puelle: qm nec voluit ipsam in vxorem cum pater ⁊ ipsa essent pẽti. vñ p hoc vicit draconẽ spũalem luxurie. Vñ creditur ꝙ fuit virgo: que virtus licet magna sic in oibus: tamen maxima fuit in hoie iuuene. milite. ⁊ armigero. Quid dicẽt milites hodierni ⁊c̃. Nota quõ deus de oi genere ⁊ statu hominum fecit sanctos: vt nullus hõ in quocũq statu vel gradu possit excusationem habere in aspectu dñe. Nam de gradu imperatorum fecit sanctos aliquos: puta Cõstãtinum. Theodosium. Justinianum ⁊c̃. vt nullus Imperator possit dicere. Ego habui magnum onus ⁊c̃. Itẽ de regibus Dauid. Ezechias. Iosias. Itez sanctus Ludouicus ⁊c̃ francoꝝ. Itẽ de militibus Georgiũ. Hyppolitus ⁊c̃. De medicis Cosmam ⁊ Damianũ ⁊ sctũ Lucam. De diuitibus ⁊ vsurarijs sanctum Matheũ. De luxuriosis Mariã magdalenam. De supbis Pauliũ. De prelatis ecclesiasticis Greg. Ambro. Nicolaũ. Martinũ. ⁊ multos alios. ⁊ sic de alijs. Hoc oĩt ex gratia diuina est: iuxta illũ Sap. 8. Sciui qm aliter nõ possum esse ptinens: nisi deus det. ergo. Certamen forte dedit ⁊c̃.

¶ Tertio bellauit ꝯtra basiliscum auaritie ⁊ cupiditatis. q: sicut basiliscus visu interficit hoiem. sic auaritia ⁊c̃. Vñ hr̃ ꝯtupiscentia oculoꝝ. 1. Jo. 2. Et p hoc interficitur aia nõ solum auari sed etiã vita pauperũ. q: hũs pp auaritiam nõ puidetur de necessarijs. ppter qḋ pauperes aut moriunt corporaliter fame vel frigore. aut spũaliter: sicut femine pp paupertatem fornicantes. vel alij paupes furta facientes. Jõ Ambros. 86. di. Pasce famẽ morientẽ: si non pauisti occidisti. Sed ꝯtra istum draconem qui multos interficit. principes. reges. milites. mercatores. iudices ⁊c̃. Bellauit viriliẽ beatus Geor. ⁊ victoriam habuit. Cũ enim multa potuisset congregare in captione ciuitatũ. castroꝝ. ⁊ villaꝝ. tamẽ nõ curabat. Item rex ille cuius filiã liberauit ex quo noluit filiam suaz in vxorem. voluit sibi dare multum thesaurum sed noluit recipere p se: sed p deo in ecclesijs construendis ⁊ hospitalibus. p personis paupibus. Ideo cantatur de eo. Beatus vir qui inuentus est sine macula ⁊ qui post aurũ nõ abijt. nec sperauit in pecunie thesauris Eccli. 31. Sed hodie in tãtũ creuit auaritia ꝓcertim in militibus ⁊ stipendiarijs. Nota cõsiliũ imo ꝓceptum Joãnis bap. qḋ pdicabat dicens militibus. Neminẽ concuciatis n. ꝙ calũniã faciatis: ⁊ estote contẽti stipendijs vestris Luc. 3. Dic vt expedit.

¶ Quarto bellauit ꝯtra aspidẽ seuitie ⁊ crudelitatis: q: peius ⁊ crudelius erat venenũ tyrannoꝝ paganoꝝ: ꝙ venenum aspidis ⁊c̃. Dic eius martyrium ⁊c̃.

Deo gratias. Amen.

¶ In festo sancti Marci. Sermo vnus.



Opus fac euangeliste. 2. Tim. 4. Hec verba dicere possum⁹ btõ Marco. O beate marce ⁊ gloriose O pus fac ⁊c̃. Ideo de eo erit sermo. Salutet virgo gloriosa ⁊c̃. Pro declaratione verboꝝ nota ꝙ euãgelista dicit annunciator euangelij. Vñ ois pdicator põt dici euangelista. Est aũt notandũ ꝙ multa sunt necessaria ad hoc vt aliquis possit esse euangelista. i. euãgelicus predicator: quoꝝ si quod deficiat: dictor dici potest: pdicator dici nõ potest.

¶ Primum est etatis ꝯgruitas.
¶ Scdm est sciencie claritas.
¶ Tertium est vite sanctitas.
¶ Quartum est mittẽtis auctoritas.
¶ Quintum est ordinis dignitas.
¶ Sextum est constantie firmitas.
¶ Septimum est patientie virtuositas.

Põt addi aliud Eloquẽtie sublimitas: iuxta illud Isa. 49. Posuit os meũ quasi gladiũ acutũ. Itẽ Isa. 2. Cõflabunt gladios suos in vomeres ⁊c̃. p gladios intelligũtur verba elimata ⁊ subtilia. p vomerẽ vero grossa ⁊ edificantia verba. ergo subtilia vertẽda sunt i moralẽ edificationẽ. Longar enim plures occidit vomere: ꝙ Aioth gladio Judi. 3⁰. ⁊ 4⁰. 1. Cor. 2. Sermo me⁹ ⁊ pdicatio mea nõ in psuo. hu. sa. pble ⁊c̃. Itẽ adde aliud prudenter preciositas: vt

sciat aptare sermonē sm audientiū quali-
tate.n. Nam vt dicit Origenes z habet in
decretis.4.di. In mādatis habemus vt
venientes ad ciuitatē discamus prius: qs
in ea dignus sit. z apud eum cibum suma
mus: quāto magis noscere oportet. qs qua
lisue sit is cui immortalitatis verba credēda
sunt: Solliciti enim debemus esse ne margari
tas nostras mittamus ante porcos. Hec ille.
Item ad idē facit qd dicit Petrus apls
z habetur in decretis.8.q.i. Oportet eū q
docet z instruit alas rudes.esse talem: vt p
ingenio discentiū semetipsum possit aptare.
z verbi ordinē pro audientis capacitate di
rigere. Debet ergo apprime esse eruditus z
doctus. irreprehensibilis. maturus. pauidus.
sicut ipsi prodistis fore Clementē huc post
me. Hec ibi. Pauidus Glo. timens pec-
care Omnia predicta habuit btūs Mar. Jō
dicitur sibi in themate. Opus fac euangeli
ste. Et ipsē pōt rñdere. Opus. feci euangeli
ste. ¶ Primo ergo dico zc. Vñ Deut. 15.
Nō arabis in primogenito bouis. Primo
genitus bouis est bona operatio infirme eta
tis zc. Vide supra eodem libro in versu.
Quartū est perfectio etatis zc. In sermōe
qui incipit Narrauerunt. Hanc ergo hūit
btūs Marcus qz fuit etatis perfecte. zc.
¶ Sexto zc. scientie claritas: ne alis efficiat
magister erroris antequā discipulus veritat.
Ideo dicit Eccli.5. Si est intellectus tibi
responde proximo. Sin aūt sit manus tua
sup os tuū ne capiaris in verbo in discipli
nato z confundaris. In huius signū habem9
qd saluator noster prius in medio doctorum
sedit. audiēs illos et interrogans. et postea
predicare cepit: qz prius vnusquisqz debet
adiscere: z postea dz officiū predicādi exer
cere. Hinc etiā dñs ait Apoc. vlt. Qui au
dit. s. discendo: dicat veni. s. docendo. Hinc
etiā prius aplos docuit: deinde ad predicā
dum misit dicens. Estote prudentes sicut
serpentes: et simplices sicut colūbe Mat. 10.
Vide textū Hierony.16.q.i. Si cup.e. Sic
etiam post resurrectionē prius illis sensum
aperuit. z scripturas explanauit z postea
dixit eis. Euntes i mundū vniuersuz predi
cate euangelium. omni creature Mar. vlt.
Vnde z cum de qnqz panibus quinqz mi-
lia hominum reficere vellet. prius accipiēs pa

nes fregit et postea discipulis suis dedit. z
per eos demū turbis apposuit. quia sacra
menta legis z pphetarum prius disserendo
exposuit. z postea eorū scientiam discipulis
dedit. et tandem p eos demum turbis ap
posuit. z illam fidelibus dispensauit Jo.6.
Hinc etiam petrus cū rectoribus ecclesie
scriberet ait. Parati semp ad satisfactionē
omni poscēti vos rationē de ea que in vo
bis est fide z spe.i. Pet.3. Hinc etiam pau
lus scribens ad Timotheū ait. Attende le
ctioni exhortationi z doctrine.i. Timo.4.
Habuit etiā in veteri testō vectes. quibus
archa portabat iugiter annuli erant inserti
vt cum archa esset portanda nulla fieret
mora circulis mittendis vectibus: qz predi
catores per quos ecclesia circumfertur sacris
litteris semper debēt insistere: ne tunc que
rant discere cum ex officio alios debeant
docerē. Salomon quoqz nō diuitias nō lon
ga tēpora huius vite: sed sapientiam a deo
petijt z impetrauit. Hinc z Malachias ait.
Labia sacerdotis custodiūt scientiam: z le
gem requirent ex ore eius quia angelus do
mini exercituum est Mala.2. Hinc etiā di
citur Osee.4 Quia tu scientiā repulisti re
pellam te z ego: ne sacerdotio fungaris mihi.
Hinc Salomon ait. Prius tempus tacen
di z postea loquendi: quia veritas prius
tacendo discitur z postea loquendo predi-
cat. Hinc etiam in cantico canticorū. Ocu
li per quos prelati ecclesie vel pdicatores
intelliguntur assimilantur colūbis. que resi
dent iuxta fluenta plenissima: sic predicato
res semper sedere debēt iuxta fluenta euā-
geliorum et sacre scripture. Patet ergo qz p
dicatores debent esse clari in sciētia. Qua-
lem aūt scientiam habere debent predica-
tores euangelici declarat dominus. quādo
mittens octo aplos ad predicandū dixit.
Predicate euangelium omni creature. De
bent ergo docti esse in euangelijs z scriptu
ris sanctis: qz debent euangelium predica-
re. nō philosophiam. non virgilium. non ce
teros poetas.
Nā miranda canūt sed nō credēda poete.
Nō ergo debent secularium scientiarū stu-
dio vacare ad voluptatem presertim poe-
ticarū fabularū. Vnde Isidorus in libro sen
tentiarū z habetur in decretis.37.di. Ideo

p̄hibetur christianus legere figmenta poetarum: quia per oblectamenta fabulaꝝ nimium mentem excitant ad incentiua libidinum. Nō enim solum thura offerendo demonibus imolatur: sed etiam eoꝝ dicta libentius capiēdo. Hec ille. Cōtra quos Hieronymus ad Damasum de filio prodigo. Et in decretis. 37. di. sic ait. Sacerdotes dei omissis euangelijs ꝛ prophetijs videmus comedias legere. amatoria bucolicoꝝ versuum verba cantare. tenere virgilium ꝛ ꝙ in pueris est causa necessitatis. crimen in se facere voluptatis. Hec ille. Est tamen verū ꝙ pro cōfirmatione veritatis ꝛ doctrine euāgelice. non est absurdum aliquādo ceteras scientias adducere: q2 omnes scientie sunt quasi quedam pedissequ scientie theologice: vnde ei quando necesse est seruire tenentur. In cuius figurā Hester regina suarum famulaꝝ obsequio comitatā ad regem Assuerum accedebat Hester. 15. Unde Clemens sic inquit ꝛ habetur in decretis. 37. di. Relatum in fi. Cum enim inquit ex diuinis scripturis integram quisq3 ꝛ firmam regulam veritatis susceperit. absurdum nō erit si aliquid etiam ex eruditione cōmuni ac liberalibus studijs: que forte etiā in pueritia attigit. ad assertionem veri dogmatis conferat: ita tñ vt vbi vera didicit falsa ꝛ simulata declinet. Hec ille. Uide multa in eadem di. vbi bene de hoc. Hanc ergo sciētiam habuit egregie Marcus: qd patet in eo ꝙ euangelium scripsit in Italia. Sic vt habetur in legenda. ergo Opus fac euangeliste: ꝛ respondere potest. Opus feci euāgeliste. s. quantum ad scientie claritatem.

¶ Tertium est vite sanctitas vt qd verbo predicat opere confirmet. Unde debet esse predicator potens in opere ꝛ sermone: vt in. c. Inter cetera: de offi. iudi. ordi. Duo autem includuntur in hac vite sanctitate. Primum a vitijs purificatio. Scd3 in virtutibus perfectio. Primo ergo requiritur a vitijs purificatio. Quia enim debet p̄dicator euāgelicus ↄtra vitia p̄dicare. Ideo nō d3 esse vitio aliquo maculatus. alioquin impossibile esset psuadere verbo qd factis reprobat. Cōtra tales dicit Aplŝ Ro. 2. Qui alium doces teipsum nō doces: Qui p̄dicas nō furandum furaris. Qui dicis non mechandum mecharis. Qui abhominaris idola: sacrilegiū facis. Qui in lege gloriaris: p preuaricationem legis deum inhonoras ꝛc. Item ps. Peccatori aūt dixit deus: quare tu enarras iustitias meas ei assumis testamentum meum per os tuum. tu vero odisti disciplinam ꝛ proie. ser. me. retrorsum si vide. furē cur. cum eo: ꝛ cum. adul. portiōnem ponebas. Ad idem facit ꝙ dicit Chrisost. ꝛ habetur in decretis. 40. di. Multi. Si bene vixeris ꝛ bene docueris populum instruis: si bene docueris ꝛ male vixeris: tuī solius condēnator eris. Nam bene viuendo ꝛ bene docendo. populum instruis quomodo viuere debeat: bene autem docendo ꝛ male viuendo. deum instruis quomodo te debeat condēnare. Hec ille. Unde ex hoc dicto Chrisostomi videtur probari dictum multoꝝ dicentium ꝙ si prelatus in mortali existēs ex officio publice doceat peccat mortaliter. De tali p̄dicatore potest dici illud quod dixit Isaac Gen. 27. Uox quidem vox Jacob ē: sed manus sunt manus esau. Scdo requiritur ꝙ p̄dicator sit perfectus in virtutibus. In cuius signum dñs iesus xp̄s qñ voluit predicare Mathe. 5. Dando legē nouam ascēdit in mōtem in cuius signū ꝙ in altitudine virtutū ↄsistere d3 qui iustitiā dei docet. Isa. 40. Sup montem excelsum ascēde tu qui euāgelizas syon. Uñ Gregor. Si in terra est aius tuus: vt quid de celo loqueris: Hec autem perfectio includitur in vita religiosorum qui sunt in statu perfectionis: in qua includitur paupertas. castitas. ꝛ obediētia. ꝛ ideo satis congruit p̄dicatori hec vita. Primo nāq3 debet p̄dicator habere paupertatē. Cum enim ad eū ptineat psuadere consilia que sunt perfectionis inter que est paupertas euangelica iuxta illud Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes ꝛ da pauperi. ꝛc. Mat. 19. Idcirco pertinet ad eum persuadere paupertatem voluntariam. Et ideo d3 ipse esse pauper. quia alis certum est neminem posse id bene alijs persuadere verbo quod in seipso nō ostendit exemplo. Nota de illo predicatore qui ducebat asinum secum ꝛc. Et cum sollicitus de illo sepius cogitaret: ita vt diuerteretur mens eius ab oratione et studio illū vēdidit vel reliqt ꝛc.

Ex hoc etiam infertur ꝙ debet predicator ab omnibus mundanis exercitijs abstinere vt diuine exhortationi possit vacare: iuxta illud.i.Tim.2. Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Unde ⁊ Clemens in epla: ⁊ habetur in decretis.xi.q.i.Te quidem: sic ait. Te quidem oportet irreprehensibiliter viuere ⁊ summo studio niti vt oēs huius vite occupationes abijcias:ne fideiussor existas.ne aduocatus litiū fias. neue in villa aliqua occupatione prorsus inueniaris:mūdialis negocij occupatione pplexus. Neqȝ enim iudicem neqȝ cognitorem secularium negociorum hodie te ordinare vult christus.ne prefocatus presentibus hominum curis nō possis verbo dei vacare. Hec ille ⁊c. Sic etiam debet habere castitatem:sic obedientiam vt sic tanqȝ expeditus vernaculus habitat possit liberius vincere hostes. Precipue autem debet habere charitatē interius,vt feruenter verbum dei proponat iuxta illud. Si linguis hominum loquar ⁊ angelorum:charitatem autem non habuero: factus sum velud es sonans aut cymbalū tinniens.i.Cor.13. Debet ergo predicator esse interius charitate ardens vt dictum est: ⁊ exterius vita lucens. Unde Greg⁹ in homelia de decem virginibus. Cuius vita despicitur:restat vt eius predicatio contēnatur. 3.q.7.§. Porro. De hoc debet predicator sumere exemplum a christo:de quo scribit. Act.i. Que cepit Jesus facere ⁊ docere. Itē a Paulo qui de se dicit. Non audeo aliqd loqui eorum que per me nō efficit christus. Ro.15. Itē ab aplis qui anteqȝ exirent ad predicandum fuerunt confirmati virtute ex alto:recipientes spūm sanctum in die pētecostes Act.2. Potest etiam euangelicus predicator sumere de hoc exēplum de Socrate thebano de quo dicit Hierony.⁊ habetur in decretis.12.q.2. Socrates ille thebanus.homo condam ditissimus: cum ad philosophandum athenas pgeret magnū auri pondus abiecit:nec putauit se posse ⁊ virtutes simul ⁊ diuitias possidere ⁊c. Hāc ergo sanctitatem ⁊ perfectionem habuit excellenter beatus Marcus:quia sicut apostoli fuerunt obligati ad tria vota religionis vt dicit Tho.22.q.83.sic ⁊ ipse ⁊c.

¶ Quartum est mittentis auctoritas. Ro.10. Quomodo predicabunt nisi mittantur. Item Heb.5. Nec sibi quisqȝ sumat honorem sed qui vocatur a deo tanqȝ Aaron. Debet autem mitti ab homine habente auctoritatem mittendi vel a deo. Dicit tamen tex.in.c.Cum ex iniuncto: de hereticis. ꝙ qui dicit se missum a deo nō debet sibi credi nisi hoc probet miraculo vel scriptura prophetica. Miraculo quidem:sicut fecit Moyses coram filijs israel ⁊ Pharaone Exo.4. Scriptura vero prophetica:sicut fecit Jo.baptista qui dixit. Ego vox clamantis in deserto sicut dicit Isa. ppha Luc.3. Mar.i.⁊ Jo.i. Hanc etiam habuit beatus Marcus:quia fuit missus ad predicādum a principe apostolorum Petro. Primo Aquilegia; postmodum Alexandriam:in quam intrando solutum est calciamentum suum. Nota ergo ꝙ apostoli portabant calciamenta:sicut etiam legit de Bartholomeo. Nam ⁊ christus videtur habuisse calciamentum: iuxta illud Mat.3. Cuius non sum dignus vt soluam corrigiam calciamenti eius ⁊c. Die hystoriam.ergo opus fac euangeliste.

¶ Quintum est ordinis dignitas. Debet.n. predicator euangelicus esse sacerdos et ordinatione ecclesie. de qua habetur.16.q.i. Adijcimus:cum sit Philippus diaconus ex spūs sancti auctoritate predicauerit:vt legitur Act. Hinc colligitur ꝙ femina non debet predicare:vt dicit tex.23.di. Mulier. Sed nunquid diaconus potest predicare: videtur ꝙ sic.25.di. Perlectis. Sed dic ꝙ ibi predicare ponitur pro legere: vt dicit. Glo.in predicto.c. Adijcimus:vbi etiā subdit dicens.ꝙ subdiaconus potest predicare quia prelationem ⁊ curam aliarum habere potest.de eta.⁊ quali. Preterea. Predicat ergo ratione prelationis sed non ratione ordinis: quia locum sacerdotis obtinet. Di.93.in fine sm Glo.sed contra id ꝙ dicit de muliere vt tex.in.c. Mulier.23.Di. Ex hoc infertur ꝙ non potest predicare aliquis ante.25 annum:quia ante tale tempus nō potest quis ordinari sacerdos:vt dicit tex.in Cle. Generalem:de eta.⁊ quali. Nec potest circa etatem ordinandi epus dispensare: vt dicit ibi Glo. Jo.an. Hoc etiā habuit beatus Marcus. Fuit enim sacerdos ⁊ veteris

testamenti secundum legem mosaycam: et non secundum legem euangelicam. Quidnis enim sibi pollicere ex humilitate precideris ne ad ordinem sacerdotii posset humano iudicio promoueri. Nihilominus dispositio dei et auctoritas beati Petri preualuit. qui ipsum Alexandrie episcopum destinauit. et consequenter fuit sacerdos. Alioquin episcopus esse non potuisset: vt legitur et notatur in c. Ex tenore extra de excessibus prelatorum in Glo. Est tamen notandum quod vt dicit sanctus Tho. 22. q. 185. ar. 2. ad tertium. Credibile est eum hoc fecisse ex instinctu spiritus sancti sine quo non licet alicui sibi manus iniicere secundum Tho. et concordat lex ciuilis idem disponens. Nam vt dicit tex. in l. Liber homo. ff. ad l. aequil. Nemo est dominus membrorum suorum. Item lex canonica dicens quod si quis clericus seipsum ex iracundia verberat. incidit in canonem late sententie excommunicationis. de qua in c. Si quis suadente diabolo. 17. q. 4. et hoc not. extra de sen. ex. Contingit: lo primo.

¶ Sextum est constantie firmitas: videlicet. vt non timeat recta loqui presertim ea que sunt necessaria ad salutem alicuius persone preterea Unde Greg. in pastorali et habetur in decretis. 43. di. Sit recta. Sit rector discretus in silentio. vtilis in verbo. Ne aut tacenda proferat. aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem detrahit: ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant in errore derelinquit. Sepe namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes loqui libere recta pertimescunt. et iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodie pastorum studio sed mercenariorum vice deseruiunt. quia veniente lupo fugiunt dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam dominus increpat dicens in Isaia. Canes muti non valentes latrare. Hec ille. Vide vbi bene de hoc. Hanc constantiam habuit beatus Marcus: quia postquam fuit Pentapolim post biennium cum firma constantia reuersus est Alexandriam: quamuis tamen cognosceret insidias mortis esse paratas etc. Vide hystoriam.

¶ Septimum est patientie virtuositas. He. Bene patientes erunt vt annuncient. Unde Apostoli per mundum predicantes multa verbera. multa conuitia. multas contumelias patiebantur: iuxta illud domini. In mundo pressuram habebitis Jo. 14. Sed ipsi nihilominus ibant gaudentes: quoniam digni sunt habiti pro nomine Jesu contumeliam pati. Act. 5. Hanc etiam patientiam perfecte habuit beatus Marcus etc. Die eius martyrium ergo bene opus fecit euangeliste. Amen.

¶ In festo sancte Cite virginis.

Sermo vnus.



Ulier timens deum: ipsa laudabitur. Prouer. vlt. c. Quamuis verba proposita de quolibet muliere deum timente dici possint: tamen specialiter approprio illa sancte Cite virgini gloriose: de qua hodie sermo nobis erit. quia hodie fit festum de ea. Salutetur virgo maria etc. Pro declaratione verborum thematis et introductione materie predicande. Notandum quod secundum quod sacri doctores theologi dogmatizant. septem sunt timoris differentie que in sacra pagina inueniuntur. 7. st timores

¶ Primus est timor naturalis.
¶ Secundus est timor humanalis.
¶ Tertius est timor mundialis.
¶ Quartus est timor seruilis.
¶ Quintus est timor initialis.
¶ Sextus est timor filialis.
¶ Septimus est timor reuerentialis.

Et de sexto vel septimo potest et debet intelligi thema: dum dicit. Mulier. i. sancta Cita ti. deum. Primus timor non est bonus neque malus bonitate vel malitia moris. Secundus et Tertius sunt mali. Quartus et Quintus sunt boni: sed non sufficientes ad salutem. Sextus et Septimus sunt boni et ad salutem sufficientes.

¶ Primus ergo timor est naturalis: quando homo timet aliquid nociuum vere vel putatiue ipsi nature: et dicitur timor naturalis. Naturaliter enim timet quilibet malum pene. vt infirmitates. perditiones bonorum officiorum. et mortem. Obiectum ergo huius timoris est malum pene. Unde i. Jo. 4. Timor penam habet. s. pro obiecto. Talis etiam timor fuit etiam in Christo qui timuit mortem Mar. 14. Cepit Jesus pauere et tedere. Talis etiam timor communis est omnibus hominibus: et iste timor est indifferens: quia nec meritorius nec demeritorius secundum se: nisi imperet

in volūtate quādo ratio suadet. Sic fuit in xp̄o qn̄ timuit in morte vt supra dicitur. qa in naturalibus neq; meremur neq; demeremur. Nō est virtuosus q2 non ex electione procedit. neq; rursus est viciosus q2 nature artifex nihil viciosum instituit.

¶ Scd̄s est timor human⁹. Accipitur hic humanus in malam ptem: sicut τ ibi. Cum enim sit inter vos zelus τ contentio. nonne carnales estis τ s̄m hoiem ābulatis. i. Cor. 3. Quo timetur ʒ̄rium carnis: puta mors vel alia lesio corpis. intantū ꝙ delinquitur τ peccatur potius q̄ hec lesio incurratur. Hoc timore timuit petrus mortem propter quā vitandam voluit potius xp̄m negare. τ elegit hoc timore ductus potius fidē q̄ vitam perdere corporalem. τ ideo peccauit mortaliter. Sic offendunt hodie multi hoc timore arctati. Sicut si aliquis captus a sarracenis timens ne occidatur ab eis: negaret fidem xp̄i. Sic si propter infirmitatē tuam vel filij tui ꝑpter quā times mortem incurrere recurris ad diabolum. faciendo fieri incantationes τ artes magicas. Et sic vt fugias mortem corpis incurris aie mortem. O quot hodie obcecantur hoc timore. Et vide quāta cecitas. Nam mors corpis euitari nō potest sed differri. Q̄ d̄ enim differt̄ non aufertur. τ tamen qlibet fugit eam maxime qn̄ est pestis i ciuitate τc̄. Dic pratice. Sed mortem aie que euitari potest. pauci fugiunt. Si leo intraret ciuitatem vel lupus qlibet fugeret. qlibet clamaret: sed multi sunt in ciuitate leones τ vrsi spūales: q deuorant aias. τ nullus fugit. nullus clamat. Dic cōtra meretrices que stant in hospicijs vel in apothecis ad vendendum: vt vēdāt res hoibus τ aias diabolo. Infirmatur qs statim querit medicū corpis. sed infirmat̄ in aia nunq̄ curat. Isto a sᷓt timore ducunt̄ qui non obseruant ieiunia ordinis. τ alia cerimonialia propter corpis debilitatem vt tandam. cum tn̄ paucis nāmieq; natura cōtēta sit. Sacis est populis fluuiusq; cereisq;. Contra hos conuenit illud Job. 6. Qui timet pruinam irruet super eos nix. Isto 2⁹ timore ducti multi retrahuntur ab ingressu religionis. vel ingressu ab obseruantia religionis. timentes ne deficiant: presertim qa vident aliquos ingredi religionē. τ postea exire. Sed non debet quis timere ingredi apostolicum statum: timore iude. Vide. O magna cecitas. Nunquid mercator cessabit a mercancijs: quia videt aliquos perdere vel submergi vel derobari τc̄? Nunquid cessabit armiger quia videt multos armigeros occidi in prelio? Cur timor hic non terret latrones? Cur non nauigantes? Cur non pro mundo laborantes? Solum religiosos aut religionem ingredi cogitantes terret. Magna cecitas est hominibus. Ideo dicitur Job. 6. Qui timent pruinam τc̄. vt supra. Pruina significat penitentiam que fit in hac vita. Nix vero significat penam infernalem. ps. Pluet super pecca. Ignis. sulphur. nix τc̄. τ spiritus procel pars calicis eorum τc̄. τ sic in similibus: quia talis timor non excusat te quia potius debet homo omnia mala pati q̄ peccato consentire. Extra quod metus causa. c. Sacris. Et in decretis. l. di. c. Presbyteros. Talis ergo timor malus est. Nullus enim timor potest esse cadens inconstantem virum. quo ad peccatum perpetrandum. Ideo christus reprobat hunc timorem di. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete qui potest τ animam τ corpus perdere in gehennam Mat. 10. τ Luc. 12. vbi sic dicitur. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus τ post hec non hn̄t amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postq̄ occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete. Nota Nolite timere. s. taliter vt ex isto timore faciatis contra deum: quia sic est timor humanus. alias esset timor naturalis. de quo supra τc̄.

¶ Tertius timor est timor mundanus quo timetur amissio rerum mundi que nimis amantur: propter quas potius peccatur q̄ amittantur. Iste autem timor procedit ex nimio appetitu rerum temporalium. Vnde Grego. 31. morali. Quisquis enim exteriora que τ nolenti subtrahuntur appetit:

sua se sponte extraneo timori substernit. In
fracta autem virtus est concupiscentie ter-
rene contemptus. Et sic quilibet timor ex
amore procedit: iuxta illud. Estque timoris
calcar amor. Hoc timore ducuntur qui pro-
pter furtum excommunicantur et potius vo-
lunt excommunicationem pati quam revelare:
timentes ne perdant famam vel res: et po-
tius volunt perdere animam quam rem vel fa-
mam: sed promitto tibi quod in fine perdes
utrunque etc. Sicut si quis unam rem et ne-
scit quis furatus sit eam. timens ne illam
perdat recurrit ad divinatorem ut iudicet
ei furem: et sic ne perdat rem vult perdere
animam et offendere deum. Sic si aliquis
debitor conveniatur in iudicio a creditore
ei delato sibi iuramento. iuret se nil debere
vel non tantum etc. peccat mortaliter. Ta-
lis timor est malus. O quot prosternit et
detrudit in infernum iste timor. Et unde
procedunt furta. usure. rapine. symonie. et
alie usurpationes. periuria. nisi a timore ne
deficiant sibi temporalia? De hoc ergo ti-
more dicitur in. Ps. Ibi trepidaverunt timo-
re ubi non erat timor. i. ratio timoris. Iste
timor inducit iudicem ad ferendam iniu-
stam sententiam: ne. s. displiceat uni parti.
Iste timor inducit advocatos ad patroci-
nandum pro causa iniusta. Item inducit
barbitonsores ad radendum in diebus fe-
stivis. et sutores et corbiserios et aromata-
rios ad vendendum medelas corruptas:
ne: scilicet perdant. Item mercatores
ad usuras ne perdant etc. Item curiales
ne perdant favorem etc. Ideo dicit spiri-
tus sanctus homini Eccli. 7. Noli querere
fieri iudex: nisi valeas virtute irrumpere ini-
quitates: ne forte extimescas faciem po-
tentis: et ponas scandalum in agilitate
tua etc.

¶ Quartus timor est servilis quo tantum
pena timetur. De quo dicit Aug. Regnat
in eo peccandi voluntas. et sequeretur opus
si speraretur impunitas. Et hic timor est
quidem a spiritu sancto: sed non cum spiri-
tu sancto. i. cum gratia spiritus sancti gra-
tum faciente. Iste timor bonus est et uti-
lis per quem fit paulatim consuetudo iusti-
tie. Non autem sufficit ad salutem timor
iste: licet sit salutis principium et origo. Un-
de si tantum timore inferni quis fleret et de
peccatis doleret et sic ex hoc mundo migra-
ret: profecto damnatus esset. Unde dicit
textus Aug. in. c. Qui ex timore. Extra de
regulis iuris. Qui ex timore facit precep-
tum aliter quam debeat facere: et ideo iam non
facit. Glo. qui ex timore servili. Nota exem-
plum de illo scolari qui dum esset prope
mortem flebat uberrime. et tandem post mor-
tem apparens socio. cum interrogaretur an
esset damnatus: respondit sic. Cumque rur-
sus interrogaretur: quare cum sic amare fle-
visset. Respondit. Quia timore potius pene
quam amore dei flevisset. De hoc ergo timore
dicitur. i. Io. 4. Timor non est in charitate:
sed perfecta charitas foras mittit timorem.
Iste ergo timor non sufficit ad salutem.
cum sit sine charitate: introducit tamen cha-
ritatem. sicut seta filum. ut dicit Aug. de
peniten. di. 2. Sicut seta.

¶ Quintus timor est initialis quo pecca-
tum timetur et dimittitur: partim amore iu-
stitie. partim timore pene. De quo Eccli. i.
Et. Ps. illo. Initium sapientie timor domini.

¶ Sextus timor est filialis quo peccatum
timetur: non ratione pene sed ne homo a
sponso separetur. vel ne ipsum offendamus.
De hoc timore dicitur in. Ps. Beatus vir
qui timet dominum. Et superveniente isti ti-
mor filialis cum charitate et excluditur ti-
mor servilis: iuxta illud. i. Io. 4. Timor non
est in charitate sed perfecta charitas fo-
ras mittit timorem: quoniam timor penam
habet. et loquitur de timore servili qui ex-
cluditur adveniente charitate. cum timore
filiali per quem culpa remittitur: iuxta il-
lud. Eccli. i. Timor domini expellit pecca-
tum. Nam qui sine timore est: non poterit
iustificari. Et dicitur filialis quia sicut boni
filii timent offendere patrem ne sibi displi-
ceant non quidem ratione pene: sic etc.
Unde versus.
Oderunt peccare boni: virtutis amore.
Oderunt peccare mali: formidine pene.

Quinimo magis debemus timere deū ꝙ patrē carnalem incōparabiliter. nō solū qꝛ maiorem penā pōt nobis deus inferre ꝙ pater ꝙ ptinet ad timorē seruilē: sed qꝛ maius bonū pōt nobis ꝯferre. Itē qꝛ magis sibi tenemur ꝙ patri: quia plus facit nobis deus ꝙ pater. Quid facit pater aut mater in generatiōe filij: nisi actū turpem ⁊c. ⁊ recedunt. sed deus format corpus. liniat mēbra. componit organa. creat aīam ⁊ infundit ⁊c. Ideo Job. 10. Manus tue dñe fecerunt me ⁊ plasmauerūt me totū in circuitu. Et infra. Nōne sicut lac mulsisti me: ⁊ sicut caseum me coagulasti: Pelle ⁊ car. vestisti me: ossibus ⁊ neruis cōpegisti me ⁊c. Item deus ꝯseruat nos in vtero ne suffocemur. Facit nos nasci de vtero: tribuit lac matri ⁊c. Ipse ergo deus ē magis pater noster ꝙ parētes carnales. Vñ Mat. 23. Patrem nolite vocare vobis sup terrā: vnus est enim pater vester q in celis est. s. ꝙtū ad formatiōnē corporis ⁊ creationem aīe. Hoc ergo timore filiali debemus ipsum timere: qꝛ sic beati erimus: iuxta illud ps. Beati omnes qui timēt dñm. Glo. timore filiali. Itē alibi. Dedisti hereditatē timentibus nomen tuū dñe ⁊c. Sed hodie pauci hunc timorē hñt: qꝛ plus timet hodie homo ꝙ deus. Plus timetur pditio vnius ducati ꝙ pditio paradisi. Plus obeditur preconi regis vel dñi ꝙ xp̄i. Ideo cōqueritur deus ꝯ nos dicēs. Filius honorat patrē ⁊ seruus dñm suū. Si ergo pater ego sum: vbi honor meus: Et si dñs ego sum: vbi est timor meus dicit dñs exercituum Mala. 1. c. Nota hic quātum timet homo siu sine rex siue impator mare turbatū qñ nauigat ⁊c. ⁊ tñ vna creatura dei est: quātum ergo dꝫ hō timere deū qui est creator. dñs ⁊ preceptor oīs creature. Ideo Iere. 10. Quis nō timebit te o rex gentiū: Quātū aūt iste timor excellentem faciat hoīem: pbat scriptura dicens. Quaꝫ magnus qui inuenit sapientiā ⁊ scientiam: sed nō est sup timentem deum. Timor dei sup oīa se supposuit. Btūs homo cui donatum est habere timorē dei ⁊c. Eccli. 25. ⁊c.

¶ Septimus timor est reuerentialis: quo nō iam peccatum timet sed pater in reuerentia habet. hic oīa facit ad honorem patris. Et timor iste retrahit hominē ne velit equari illi quē reueret: sicut si rex veniētis vellet sedere in scāno tuo. tu statim surgeres. nō quidē timore pene nec culpe. sed timore reuerentie. Hic timor fuit ⁊ est in xp̄o erga patrem: iuxta illud Replebit eum spiritus timoris dñi Isa. 11. Itē etiam angeli timent isto timore: iuxta illud Tremunt videntes angeli versa vice mortaliū ⁊c. Oēs alij timores deficiunt. ⁊ iste solus remanet in patria: iuxta illud Timor dñi sanctus pmanet in seculum seculi. Hoc ergo timore timet nunc deum btā Cita in gloria existens. In vita vero presenti existēs timebat timore filiali: ⁊ ideo merebatur tunc laudari. sicut in themate dr. ꝙ in presenti vita beata Cita deum timore filiali timeret. ostendit quadruplici signo.

¶ Primum signum est castitas virginalis.
¶ Scdm est charitas diuinalis.
¶ Tertium est beniuolentia ꝓximalis.
¶ Quartum est pseuerantia finalis.

Primum ergo signum est ⁊c. Nota triplicē castitatem. s. matrimonialis: ⁊ hec est bona. Vñ vt dicit. 31. Di. Nicena sinodus. Pannutius honorabiles ꝯfessus est nuptias ⁊ castitatem: dicens esse cum ꝓpria cōiuge ꝯcubitum. Scda castitas est vidualis et hoc est melior. 1. Tim. 5. Viduas honora: q vere vidue sunt. Et. 1. Nam que in delitijs est: viuēs mortua est. Tertia est virginalis ⁊ hec est optima. Vñ Beda. Bona est castitas ꝯiugalis. melior ꝯtinētia vidualis. Optima pfectio virginalis. Hec ergo preciosissima est quāto rarissima. Vnde Apoc. 3. Habes paucia noīa in Sardis: qui nō coinquinauerūt vestimēta sua. ⁊ ambulabūt mecū in albis qꝛ digni sunt. Notā Sardis fm interpretationem hebraicam interpretat principatus pulchritudo: et significat virginitatē que in gradibus castitatis obtinet principatum: vt dixi. Hoc ergo. i. virginū sunt pauca noīa qꝛ pauci sunt veri virgines que nō coinquināt vestimenta sua. i. corpora sua luto luxurie. Et paucissimi sunt qui vel mēte nō sint coinquinati. Ideo subditur. Et ambulabunt mecum in albis. i. in vestibus in noie. Hanc ergo virginitatē excellenter habuit btā Cita. Vñ nō casualiter sed diuino presagio ⁊ nutu vocata fuit Cita que idem significat ꝙ virgo: qꝛ virginitatē pura mente

seruatura erat. Nota hic de eius humilitate origine etc. quia vt dicitur .i. Cor. i. Uidete vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem non multi potentes: non multi nobiles. sed que stulta sunt mundi elegit deus vt confundat sapientes et infirma mundi elegit deus vt confundat fortia etc. i. Cor. i. Quia autem difficile est sine maxima diligencia virginalem mundiciam conseruare: ideo cauebat diligenter ne per ianuas sensuum suorum aliquod noxium in domum conscientie introiret. Unde seruabat oculos ab illicitis aspectibus. sciens illud quod Jeremias in persona peccatoris loquens ait. Oculus meus depredatus est aiam meam Tre. iii. Unde et Aug. in regula et habetur in decretis. xxxii. q. v. Nec solo tacito affectu: sed aspectu quoque et affectu appetitur et appetit concupiscentia feminarum. Nec dicatis vos habere aios pudicos si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Seruabat aures a variorum verborum et detractionum auditu: delectabatur vero verba dei audire: vtpote philocapta de deo: iuxta illud. Qui ex deo est verba dei audit Jo. viii. Seruabat os ab inhonestis verbis et sermonibus ociosis: sciens illud. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. i. Cor. xv. Seruabat gustum a cibo et potu inordinato: sciens quod gula mater sit luxurie: et econtra Sine cerere et bacco friget venus: et impossibile esse sine abstinentia continentiam conseruare: quia ex vicinitate membrorum cognoscitur vicinitas viciorum: vt ait Hiero. Denique totum corpus magna penitentia affligebat vt humilius sic deseruiret: vnde coctum quod raro comedebat. Aquam solam sepe bibebat. Facies eius pallebat abstinentia: sed mens diuinis desideriis estuabat. Sepius dormiebat in terra: semper nudibus pedibus ambulabat. Funem circa lumbos super nudam carnem portabat. quia tam valide stringebatur quod sicut post mortem eius compertum est caro excreuerat super funem et in locis pluribus apparebat caro lacerata. Nota etiam hic quod semel dum puella in domo patroni moraretur: tentata fuit a quodam patroni consamulo. cuius vultum se defendens lacerauit et nimis a deo timuit: quod de cetero amplius non ausus est facere. Moraliter sic debent facere mulieres: quia pro castitate seruanda debent se omni periculo exponere: et si propriis non suppetunt vires acclamare sicut Susanna fecit Dan. xiii. Unde etiam si clerici eam aggredientem verberaret mulier non esset excommunicata: quia vim vi repellere licet. ff. de iusti. et iure. l. Ut vim: cum moderamine tamen inculpate tutele. l. i. C. Unde vi: et hoc notant canoniste in. c. Si vero. i. §. Si vero clericum: de sen. ex. co. Nota contra illam monialem que cum violata fuisset a quodam viro: et abbatissa eam redarguens obiurgasset cur non clamasset: respondit. Ne frangerem silentium. Item nota contra illam mulierem in cuius domum intrauit quidam philocaptus de filia sua causa fornicandi cum ea. Cui mater et filia consenserunt timore mortis: quam ille matri minabatur: sicut ipsamet mihi retulit etc. Et sic patet primum.

¶ Secundum signum timoris filialis eius est charitas diuinalis. Nam feruentissime deum ardebat adeo quod sepius in oratione posita a corporeis sensibus raperetur. Interdum post multas lachrymas subleuatis in celum oculis. videbatur sibi interesse agminibus angelorum. Ut autem vacaret contemplationi quietius inquirebat solitarium locum infra domum: et ibi frequentius pernoctabat. vbi ab his qui domi erant sepe tanta lux videbatur in nocte: quasi sol fulgentissimus oriretur. ex quo innuebatur quod ibi sacrorum luminis christus vel angeli ipsam consolabantur. Surgebat omni nocte ad matutinas. et quando poterat ibat ad ecclesiam sancti Frigdiani que sita erat prope domum suam: vbi cum magna deuotione matutinarum officium audiebat. et cum magnis lachrymis et gemitibus. Denique ad crucifixum tanto estuabat ardore vt tota ad eius aspectum liquefieret. vnde ante crucem quandam que pre vetustate in diuersorio cymiterii prefate ecclesie posita erat. sepius orans liquefiebat in amore ipsius. et dominicam passionem ordetenus recensebat. nec poterat ab ipsius contemplatione auelli. Et cum obiurgationibus custodis ecclesie. Sic etiam erat vehementer intenta circa celebrationem festiuitatum et ecclesiarum visitationem. Unde cum semel in festo Magda-

sene accederet ad ecclesiam suam que sita
erat in solitudine q̃dam que cerbaria nũcu
patur que distat a ciuitate Luchana p de/
cem miliaria. applicuit illuc in fine dei. post
posito metu guerre que tunc erat inter lu/
chanos ꝛ pisanos: adeo vt plerisq; expolia/
rentur in via. Cũ ergo btã Cita applicuisset
illuc. inuenit fores ecclesie clausas propter
guerrã. Cũq; ibidem se posuisset sub diuo
adorandum cum cereo in manibus. quẽ ad
honorem gloriose Magdalene portauerat
accendendũ. inciti ibidẽ; oroni vacante pre
foribus. donec pre lassitudine corporis dormi
re incepisset. Interim cepit magna tẽpestas
ventorum ꝛ pluuiarũ excrescere. demum fa
cta aurora surrexit virgo a somno. ꝛ inuenit
portas ecclesie apertas nullo ibi existente ꝛ
cereum in manu eius accensum. At illa ec/
clesiam ingrediens orationi vacabat. quã
orantem sacerdos ecclesie cum pluribus ad
ueniens repperierunt. admirantes d tãto mi
raculo. Aliud etiã miraculum. Nota q; cũ
quadam vice ipsa iuisset ad visitandum ec/
clesiã sancti Petri ad gradus. que est vltra
ciuitatem pisanam quinq; miliaribus iuxta
mare: tandem completa visitatione reuerte
batur Luchas. Cũq; a pluribus inuitaretur
hospitio vtpote pre itinere lassa ꝛ confecta
ieiunio non acquieuit: sed continuabat iter
suum non trepidans noctem nec corporis
lassitudinem. tandem pre nimia lassitudine
fatigata ꝛ fame deuicta. prope fontem quẽ
dam pausauit circa primum gallorũ cantũ:
Cũq; pene iam caro lassa deficeret cepit os
modica aqua perfundere. Et ecce apparuit
ei beata virgo in forma mulieris honeste
salutans eam ꝛ dicens. Uis ne venire ꝛ
redire: qua voce audita tãta fortitudo cor
poris ꝛ consolatio mentis secuta est. q; Rñ
dit. Libenter volo venire. Euntes ergo pa/
riter de nocte peruenerunt ad pontem quẽ
dam cuius ianua more solito clausa. vltro
aperta est eis. Et transeuntibus illis iterũ
vltro clausa est. deinde venientibus eis ad
portam ciuitatis Luchane inuenerunt eam
clausam sed statim vltro aperta est eis. Et
cum venissent ad domum cuz clamasset ad
ianuam domus ꝛ fuisset aperta: virgo glo/
riosa Maria statim disparuit. O felix ancil
la christi que meruit virginis gloriose hono
ri comitatu ꝛ colloquio consolari. Alia vi

ce dum aduesperascente die sabbati iret ad
ecclesiam sancti Angeli ad montem: que di
stabat a ciuitate Luchana sex miliaribus.
cum iret pedester ꝛ tardo gressu: preuenit
tamen filium equestrem qui quasi currendo
precibat.

¶ Tertium signum ꝛc. beniuolentia proxi/
malis. Nam erga proximos mirabilem be/
niuolentiam gerebat. adeo q; totis viribus
nitebatur antequã pretermittere pauperem
quin ei elemosynam prout poterat largire/
tur. cuius beniuolentie merito diuine boni/
tas dignata est miraculorum testimonia
perhibere. Unde semel cum pauper peteret
elemosynam ab ea illa vero ancilla non ha/
beret in promptu quidnam necessitati pa/
tienti tribueret. premeditata paruper quid
nam posset illi tribuere. hausit aquam de
puteo ꝛ sibi dedit. Sed o mirabilis deus
statim aqua in vinũ conuersa est. adeo q;
pauper bibens dixit. Nunquã se tale ꝛ tam
suaue vinum bibisse omnibus diebus vite
sue. Sic etiam diligentissime studebat cir/
ca pauperum curam ꝛ infirmorum vt sibi
cibaria vestesq; subtraheret ꝛ pauperibus
ꝛ egenis captata opportunitate largieba/
tur: quos etiam sepius personaliter visitabat.
Semel etiam tempore famis euacuauit ar
cham domini sui plenam fabis vt pauperi/
bus subueniret: qui ad ipsam tanquã matrẽ
recurrebant. Postmodum vero cum domi
nus hoc nesciens fabas illas vendidisset.
inuenta est archa plena fabis sicut erat pri
us. hoc deo operante in sue testimoniũ sanc
titatis. Hic totum exemplum. Mulier ergo
timens ꝛc.

¶ Quartum signum est ꝛc. perseuerantia fi
nalis. Quid enim prodest naui totum iter
egisse. ꝛ per varios casus innumerasq; pe
ricula cucurrisse. si cum est prope portum rum
pitur ꝛc: Quid prodest eunti romã si vsq;
ad romam sospes veniens cum in porta pe
dem habet occiditur: Quid prodest agri/
cole si arbores fructificare dum tempus ma/
turationis aduenerit arescunt ꝛc: Unde
Ber. dicit q; inter ceteras virtutes sola per
seuerantia coronatur. Mat. 10. ꝛ. 24. Qui
autem perseuerauerit vsq; in finem: hic sal/
uus erit. Beata ergo Cita semper perseuera
uit in sanctitate vite vsq; ad mortem. No/
ta hic de beato fine eius. Cum enim vitam

sanctissimam duxisset vsq; ad sexagesimuꝫ circiter annum cepit infirmitate quadam infirmari qua ingrauescente membra tenuia ad lectum deducta ceperunt a suo vigore deficere: tandem oculis ⁊ mente eleuatis in celum manibus cancellatis. sacramentorum ecclesiasticorum robore premunita. nulla doloris vel angustie vestigia preferēs migrauit ad dominum. circa annos domini M.cc.78. In cuius sanctitatis testimoniuꝫ dignatus est dominus tria signa monstrare. Primo quia in obitu eius stella prefulgida quam nec solis claritas occultabat apparuit. Scd'o quia eadem hora pueri nullo reuelante sed diuino nutu inspirante clamare ceperunt dicentes. Eamus eamus ⁊ curramus ad ecclesiam sancti Frigdiani: quia mortua est sancta Cita. Tunc concursus populi tā maximus aduenit. adeo ꝙ ecclesia sancti Frigdiani ⁊ claustrum pergrāde non caperet personas illuc continue aduentantes: ita vt etiam platee adiacentes adimplerentur. nec potuit corpus per multos dies tradi ecclesiastice sepulture ꝓpter multitudine populi ipsum certatim contingere cupientis. Tertio quia multa miracula diuina bonitas operata est meritis sancte sue. Nam ceci illuminati sunt. Claudi gressum receperunt. curui eriguntur. febricitantes sanantur. ⁊ multa alia miracula facta sunt. Ultimo nota miraculum de suspenso eius meritis liberato: quod contigit in ciuitate Capue ⁊c. Mulier ergo timens deum ipsa laudabitur. Deo. Gratias. Amē.

¶ Item in festo sancti Petri marty. ordinis predicatoꝝ. Sermo vnus.



Oronabitur qui legittime certauerit. 2. Timo. 2. Pro declaratione sciendum ꝙ antequā primi parētes nostri trāsgressi essent mandatum dei nullum inimicum habebant: quia sicut voluntas eorum erat subdita deo per virtutem originalis iustitie. sic sensualitas rationi. ⁊ corp⁹ anime. ⁊ animalia homini. Hec est rectitudo in qua creatus est homo. De qua Eccl'e.7. Deus fecit hominem rectum. Post transgressionem autem mandati: incurrit repugnantiam sui in seipsum. ⁊ animalium rebellionem ⁊c. Nam statim deserente eos gratia de corporum suorum nuditate confusi sunt. ⁊ senserunt motum inobedientie carnis sue tanq̄ reciprocam penam inobedientie sue: s'm Tho. in parte.1.q.95.artic.1. Et etiam animalia facta sunt rebellia homini post peccatum in penam peccati: s'm Tho. in.1.parte q.96.arti.1. Ad idem vide Aug.13.de ci.dei. Ideo Job.7. Quare me posuisti me contrarium tibi: ⁊ factus sum mihimetipsi grauis. Et nota ꝙ hoc fuit iustissimum vt per que peccauit per hec ⁊ torqueretur Sapi. Sicut ergo ipse fuit rebellis deo: sic iustitia exigente creature facte sunt rebelles ipsi homini. Propter hoc dicitur Sapien.16. Creatura enim tua tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos. Ex tunc ergo incurrimus multos inimicos contra quos oportet dum sumus in via bellum cōtinuum exercere. Ideo dicebat Job Militia est vita hominis super terram: ⁊ sicut dies mercenarij dies eius Job.7. Nota Mercenarij: qui si bene laborat premiatur quia coronatur in gloria ⁊c. ⁊ hoc in sero. i. in morte. Heb.9. Statutuꝫ est hominibus semel mori. Et ponit hoc iudiciuꝫ Mat.20. Cum autem sero factum esset ⁊c. Ideo dicit thema. Coronabitur ⁊c. Nota ergo ꝙ i hoc mundo habemus quinq; bella in quibus vincentibus datur corona ⁊c.

¶ Primum bellum habemus contra intellectum nostrum: quod vincimus per simplicem credentiam.

¶ Scd'm bellum est cōtra voluntatē: ⁊ istud vincimus per humilem obedientiam.

¶ Tertium bellum est contra carnē: ⁊ istud vincimus per puram continentiam.

¶ Quartum bellum est contra diabolum ⁊ istud vincimus per claram seu veram sapientiam.

¶ Quintum bellum est contra mundum: ⁊ istud vincimus per firmā patientiam.

Omnibus his modis beatus Petrus fuit victor. Ideo dicit thema de eo. Coronabitur qui legittime certauerit ⁊c.

¶ Dico primo ꝛc̃. Bellum ꝯtra intellectum
nostrũ declaro. Naturalis intellectus semꝑ
querit rationem rei mirabilis. Vñ dicit in
primo Metha. q Propter admirari cepe/
runt phi phari. Rõ q2 intellectus naturalit
appetit scire: scire aũt est rem ꝑ cãm cogno/
scere: Et ideo semꝑ intellectus querit cãm
reꝝ presertim mirabiliũ. Et nunꝙ quiescit
intellectus donec ꝑtingat ad cognitionem
cãe effectuũ quos cognoscit. Declara hoc
ꝑ Tho. l. 2. q. 3. art. vlt. Et pone exẽpla ĩ pra
ctica in qualibet scia. Itẽ exẽplum in ecly/
psi solis. Ideo Dauid. Mirabilia testimo/
nia tua: ideo scrutata est ea aĩa mea. Or
modo nihil tam extraneum ꝛ mirabile est
intellectu nostro ꝙ secreta fidei. Dat exem
plũ de trinitate ꝛc̃. Itẽ de incarnatiõe chri
sti ꝛc̃. Item de sacramento eucharistie ꝛc̃.
Itẽ de resurrectione futura ꝛc̃. que videt
ĩpossibilis ſm naturã: ꝛ ideo intellectus no
ster naturaliter refugit credere. Ecce ergo
bellum intellectus in quo bello multi succũ
bunt: sicut sunt illi qui aut nolunt oĩo cre
dere. aut dubitãt. Dubius aũt in fide: infi
delis est. de hereticis. c. i. Ideo scripture. A
spicite in gentibus ꝛ videte ꝛ admiramini
ꝛ obstupescite: q2 opus factũ est in diebus
nostris. qđ nemo credet cũ narrabit Aba
cuc. i. Et loquit de opꝫ fidei. Nemo credet:
supple nisi ꝑ gratiam spiritus scti. i. Cor. 12.
Nemo põt dicere dñs iesus nisi in spiritu
sctõ. Itẽ Isa. 53. Dñe quis credidit auditui
nostro: De isto ergo bello habet victoria ꝑ
simplicẽ credentiã: dicẽdo. Dñe intellectus
meus refugit credere ꝛc̃. sed q2 vos dñe di
citis: ideo credam. Nã ꝛ parentibus meis
credo. qđ sim filius eoꝝ: nõ ergo minus de/
beo credere vobis in hĩs que dicitis ꝙ pa
rentibus meis. Itẽ cuilibet artifici credit
de arte sua. Aristo. de phia. Galieno de me/
dicina. Iustiniano de legibus. Notario de
instrumento. Pellipario de arte sua: ꝛ sic
de singulis ꝛc̃. Cur ergo xp̄o nõ credit ꝛc̃:
Stultus esset ille q nõ crederet esse alia re
gna ꝛ alias ciuitates in mũdo preter suã:
eo q2 nõ vidit eas: cum ab aliĩs referatur
qui viderunt. Sic in ꝓposito: multi testati
sunt de alia vita eo q2 viderunt ꝛ cogno/
uerunt eam: sicut xp̄s. patriarche. ꝓphete.
apli. doctores. martyres ꝛc̃. Nota similitu-

dinem quã ponit Greg. in. 4. dialo. in princi
pio. Et Apls. Destruentes oẽm altitudinẽ
extollentẽ se aduersus sciam dei: ꝛ in capti
uitatem redigẽtes oẽm intellectum in obse
quiũ xp̄i. 2. Cor. 10. Ex tali victoria datur a
deo corona. De qua Apoc. 12. Mulier ami
cta sole: ꝛ luna sub pedibus eius. ꝛ in capi-
te ei⁹ corona stellaꝝ duodecim. Nota Mu
lier. i. aĩa. Amicta sole. i. xp̄o. vel. i. gloria. Et
luna. i. scia phie. Sub pedibus eius: q2 non
curat de rõnibus phie in hĩs que sunt fi/
dei. Ambr. Tolle argumenta vbi fides q̃ri
tur. Hic aliqua argumẽta ſm regulas phie
presertim in sacramento eucharistie. Vide
in sermonibus de articulis fidei ſmo. 5. p. i.
Colos. 2. Videte ne quis vos seducat per
phiam ꝛ inanem fallaciam ꝛc̃. Stellaꝝ. 12.
i. 12. articuloꝝ fidei ſm q fuerunt. 12. apli:
qui articuli continẽtur in Credo: quorum
sex ꝑtinent ad diuinitatẽ. sex ad humanita
tem. Primũ de diuinitate circa essentiam
dei. Credo in vnũ deum. Scđs est circa di
uinitatem ꝑsonaꝝ. Tertius circa opus crea
tionis. Quartus circa opus iusti ficationis.
Quintus circa opus glorificationis aiaꝝ.
Sextus circa opus glorificationis corpoꝝ.
Circa humanitatem: primus est de incarna
tione. Scđs natiuitate. Tertius de morte.
Quartus de descensu ad inferos. Quint⁹
de resurrectione xp̄i. Sextus de ascensione.
Vel dic q incarnatio ꝛ natiuitas sunt vn⁹
Beatus es simon bariona. Mat. 16. Quamuis festum hodiernũ dicat̃ apostoloꝝ petri ꝛ pauli: quia tamen sancta mater ecclesia facit officium ꝛ missam solũ de btõ petro. Ideo de eo tm̃ erit sermo ꝛ cras poterit fieri sermo de btõ paulo. Salutetur virgo ꝛc̃. Pro declaratione thematis ꝛ introductione sermonis notandũ ꝙ ꝓm sententiam theologoꝝ duplex est hois beatitudo vna que cõpetit viatorib⁹ in hac vita mortali que cõsistit in virtuose viuendo ꝛ obediendo .s. diuinis mandatis. Prouer. 29. Qui custodit legẽ beatus est. Et cõcordat phs in primo ethi. vbi dicit ꝙ Felicitas ẽ operatio ꝓm virtutem ꝑfectam. Et sic etiã cõis habet vsus loquẽdi q2 qñ videtis aliquẽ religiosum vel laycum timentẽ deum ꝛ virtuosum dicitis. O beati vos ꝛc̃. sed dicitis verbo ꝛ nõ facto. q2 laudantes in eis vitam virtuosam in vobisimetipsis reprobat̃. laudatis castitatem sequẽtes luxuriã. laudatis in eis voluntariã paupertatẽ. diuitiarũ terrenaꝝ puluere coinquinati ꝛc̃. Sic vt expedit. Cõtra quos apls Tit. 1. Confitentur se nosce deum: factis aũt negãt. Talis ergo dr̃ beatitudo vie de qua loquitur ps. Beati imaculati in via q ambulant in lege dñi. Et alibi. Bti oẽs qui timẽt dñm: q ambulant in vijs eius. Hec tñ beatitudo est iꝑfecta quadruplici ratiõe seu iperfectione. Prima rõe obiecti q2 per hanc non videt̃ essentialiter deus qui est obiectũ ꝑfecte beatitudinis: Exo. 32. Nõ me videbit homo et viuet. Sed in via ista videmus deum visione enigmatica que habet̃ p fidem. 1. Cor. 13. Videmus nũc p speculũ i enigmate: tũc aũt facie ad faciẽ. Scda iperfectio est q2 h btitudo nõ est secura: q2 ꝓpter multa pericula que in hac vita occurrũt ꝑdi põt. 2. Cor. 4. Habemus thesaurũ istũ in vasis fictilibus Et iam de facto experimur ꝙ multi q aliqñ vitã virtuosam agebant declinauerunt a via. ps. In via hac qua ambulabã absconderunt supbi .s. demones laqueũ mihi. Propterea dicit dñs Luc. 10. Neminem salutaueritis .i. saluum feceritis in via. ideo prouerbium est bonum. Nõ laudar la naui anti chi intra al porto: ne laudar lomo anti chi sia morto. Et concordat scriptura dicẽs. Ante mortem ne laudes hominem quẽq̃. Eccli. 11. Tertia iperfectio est q2 nõ est tranquilla sed multis curis et diuersis sollicitudinibus ꝛ perturbatiõibus permixta Act. 14. Per multas tribulationes oꝫ nos introire in regnũ dei. Item Prouer. 14. Risus dolore miscebitur: ꝛ extrema gaudij luctus occupat. Propterea clamabat Dauid di. Quis dabit mihi pẽnas sicut columbe ꝛ volabo ꝛ requiescam. Quarta iperfectio quia non est continua sed modico tempore durat requies huius btitudinis: quia etsi cedo contẽplationis quasi momentanea ẽ. Apoc. 7. Factum est silentiũ in celo quasi media hora. Ecce quomodo est iperfecta: dicit̃ tñ beatitudo eo ꝙ sit ꝓparatoria ꝛ dispositiua ad beatitudinẽ perfectã que habet̃ in patria ad quã capescẽdã firma spes dat̃ virtuoso hoi nec sine hac p̃ma beatitudine põt haberi scda. Spes aũt facit hoiẽ btm̃ vt ibi dicet̃. Ro. 8. Spe enim salui facti sumus. Altera est ergo btitudo ꝑfecta q dat̃ cõprehẽsoribus q̃ ꝯsistit in visione diuine essentie in qua ꝯsequit̃ hõ oẽ bonum. Exo. 33. Ostẽdam tibi oẽ bonũ: cui nulla iperfectio est admixta. Nã ẽ secura. ꝯtinua. ꝛ trãquilla. ideo dicit Boetius. de hac loquẽs: ꝙ Btitudo est status oĩum bonoꝝ aggregatione ꝑfectus. Quamuis aũt hec ꝓpo sita possint intelligi de vtraq̃ btitudine: q2 petrus fuit btũs dum esset viator ꝛ modo est btũs cõprehensor Nihilominus ꝓprius de prima btitudine intelligunt̃: q2 tempore quo dñs ista ꝟba ꝓtulit petro. viator erat petrus. ꝛ sic etiam nos intelligentes prosequemur sermonẽ nostrũ. Et quo ergo btitudo vie ꝯsistit in virtuose viuendo: videam⁹ quomõ petrus virtuose vixit vt sic ꝯsequenter agnoscamus rationẽ verboꝝ: quare .s. petrus beatus fuit ꝛ est. Notãdũ ergo ꝙ ad hoc ꝙ hõ sit beatus. oportet ꝙ omnes virtutes sit in eo ꝛ ꝓm omnes viuat. Non enim sufficit vnam virtutẽ habere: q2 immo nec põt vere vna tm̃ virtus haberi q2 virtutes omnes ifuse sunt cõnexe in charitate acquisite nõ sunt cõnexe in prudẽtia. Scds

ergo septē virtutes necessarie ad vitā bea-
tam:in quibus oēs virtutes cōprehendunt
vȝ tres theologice ⁊ quattuor morales.
¶ Prima est fides integralis.
¶ Scđa est spes supernalis.
¶ Tertia est charitas diuinalis.
¶ Quarta est prudentia intellectualis.
¶ Quinta est iustitia legalis.
¶ Sexta est tēperantia corporalis.
¶ Septia ē fortitudo seu patiētia ꝯtualis.
Omnes iste fuerunt in beato petro ⁊ ſm
eas excellentissime vixit: ergo dicam uoci.
Beatus es Symon bariona ⁊c̄.
¶ Prima ergo virtus est fides integralis
que est fundamētum oīs virtutis.i. Cor.3.
Fundamētum aliud nemo pōt ponere pre-
ter id qđ positum est:qđ est xp̄s iesus.i.fi-
des iesu xp̄i.Et ideo sine ea nulla est vera
virtus.Augꝰ.Ubi deest cognitio veritatis
falsa est virtus etiam in optimis moribꝰ.
Et ideo q̄uis aliquis iudeus vel infidelis
honeste viueret:tamen non est vere virtus
sua nec consequenter potest dici beatus.
nec spe nec re:quia non placent deo ope-
ra eius. Heb.xi.Sine fide impossibile est
placere deo Hec ergo fides facit hominē
beatum prima beatitudie.Jo.vltimo.Bea-
ti qui non viderunt et crediderunt.Et ideo
beata helisabeth dixit virgini gloriose.Be-
ata que credidisti ⁊c̄. Luc.i. Hec virtus
fuit mirabiliter in Petro quia ipse fun-
damentum fidei:sicut patet in euang. ho-
dierno.vbi tria ponuntur principaliter.
Primo fidei interrogatio facta per dn̄m.
Scđo declaratio fidei facta per Petrum.
Tertio premiatio fidei premissa per domi-
num.Et verbis ergo petri sumitur funda-
mentum fidei christiane que consistit in di-
uinitate ⁊ humanitate christi. Hic historiā
euangelij.Et nota cum dicit.Tu es petrus
⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam
meam.i.super soliditatem siue firmitatē fi-
dei:que adeo firma est q̄ diuelli siue dirui
non potest:quia porte inferi.i. peccata siue
hereses ⁊ persecutiones non preualebunt
aduersus eam.Et ratio huius est:q̄r chri-
stus pro eo orat.Luc.22. Petre ecce sa-
than expetiuit vos vt cribraret sicut triti-
cum.Ego autem rogaui pro te vt non defi-
ciat fides tua. ⁊ tu aliquando conuersus
confirma fratres tuos. Sic ergo firmitas
fidei in petro fundatur q̄ ad ipsum perti-
net alios confirmare in fide.a quo petrus
cadere et errare non potest. Et ideo nec ec-
clesia romana potest a fide errare.24.q.i.
A recta.Et.c. Pudenda. Nam ⁊ si aliꝭ
imperatur vt laxent retia sua: soli tamen
petro dicitur.Duc in altum hoc est in pro-
fundum disputationum Luc.5.24.q.i.Nō
turbatur.Et.c.Quotiens facit.de bap.Ma-
iores.In premium ergo huius fidei petri
promittitur sibi potestas clauium:dum dici-
tur. Dabo tibi claues regni celorum ⁊c̄.
Hec autem promissio repleta fuit post re-
surrectionem cum dixit. Pasce agnos me-
os ⁊c̄. Et infra declarabitur parte.3. Et
nota q̄ quātum ad hanc potestatem ma-
ior est petrus omnibus creaturis angelicis
⁊ humanis.Uide supra in alio sermo.hu-
ius festi qui incipit.Hij sunt due oliue:par-
te.5.in fi.Ergo beāus es symon bariona ⁊c̄.
¶ Scđa virtus est spes que facit hominē
beatum.ps.33.Gustate ⁊ videte:qm̄ suauis
est dn̄s.beatus vir qui sperat in eo.Jtē ps.
83.Nō priuabit bonis eos qui ambulant
in innocētia:dn̄e virtutum beatus homo q̄
sperat in te.Nota In innocētia.i.sine mor-
tali q̄r vel nunq̄ cōmiserunt illud vel peni-
tentiam egerunt.Alioquin potius presum-
ptio q̄ spes dici potest.Spes ergo facit ho-
minem beatum. Ro.8.Spe enim salui facti
sumus.Hanc spem habuit beatus petrus:
qđ maxime apparet in eo.q̄ ad vnius ius-
sionis vocem relictis omnibus secutus est
dn̄m:sicut patet Mat.4. Et ideo spe ista
subnixus fiducialiter ⁊ audacter dixit ad
dominum.Ecce nos reliquimus omnia et
secuti sumus te:quid ergo erit nobis Mat.
19. Nota Omnia.s.exteriora ⁊ interiora:
quia qui caret exterioribus et nō reliquit
cupiditatem rerum temporalium miseri-
mus est:sed qui caret etiam affectu inordi-
nato beatus est. Mat.5.Beati pauperes spi-
ritu: qm̄ ⁊c̄.Jdeo dicit Greg.q̄ in hac re
affectum debemus potius pensare q̄ cen-
sum.Multum reliquit q sibi nihil retinuit.
Multum reliquit qui q̄uis parum: totum
deseruit. Huius ergo spei merito audiuit

a domino promissionem iudiciarie potestatis cum ait. Amen dico vobis ꝙ vos q̄ reliquistis omnia et secuti estis me: in reg. q. iiij. se. si. ho. in sede maiestatis sue sedebitis et vos super se. xij. iudi. xij. tribus israel. Paulus etiam spei merito claudum illum qui iacebat ante portam templi que dicebatur Speciosa solo imperio sanauit. Sic et Eneam paraliticum Act. 9. sicut legitur Act. 3. dicens. Aurum et argentum non est mihi quod autem habeo etc. Ualus etiam spei firmitate subnixus super aquas siccis pedibus ambulauit Mat. 14. Ergo beatus es symon etc.

¶ Tertia virtus est charitas: hec maxime facit beatum multo magis q̄ fides et spes: quia Nunc manent fides spes charitas tria hec: maior autem horum est charitas. i. Cor. 13. Ideo Tob. 13. Beati omnes qui diligunt te et qui gaudent super pace tua. Ista ergo charitate fuit excellentissime beatus petrus quia feruentissima vigebat in eo erga deum et erga proximum. Erga deum patet ex quatuor. Primo quia vt dicitur in legenda Petrus inter ceteros apl'os maiore feruore fuit. et hoc patet ex eo ꝙ postq̄ dominus predixit apostolis ꝙ oportebat ire eum ierosolimam et multa pati et occidi et die tertia resurgere. solus petrus assumens cepit increpare eum dicens Absit a te domine Non erit tibi hoc Mat. 16. Quod verbum ex tenerrimo amore dixit. Secundo patet idem ex eo ꝙ proditorem scire voluit. quia vt dicit Aug⁹. si eum sciuisset dentibus discerpsisset. Tertio patet ex eo ꝙ videns dominum transfiguratum inebriatus amore divini dulcedine ait. Domine bonum est nos hic esse etc. Mat. 17. Quarto id patet ex verbis domini Jo. vlt. Symon Joannis diligis me plus his: et habita responsione petri in signum maximi amoris commisit ei curam pastoralem. dans ei claues quas sibi ante promiserat dicens. Pasce agnos meos: pasce oues meas. Ubi nota ꝙ ter voluit dominus ꝙ ore suo confiteretur petrus ipsum diligere dicens. Domine tu scis quia amo te: quia enim tertio negauerat tertio confitetur vt dicit Ambrosi⁹. 5. q. j. Imitare. Item ter dixit dominus petro: pasce. Uel dic ꝙ hec est alia ratio quare ter christus exigit confessionem amoris a petro: vt ostendat petrum corde ore et opere christum diligere: vt notat Glo. 25. q. j. Diuinis. Item quia pastor debet pascere oues christi tripliciter. s. corde diligendo. ore predicando. arguendo. obsecrando. increpando: iuxta illud. 2. Tim. 4. Insta opor. impor. argue obsecra increpa in omni pa. et doc. et opere subueniendo necessitatibus spiritualibus et temporalibus ouium christi: etiam vitam exponendo. Jo. 10. Bonus pastor animam dat pro ouibus suis. Alioquin vt dicit Greg. in registro: et habetur. 8. q. j. In scripturis. Si is qui valet: omnipotentis dei renuerit pascere oues: ostendit pastorem suum minime amare. Erga proximos vero quantum feruerit charitas in petro non posset lingua exprimere: quia totam vitam suam ad salutem ouium exposuit predicando et alia opera vite actiue faciendo. Unde ad primam predicationem in die penthecostes conuertit tria millia hominum ad fidem xp̄i Act. 2. In secunda vero ꝓdicatione postq̄ sanauit claudum conuertit quinque millia Act. 3°. ergo beatus Symon.

¶ Quarta virtus. prudentia facit hominem beatum. Prouer. 3. Beatus vir qui inuenit sapientiam. Item Prouer. 19. Custos prudentie inueniet bona. s. eterna. Prudentia autem ista consistit in scire bene gubernare et dirigere gregem sibi commissum Prouer. 24. Prudentia roborabitur domus. Quanta autem prudentia fuerit in beato Petro possumus tamen ex experimento scire: quia si ad gubernandam domum cuilibet est necessaria prudentia: quanto maior requiritur prudentia ad gubernandum vniuersus orbem. qui fuerat beato petro commissum. quem diligentissime gubernauit. tum etiam ex verbis et ex facto eiusdem: quia dominus non elegisset eum in pastorem ecclesie nisi prudentissimus fuisset: qui loquens de eo ait. Quis putas est fidelis seruus et prudens. quem constituit dominus super familiam suam etc. Mat. 24. Potest etiam intelligi prudentia ista. s. scientia necessaria prelato: de quo vide per Gratianum in decretis di. 26. cum tribus distinctionibus sequentibus.

¶ Quinta virtus est iusticia que est virtus per quā hō reddit vnicuiq3 qđ suum est. Hec facit hoiem beatum. Ps. Beati qui custodiunt iudicium ⁊ faciunt iusticiam in omni tpe. Item Mat. 5. Beati qui esuriūt ⁊ sitiunt iusticiam: pertinet aūt precipue ad prelatos. Viguit āt in Petro elegantissime qui fuit tenacissimus ad corrigendū rebelles ⁊ inobedientes ⁊ fallaces: sicut patz in multis exēplis. Primo in Anania ⁊ Saphira Act. 5. Dic hystoriam. Scđo in obiurgatione quā fecit Symōi mago: sicut pz Act. 8. Item qñ oratione sua precipitauit Symonem magum volantem in aera: sicut legitur in legenda. Dic hystoriam. Fuit etiā iustus ad puniendū in semetipso petm̄ negationis xpi. Nam vltra illud triduuz quo fleuit amare. semp portabat sudariū secum pro lachrymis detergendis: quas effundebat presertim qñ gallum audiebat cantare. memorans negationis sue. ergo beatus erat Petrus: q2 Beati qui lugent: qm̄ ipsi consolabuntur Mat. 5. Itē Luc. 6. Beati q nūc fletis: q2 ridebitis. ergo beatus es Symon bariona.

¶ Sexta virtus est temperantia que facit hoiem beatum. Mat. 5. Beati qui nunc esuritis q2 saturabimini. Viguit maxime i btō Petro q2 sicut dicitur in libro Clementis ⁊ habetur in legenda. Cibus Petri erat solus panis cum oliuis raro cuz oleribus. Indumentum vero tunica cū pallio. ⁊ hec homo nihil aliud querebat: huius autem temperantie merito dedit ei grām dn̄s vt ad vmbram petri sanarentur infirmi: sicut dicit Act. 5. Quanto magis ad tactum vestimētorum. Moraliter dic contra intemperatos quia si temperantia facit hoiem beatum ergo intemperantia miserum. Volunt intemperati facere festum hic ergo ibi facient vigiliam: q2 erunt in magna esurie ⁊ siti: sicut pz de diuite epulōe Luc. 16. Iđ Isa. 65. Pro eo q vocaui ⁊ nō respondisti locutus fui ⁊ nō audistis: ppter hoc hec dicit dn̄s deus. Ecce serui mei comedent ⁊ vos esurietis. Ecce serui mei bibent ⁊ vos sitietis: ecce serui mei letabuntur ⁊ vos confundemini. Igitur faciamus hic vigiliam vt postea faciemur in festo vite eterne.

¶ Septima virtus est fortitudo seu patientia: que facit hoiem beatum. Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. Item. 1. Pet. 3. Sed ⁊ si quid patimini propter iusticiaz beati. hā: firmissime habuit Petrus sicut patet in persecutionibus ⁊ contumelijs quas cum ceteris aplis passus fuit De qbus dicit Act. 5. Ibant Apli gaudentes a conspectu 9silij: qm̄ di. ha. sunt pro noie Iesu cōtu. pati. Sed maxime hec virtus apparuit in eius preciosa morte. Dic eius passionez. Et quomodo dn̄s apparuit Petro de roma fugienti. Vnde dicit tex. in c. Per venerabilem versu locus. n. tē. Qui filij sint legitti. Cum n. Petrus vrbez fugiens exiuisset volens cum dn̄s ad locuz quem elegerat reuocare: interrogatus ab eo Dn̄e quo vadis: respondit. Venio romam iterum crucifigi: qđ intelligens pro se dictū ad locum ipsuz protinus est reuersus. Hec ibi. Et vt ibi dicit Io. an. post hosti. Exponitur crucifigi. s. in te: ⁊ sic vrbs ista altera Ierusalem intelligatur: ⁊ effusione tui sanguinis qui primus meus vicarius es in terris fundetur firmetur ⁊ consecretur hic locus: quem elegi mihi ad hoc: de elec. Fundamēta lib. 6. Deo gratias. Amen.

¶ Item in die commemorationis beati Pauli apostoli. Sermo vnus.

Notū vobis facio euangelium. Gal. 1. Questio solet fieri de istis duobus aplis. s. Petro ⁊ Paulo quis est maior ⁊ excellentior. R° cum distinctione trimēbri: possent. n. isti apli 9siderari tribus modis.

¶ Primo fm conditionem aplicam.

¶ Scđo fm prelationem ecclesiasticam.

¶ Tertio fm predicationem euangelicā.

¶ Scđm primuz sunt equales sicut omnes sacerdotes sunt equales qn̄tum ad potestatem consecrandi eucharistiam. Sic in proposito. ⁊ ideo sunt equales etiam qn̄tum ad meritum ⁊ premium glorie. Vnde Greg. in 1. dialo. Aperte ergo constat quia cum virtus vtriusq3 fuerit dispar in miraculo vtriusq3 tamen meritum dispar non est in celo: licet primo fuerit electus Petrus ⁊ vltimo

Paulus: quasi diceret Christus Petro. Uolo et huic nouissimo dare sicut et tibi Mat. 20. Quantum ad sciendum Petrus fuit maior Paulo sicut papa legato. Petrus fuit papa cui dixit xps. Tu es Symon filius Johannis. tu vocaberis cephas Jo. I. Cephas. i. caput etc. Jo. 20. Pasce oves meas. Et Mat. 16. Dabo tibi claves regni celorum etc. Paulus pro fuit legatus. Unde ipse dicit. 2. Cor. 5. Pro xpo legatione fungimur tanquam deo exhortante per nos. Quantum ad tertium Paulus fuit maior Petro et omnibus apostolis quia ardentius predicavit et plus laboravit: ut patet 2. Cor. xi. et 12. Et ideo ipse per excellentiam potest dicere thema. Notum vobis facio etc. Patet thema. Repperi iuxta thema quod predicatio evangelica beati Pauli habuit super predicationes aliorum excellentiam in tribus.

¶ Primo quia sua predicatio fuit amplius copiosa.

¶ Secundo quia fuit clarius luminosa.

¶ Tertio quia fuit longius virtuosa.

¶ Primo dico etc. Alii apostoli post receptionem spiritus sancti in die penthecostes diviserunt sibi mundum et quilibet accepit suam portionem etc. sed beatus Paulus per universum mundum discurrendo de civitate in civitatem predicando annis. 37. ut dicit Hierony. in libro de viris illustribus. Unde cantat ecclesia. Deus qui universum mundum beati Pauli predicatione docuisti etc. Item cum aliis apostolis predicantibus provideretur de expensis a civitate vel a probis hominibus: quia xpo dixerat. Dignus est operarius mercede sua Luc. 10. Paulus tamen suis manibus laborabat. quia erat artis tenofactore. quia faciebat cordas et cetera etc. Unde ipse dicit. 2. Thes. viii. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos. quoniam non inquieti fuimus inter vos. neque gratis panem manducavimus ab aliquo. sed in labore et fatigatione nocte et die operantes ne quem vestrum gravaremus. Et alibi Act. 20. Argentum aut aurum aut vestem nullius concupivi sicut scitis: quoniam ad ea que mihi opus erant et his qui mecum sunt ministraverunt manus iste. Item multos labores multas iniurias passus est pro xpo etc. Ideo patet quod sua predicatio fuit copiosior. Recte tenuit preceptum xpi di. Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature Mar. vlt. Nota hic moraliter ex isto textu quod predicatores verbi dei debent tria attendere. Primum Euntes in mundum universum quod debent non in uno semper loco morari sed discurrere alias accipiunt familiaritatem etiam devotas etc. et perdunt devotionem etc. Hinc patet quare fratres mutantur quolibet anno de conventu ad conventum etc. Secundo predicate evangelium etc. non dicit Ovidium. nec Vergilium. nec Arist. etc. Tertio omni creature. i. omni homini tam divitibus quam pauperibus. viris mulieribus. nobilibus ignobilibus etc. Multi errores sunt inter fideles ex defectu instructorum etc. et predicatorum qui non predicant illis etc. Ideo Tren. 4. Parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis. Ideo beatus Paulus per universum mundum predicavit. Ideo dicit. Notum vobis facio evangelium.

¶ Secundo dico quod predicatio evangelica beati Pauli fuit super omnes alios clarius luminosa. Quia omnes apostoli predicabant doctrinas celestes quas a xpo audiverant: sed non viderant sed beatus Paulus predicabat que viderat quia fuit raptus usque ad tertium celum et vidit archana dei etc. 2. Cor. 12. Ideo dicit ipse. Evangelium quod evangelizatum est a me non est secundum hominem: neque ego ab homine didici illud: sed per revelationem Jesu xpi Gal. i. secundum hominem supple purum vel mortalem. Ideo Paulus didicit illud in curia celesti in scola angelorum ubi tribus diebus studuit et scivit plusquam Salomon et omnes philosophi mundi. Studuit ibi in libro vite qui est xpus qui liber habet duas cartas. s. divinitatem et humanitatem xpi. Hic pratice quando xpus ostendit Paulo novem ordines angelorum. Primo primum ordinem. s. angelorum in quem xpus dixit vadunt persone penitentes etc. Secundo ordinem archangelorum in quem vadunt persone devote: quia sicut anima est melior corpore: sic devotio est melior penitentia. Tertio ordinem principatuum: in istum vadunt persone misericordes. Quarto ordinem potestatum in hunc vadunt persone patientes in adversitatibus. 5° ordinem virtutum: in hunc vadunt persone concordiam invicem habentes. 6° ordinem dominationum: in quem vadunt prelati bone vite et bene gubernantes gregem qui iuste intraverunt. 7° ordinem thronorum: ubi collocabuntur illi qui servaverunt propter xpo apostolicam paupertatem. 8° ordinem cherubin: ubi erunt persone scientifice qui alios viam veritatis docuerunt. 9° seraphin: ubi erunt qui erunt hic pleni charitate. maior horum

est charitas. Deinde vidit paulus cathedrā virginis sup oēs choros angelorum. Deinde vidit diuinā essentiā: vt dicit Aug. in lib. de vidēdo deū. et in lib. ad Probā: et scdm Tho. in l. p. q. Et in. 22. q. 175. ar. 3. et qū reuersus fuit crediderūt q̄ studuerat in studio celesti et dixerūt sibi. Unde venis? Respōdit Paulus. Scio hoiem in xpo Jesu añ ānos quatuordecim siue in corpe siue extra corpus nescio. deus scit: qm̄ raptus est in paradisum et audiuit archana vba que nō lz hoi loq. 2. Cor. 12. Nota vsq ad tertiū celū. Scriptura sancta nō facit mētionē Geñ. i. Nisi de trib⁹ celis. Primo de firmamēto qd ꝯtinet octo celos. s. 7. planetarum et octauū sidereū.

Scdm celū dr aqueū. s. aque q̄ sup celos sunt. et istud celū dr cristallinū. Tertiū celum est empyreū: vñ in pncipio creauit de⁹ celū: dicit Glo. Bede. s. Empyreū etc. Patet scda ps huius sermonis.

¶ Tertio dico etc. longius virtuosa: qr omnes alij apostoli predicauerunt vsq ad mortem etc. sed paulus in vita pdicauit. 37. annis. et in morte et etiam post mortem etc. Dicatur eius martyrium et quō post mortem apparuit anima eius Neroni etc. Ecce quomodo predicauit post mortem. Non legitur de alio sancto. Statim Nero soluit omnes christianos quos tenebat captos: sed tamē obduratus non fecit se christianum. et hoc. s. q post mortem erat predicaturus ipse paulus prophetauerat di. Magnificabitur xps in corpore meo siue per vitam siue per mortem Phil. i. Item predicauit etiā in morte. Dicatur de capite qd fecit tres saltus. Et in quolibet dicebat Jesus: et nascebatur ad quemlibet saltum vnus fons: et sic fecit tres predicationes: in quolibet saltu vnam. Nota secreta. Tribus vicibus Paulus nominauit Jesum propter tres virtutes quas habet nomen Jesus principaliter.

¶ Primo contra defectus spūales.


¶ Scdo cōtra infirmitates corpales.

¶ Tertio cōtra aduersitates tpales.

Defectus spūales sunt peccata. Si ergo aliquis est durus in pctis. deuote inuocet nomen Jesus et habebit cōtritionem. Hoc figuratum fuit in morte christi: quando petre scisse sunt: ecce contritio. et monumenta aperta: ecce confessio. et multa corpora sanctorum surrexerunt: ecce resuscitatio anime ad statum gratie. Idem de illo qui habet rancorem contra proximum et desiderat vindictam etc. Omnis quicūq inuocauerit nomen domini saluus erit Ro. 10. Nota Inuocauerit. i. intus in corde vocauerit. Item Act. 4. Nec enim nomen aliud est sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Scdo est cōtra infirmitates corporales. Auctoritas. Signa eos qui crediderint hec sequentur. Non dicit qui sancti fuerint. In nomine meo demonia eijcient linguis loquentur nouis: serpentes tollent et si mortiferum quid bi. nō eos nocebit. Super egros manus imponent et bene habebunt Mar. vltimo. Quando ergo estis infirmi vel filij vestri. inuocate nomen Jesus et curabimini: si expedit saluti anime vestre. Idem de mulieribus que volunt concipere vel conceptum conseruare vel parere etc. Ecce scdus. Nō ergo recurratis ad diuinos etc. Beatus vir cuius est nomē domini spes eius et nō respexit in vanita. et insani. i. falsas. s. diuinorum et sortilegorum etc. Dic contra hoc vitium vt expedit. Tertio cōtra pericula seu aduersitates tēporales. Si es in bello iusto inuoca Jesum et dabit tibi vires. Secus si in bello iniusto: quia nescit diuina iustitia patrocinium dare criminib⁹ vt ait Chrisostomus. Idē in tēpestate etc. et sic in huiusmodi. Auctoritas. Turris fortitudinis nomen domini: ad ipsum confugiet iustus et exaltabitur. Prouer. 3. Nomen domini est nomen Jesus Luc. i. Uocatum est nomē eius Jesus etc. ecce tertius fons. et patet cōclusio clara: quomodo predicatio beati Pauli fuit alijs longius virtuosa. ergo thema. Notum vobis facio euangelium.

Deo Gratias. Amen.

¶ In festo visitationis beate Marie virginis. Sermo primus.



rurgens maria abijt in mōtana Luc. i. Hodie est festum gloriosum visitationis et salutationis virginis gloriose. Salutemus ipsam. In hoc euangelio continent quatuor excellētie de vgine gliosa.

¶ Prima est profunda humilitas.

¶ Sc̄da est admiranda sanctitas.
¶ Tertia est perfecta credulitas.
¶ Quarta est letabunda iocunditas.
¶ In prima parte dicamus .12. puncta in sc̄da quattuor. In tertia quattuor. In q̄rta decem ⁊ sic in sūma sunt .30. puncta.

¶ Primum notat in eo q̄ postq̄ virgo gloriosa cōcepit filium dei nō in elationē nec in superbiam ascendit sed in montana virtutum. Eleuatis enim per superbiā nihil aliud restat nisi casus in baratrum damnationis. Finis enim ad alta leuatis est ruere. Sed magis se humiliauit: accessit enim in domum Zacharie vt seruiret ibi Helisabeth cognate sue pregnanti ⁊ fuit in obsequio suo per tres menses. De hac humilitate loquitur prima pars euangelij. Exurgens maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda. Et intrauit in domum zacharie ⁊ salutauit helisabeth. O exemplum virtutis omnium reuerentia ⁊ diligentia imitandum. Decuit nanq̄ vt sicut initium humane perditionis processit ex superbia mulieris seducte a diabolo: sic initium humane salutis procederet ex humilitate mulieris illustrate a spiritu sancto. Eua enim quadrupliciter superbiuit contra deum.

Primo quia appetijt equalitatem dei cū diabolo credidit dicenti. Eritis sicut dij scientes bonum ⁊ malum. ⁊ vide cecitatem eius quia voluit esse equalis deo cum se faceret discipulam diaboli. Sc̄do superbiuit quia contempsit preceptum dei precipientis de hoc ligno non comedas ⁊c. Tertio superbiuit quia non sufficit sibi ipsam preterisse mandatum dei sed etiam fecit virum peccare: qui non seductus sed ne contristaret delitias suas comedit sicut dicit Apostolus .i. Timo. 2. Adam inquit non est seductus: mulier autem seducta in preuaricatione fuit. Quarto excusauit se de peccato commisso dicens. Serpens decepit me Gen. 3. Contra quod. ps. Non declines cor meum in verba malitie ad excusandas excusationes in peccatis. Et forsan magis Eua peccauit se excusando [quam] comedendo quia si se non excusasset sed humiliter veniam petisset deus ignouisset ei: quia non obliuisceretur misereri deus nec continebit in ira sua misericordias suas. Ex huiusmodi ergo superbia processit humana perditio iuxta illud Eccli. 25. A muliere initium factum est peccati: ⁊ propter ipsam omnes morimur. Ordinauit ergo diuina sapientia vt sicut mulier damnauit: sic mulier saluaret. Unde econtrario virgo gloriosa quadruplicier se humiliauit. Primo deo ⁊ angelo dicens. Ecce ancilla domini. Secundo ad domum Helisabeth pregnantis ipsa pregnans accedendo. Tertio sibi obsequendo. Quarto in partu suo officium obstetricis exercendo. Unde prima que recepit Ioan. bap. in manibus ex vtero exeuntem: fuit virgo maria. O magna excellentia Ioannis. Moraliter habemus exemplum nos humiliandi quia si virgo tam excellentissima ⁊ incomparabilis se humiliauit: quis superbiet? Nota contra mulieres que quādo parturiunt filios masculos superbiunt ⁊c. dic vt expedit. Sed dices tu quam mercedem habere poterimus ex hac humilitate? Respondeo quadruplicem humilitatem.
¶ Prima est dei glorificatiua.
¶ Sc̄da est hoīs exaltatiua.
¶ Tertia est diaboli prostratiua.
¶ Quarta est proximi placatiua vel edificatiua
¶ Primo nanq̄ ⁊c. Magnum enim honorem deo exhibemus nos humiliando sibi.

Primo intellectum simpliciter credendo hijs que sunt fidei vtpote ab ore eius prolatis: q̄uis excellant omnem humanam rationem. Si enim credimus iudici de legibus philosopho de philosophia. medico de medicina. theologo de theologia. pellipario de pellibus. ⁊ cuilibet in arte sua: cur deo non credimus qui mentiri nō potest. Ideo apostolus. Destruentes oēm altitudinē extollentem se aduersus sciam dei ⁊ in captiuitatē redigentes omnem intellectum. in obsequm xpi. 2. Cor. 10. Sc̄do subiugādo volūtatē deo per obedientiā lȝ repugnet voluntas ⁊ sensualitas. Dic pratice de castitate ⁊ hūilitate ⁊c̄ prout expedit. Tertio subiugādo memoriam ad recordandum de beneficijs diuinis. Quarto os ad loq̄ndū de reb⁹ diuinis. Quinto aures ad audiendum verbum dei. Sexto oēs sensus ⁊c̄. ⁊ corpus ⁊c̄. Ex hoc ergo de⁹ honorat a nobis.

Scd'o humilitas est hois exaltatiua. Nota
similitudinem de statera que quāto magis
descendit in vna pte: tanto magis ascendit
in altera rc. Ideo dicit Petrus. Humilia
mini sub potenti manu dei vt vos exaltet
in tpe visitationis. i. Pe. 5. Nota visitatio
nis. i. mortis. Ideo btā virgo fuit exaltata
sup oēm creaturā etiā angelicā: q2 sub oi
creatura fuit humilis. Luc. i. Quia respexit
humilitatē ancille sue. Ideo dicit dñs Lu.
12. Qui se humiliat exaltabit. Itē. i. Re. 2.
Quicunq3 honorificauerit me: glorificabo
eū rc. Quis magis in hac vita descendit
p humilitatē q3 xps: qui tot z opprobria et
tandē mortē cum maximo vituperio pas-
sus est rc. Ideo exaltatus est. s. oēm crea-
turā. Phil. 2. Humiliauit semetipsum fac.
obe. vsq3 ad mortē rc. Nota practice histo
riā que habet Mat. 18. De ptentione inter
aplos exorta qs eoz videret eē maior. Lu.
22. Et xps dixit eis. Quicuq3 humiliauerit
se sicut paruus iste. ipse intrabit i regnū celo
rū Mat. 18. Tertio hūilitas est diaboli pro
stratiua. Nota exēplum de Machario cui
obuiās diabol9 in deserto dixit. q nihil aliud
in Machario existens ipsum vincebat nisi
humilitas quā ipse diabolus habere nō po
terat. Vide in legēda sci Macharij. Quar
to humilitas primuz placat q2 nihil sic pla
cat hoiem sicut humilitas: q2 inter suphos
supsunt iurgia Prouer. 13. Vis vincere su
phum: humilia te rc. Nota exēplū de liber
tino q passus persecutionē ab abbate suo cu3
scabello suppedaneo patiam humilit exhi-
buit rc. Vn humilitas sua facta est magfa
magistri vt refert Greg. in. i. dial. Iō Pro
uer. 15. Responsio mollis frangit iram: smo
durus suscitat furorem.

¶ Scd'o notat admirāda scitas. Scitas
ē duplex. Prima q2 homo est scūs in se sed
nō effundit illā ad alios: sicut sunt sci here
mite. De qbus dicit Hierony9. Scā qppe
rusticitas solū sibi pdest. Alia est scitas q
nō solū in se sed etiā in alios effunditur.
Hanc hūit virgo z hoc ondit in scd'a pte
euangelij. Et factū est vt audiuit saluta-
tionē marie helisabeth: exul. in. in v. eius et
repleta est spū scō. z exclamauit voce ma-
gna z dixit. Benedicta tu inter mulieres rc.
vsq3 infans in vtero meo. Vbi notandū q

quattuor effectus protulit huius salutatio
ex vigore scitatis virginis gloriose. duos
in matre z duos in filio. primus in matre. s.
helisabeth: q2 repleta est spū scō. z in hoc
fuit fili9 scitas virginis radio solis qui re-
plet totā domū lumine rc. Scd'o effectus
q2 facta est pphissa helisabeth: vnde dixit.
Benedicta tu inter mulieres z bndictus fru
ctus vētris tui. Et vñ hoc mihi vt veniat
mater dñi mei ad me: In filio verus. s. i Io
anne baptista primus effectus fuit scifica
tio in vtero. Sicut. n. verbū sacerdotis ba-
ptizantis scificat aiam baptizati: sic verbū
virginis salutantis scificauit aiaz Ioānis
baptiste. Vñ di. Ecce enim vt facta ē vox
salutationis in auribus me. exul. infans in
gaudio in vtero meo. Scd'o q2 etiā pphie
spūm accepit. cognoscens in vtero filiū dei.
ppter hoc ēt di plusq3 pphe: q2 antequā na
sceret fuit ppha. Vide. s. ser. 2. gaudet rc.
Et ideo exultauit faciens reuerentiā z incli
nans se filio dei in vtero virginis existenti.
Nota practice sicut scriptū. s. in pfesto Io
nis bap. smo. scti Vincentij q incipit Ma-
nus dñi erat cū illo pte. 3. rc. Moraliter ex
hoc habemus exēplū q nō solū nobis de-
bemus esse boni sed etiā primis. iuxta illō
Apoc. vlt. Qui audit dicat veni. Et Eccli.
17. Deus mādauit vnicuiq3 de primo suo:
vñ mulier dz trahere vir z e9. Saluabit
enim vir infidelis p mulierē fidelē. Et sal-
uabitur mulier infidelis p virū fidelē. i. Cor.
7. Sic pater trahat ad deū filiū z e9. Sic
seruus dñm. primus primū sui. psertim h
tpe: q2 videtis q dñs visitat vos. Sic facit
deus nobis: sic facit mulis seu burdonerij
bestijs itinerantibus. q si pigre sunt ad iti-
nerandū vel deuiant a via. primo excitat
eum vocibus dicendo. Anda vel Arri rc.
si nō mouent pūgit z verberat. Sic de9 hic
vsq3 hodo vos excitauit p pdicatores q sunt
nuncij dei: qb9 dixit dñs. Non. n. vos estis
q loquimini: sed spūs patris vestri q loquit
in vobis Mat. 10. Sed pauci ex vobis sunt
correcti. Quis vsurarius nedū restituit: sed
z dimisit exercere vsuras: Quis pcubinari
us pcubinā: Nota hic incidēter de illo sa-
cerdote q mortuus cū duabus cōcubinis
in lecto in capitlo suo: z tñ sepultus ē in ec
clesia: cū debuisset in sterquilinio sepeliri nec

pro ipsis orari: iuxta nota. 15. q. 2. pro obeuntib⁹. Et de sepul. c. Et pte. Et de statui mo. c. 2. §. qui vero. Et. c. Sup quodam. Quis blasphemias: Quis i festis precipuis opa. seruitia: Ne mulier candas z festus suos Idcirco dns vos verberat infirmitatibus z vereor ne peiora patiamini in futur. Ue e go illis qui nō corrigunt zc. Ideo dico vobis cum psalmista. Hodie si voces eius audieritis: nolite obdurare corda vestra zc.

¶ Tertio notat pfecta credulitas. Unde dicit. Beata que credidisti. q. psi. in te q̄ di/ cta sunt tibi a dno. Aug⁹ in lib. de virginita te. Beatior fuit maria pcipiendo fidē xpi q̄ cōcipiendo carnem xpi. Nihil etiā Marie materna ppinquitas pfuisset: nisi eum feli cius corde q̄ carne gestasset. Hec ille. Moraliter perfecta credulitas vz hic q̄ttuor.

¶ Primo cor.

¶ Scdo os.

¶ Tertio opus.

¶ Quarto finem.

¶ Primo cor q2 alias est ficta. Jo. 3. Qui nō credit: iam iudicatus est. Scdo os q2 necesse est ore exprimere presertim tpe psecutionis: q2 sicut lumen in laterna extinguitur nisi spiret exterius: sic fides nisi exterius psi teatur. Nota q̄stionē de aliquo q in barbaria timore ductus abnegat fidē xpi ore sed nō corde q2 si in hoc statu decedit: dānatur Ro. 10. Corde credit ad iustitiā: ore autem cōfessio fit ad salutem. Tertio ope quia alias si nō obedit omnib mādatis abnegat deum z xpm: z ideo infidelis est. Ut Hieron. Sup epl̄a ad Titum z habet in decretis. 11. q. 3. Estimant qdā in eo tm̄ deum negari. si in psecutione ga a gentibus cōprehensus se cōfiteri renuerit esse christianum. Ecce Apls Titum. 1. Oia que puersa sunt factis deum asserit negari. Xps sapientia est iustitia. veritas. sanctitas. fortitudo. Negat per insipientiā sapientia. per iniqtatem iustitia. per mendatiū veritas. per turpitudinem sanctitas. per imbecillitatē animi fortitudo. Quotienscūq3 vicimur vitiis atq3 petis. totiens deum negamus. Et ecōtrario quotiēs bonū qd agimus deum ɔfitemur. Hec ille.

Quarto finē. i. pseuerantiam vel finem. i. vt propter deum fidelis credat z operetur. Hunc autem finem ordinat charitas per quam fides operatur Gal. 5.

¶ Quarto notat letabūda iocūditas in. 4. pte euāgelij: dum dicit. Et ait maria. Magnificat aia mea dnm. Et exul. spiritus meus in deo sal. meo. Nota q virgo q̄ erat z est fōs ois virtutis z honestatis. nō erat solita cantare sed nunc tanto gaudio fuit repleta q prupit in iubilum. Unde fecit vnū canticum de decē stantijs. s. magnificat zc. ad significādū q decē mensibus debebat filium dei in vtero retinere: q2 nouem mensibus z pte de decimo sm vsum scripture q̄ sepius ponit ptem pro toto. Sicut fuit ibi Jonas fuit in ventre ceti trib⁹ diebus z trib⁹ noc. sic erit filius ho. in cor. trib. die. z tri. noctib. Uide supra in festo natalis dñi ser. g incipit. Misit deus filium suū pte. 1. Uel dic q ad notandū q sup decem gradus sanctorum erat sublimāda. Primus gradus est virginum. 2⁹ pfessorum. 3⁹ doctorum. 4⁹ martyrum. 5⁹ aplorum. 6⁹ pphetarum. 7⁹ patriarcharum. z tres ierarchie angelice sup quas tripudiat in celis ad dexteram filij sedens: iuxta illud Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. s. virtutum. Et hoc notat Anagoice in themate dum dicit. Exurgens maria abijt in mōtana. i. sup excellentiam glie sanctorum: iuxta illud Prouer. vlti. Multe filie cōgregauerunt diuitias: tu supgressa es vniuersas.

¶ Notandum q ex euāgelio isto colliguntur tria de beata vgine que habuit in summo: perfectionem vite actiue contemplatiue z passiue. Primo nanq3 ipsa ambulauit per viam vite actiue: vnde ibi dicitur Quod exurgens abijt. Sed quo z ad quid abijt: Certe ad helisabeth vt ei impenderet humanitatis obsequia sm Ambrosium.

Scdo ipsa exiuit per viam vite contemplatiue quod innuitur cum dicitur q abijt in montana cum festinatōe. Et hec ēt iocūditas cōtemplationis innuitur in saltu gaudioso tripudij Joannis cum in vtero matris exultauit. Tertio ipsa deum laudauit eundo per viam vite passiue cum dolore: gladius suam animam pertransiuit: nec tamen mentem ipsius vulnerauit: quia quantumcunque exterior homo dolore passionis concuteretur. mens tamen eius nunq̄ deiecta fuit. Et inde est q fidē nunq̄

amisit sed semper diuine voluntati con/formata: non dubium quod in omnibus deum laudauit. Unde cantauit. Magnificat anima mea dominum. Deo gratias. Amen.

In festo sancte Margarite virginis. Sermo primus.



Inuenta vna preciosa margarita abijt. Mat. 13. Cogitanti mihi magnam felicitatem beate margarite occurrunt quinque virtutes in ea: iuxta quinque verba thematis in quibus stat tota perfectio sue felicitatis.

Prima est vera humilitas.

Secunda sancta charitas.

Tertia firma stabilitas.

Quarta pura claritas.

Quinta plena felicitas.

Dico primo etc. vera humilitas que notatur in primo verbo inuenta. Et notantur subtiliter iste virtutes in quinque verbis thematis. Ratio: Inuentio totius humane perditionis: fuit superbia. Superbia est quando homo vult viuere ad libitum nec vult subici mandatis dei. Nota hic pratice de peccatoribus secundum qualitatem audientium et quanta superbia sit hominis. Tunc declara per similitudinem ancille quando vult predicari in domo contra voluntatem domini. Sic in proposito etc. Ps. Non habi. in medio domus mee qui facit superbiam. Unde enim destructio religionum: nisi ex superbia subditorum contra prelatos? Unde destructio ciuitatis: nisi quia vnus vult aliis conciuibus preesse etc.? Unde destructio animarum etc.? Declaratur hoc per exemplum de lucifero: de quo Isa. 14. Quomodo cecidisti lucifer etc. Item de Adam et Eua quibus deus precepit in signum dominij ne comederent de ligno vetito etc. Et noluit obedire ex superbia: ideo etc. Ex quo peccato omnia mala nostra et perditio peruenit. Patet conclusio. Auctoritas. Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas. Ratio. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. s. angelorum in lucifero et hominum in Adam Thob. 4. Dic hic etiam quomodo superbia est causa omnis peccati. s. auaritie. luxurie. ire etc. Unde prouenit quod parentes desperant se quando filij moriuntur nisi ex superbia: quia nolunt subijcere voluntatem suam voluntati diuine: Uide dictum Cypriani. 13. q. 2 Quod prepostteram: et declara etc. Si ergo per superbiam perditur creatura vt dictum est: per oppositum per humilitatem inuenitur. Uerbi gratia. quando homo dicit Domine ego sum inclinatus ad superbiam sed quia precipitis humilitatem: ideo volo humiliari etc. Idem de aliis peccatis dicatur secundum qualitatem audientium. Ideo congrue quod hoc verbum inuenta designatur humilitas. Auctoritas. Congratulamini mihi omnes: quia inueni ouem quam perdideram Luc. 15. Dic hystoriam illam etc. Centum oues sunt persone humiles et deuote et obedientes que habent naturam ouium: et sunt centum propter perfectionem. s. mandatorum etc. perditur autem vna ouis quando de herbetta in herbettam. i. de delectatione in delectationem incidit in manus lupi: vel alias non inuenitur. Sic anima etc. de perit et portat eam in humeris per suam passionem et dicit angelis. Congratulamini mihi etc. gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Luc. 15. Modo videamus de humilitate beate margarite etc. Dic quomodo est effecta christiana ad instructionem nutricis sue etc. Et relicto patre qui erat patriarcha Anthiochie paganus: et vocabatur Theodosius qui habebat eam exosam propter christianitatem. Et ideo mortua matre mansit cum nutrice: ecce humilitas: quia cum prius esset induta de auro et margaritis. nunc de burcello ad modum rusticorum. Prius erat in palatio: nunc in heremo. Prius comedebat gallinas: modo panem cum caseo. Prius dormiebat in lecto etc. nunc in tugurio cum paupere nutrice etc. et omnia propter christum. Ecce quomodo inuenta est a christo etc. Moraliter velitis humiliari si vultis reduci ad caulas ouium christi etc. Ideo christus. Discite a me quia mitis sum et humilis corde Mat. xi. Nota quod dominus constituit magnitudinem premij in illa re quam vnusquisque potest habere. s. in humilitate. Nota exemplum de tentione apostolorum et quomodo interrogauerunt christum. Quis putas maior est in regno celorum? Et aduocans Jesus paruulum etc. Mat. 18.

¶ Dico secundo ꝛc. sancta charitas que ostenditur cum dicitur Una. Ratio: quia concupiscentia dispergit cor sed charitas vnit: quia quicquid cogitat. loquitur. ⁊ operatur nihil aliquid vult nisi vnum .i. deum. Dicatur hystoria de Maria magdalena ⁊ Martha. Luc. 10. Martha martha sollicita es ⁊ turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea. Nota Unum .i. vnitas cordis ad deum. Patet ergo quare charitas dicitur vna. Ideo dicit .i. Jo. 4. Deus charitas est ⁊ qui manet in charitate i deo manet ⁊ deus in eo. Uide infra in serm. sancti Jacobi qui incipit vnus ad dexteram ꝛc. Dicas quomodo beata margarita habuit istam virtutem quia tantam charitatem habuit ad christum quod nihil curauit de preside Olibrio nec de honore nec promissionibus ab eo sibi factis. Dic hystoriam quomodo Olibrius transiens per viam vidit margaritam ⁊ interrogauit eam de tribus. Interrogauit eam. Primo de genere. Secundo de nomine. Tertio de religione ꝛc. vt in legenda. Et poterat dicere Mar. Unam petij a domino hanc requiram vt in habi. in domo domini omnibus diebus vite mee ps. 26. Item potuit dicere illud Regnum mundi ⁊ omnem ornatum seculi contempsi: propter amorem domini mei Jesu christi ꝛc. Moraliter sic vnlatis vos cum deo saltem in diebus dñicis ⁊ festiuis ꝛc. Dic vt expedit.

¶ Dico tertio ꝛc. firma stabilitas que ostenditur cum dicitur. Preciosa .s. coram deo propter constantiam ⁊ stabilitatem. Ideo dicitur de martyribus qui fuerunt stabiles ⁊ potius volunt perdere vitam quam bonam vitam. Preciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius .s. propter stabilitatem quam habuerunt. Hanc virtutem habuit beata mar. quia ⁊ posita in carcere ⁊ educta de carcere firmiter confitebatur nomen christi: ⁊ preses sibi intulit quinque tormenta. Primum quia fecit eam denudari ꝛc. Sed beata mar. dicebat. Domine iesu christe sic fuistis vos denudatus ⁊ sic constanter sustinebat hanc verecundiam. Secundum fuit flagellata ⁊ patienter sustinuit pro christo ꝛc. Tertium quia fuit pectinibus ferreis cardata. Et dicit legenda quod prefectus faciem suam clamide cooperiebat: nec tantam sanguinis effusionem videre poterat. Quartum quia lamine ferree ignite fuerunt lateribus eius applicate. Et dicebat. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam ꝛc. Ro. 8. Quintum fuit in aqua piecta vt ibi submergeretur: sed ipsa signante aquam factus est terremotus magnus: ex quo .12. millia gentilium conuersi sunt. Ecce eius stabilitas. Et poterat dicere. Transiuimus per ignem ⁊ aquam: ⁊ eduxisti nos in refrigerium ꝛc. Moraliter ꝛc. Non qui inceperit sed qui perseuerauit saluus erit. Mat. 10.

¶ Dico quarto ꝛc. pura claritas que notatur cum dicitur Margarita. Erat enim clara in mente ad cognoscendum dei secreta ⁊ puritatem vite Mat. 13. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas. Istam claritatem scientie puritatem habuit beata mar. quia spiritu sancto docta cognouit diabolum ad se venientem Dum esset in carcere bis venit ad eam.

Primo in forma draconis. Secundo in forma antiqui doctoris dicentis se esse christianum ꝛc. Dic hystoriam ⁊ sic consequenter habuit puritatem vite. Et nota hic de signo crucis: ⁊ quomodo debeat fieri. Item nota contra confessores qui dicit se habere casus papales. Debent ergo fideles oculos aperire ⁊ bene cognoscere hoc. an verum sit ꝛc. quia Si cecus ceco. ducatum prestet ꝛc. moraliter istam claritatem debemus habere nos scilicet ad cognoscendum spiritum malignum: quando venit ad nos transfigurans se in angelum lucis. Ideo dicit scriptura. Carissimi nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus si ex deo sint. i. Jo. 4. Probatur autem dupliciter. Primo ex parte nostra humiliando .s. nos ⁊ dicendo. Quis sum ego ꝛc. alias decipitur. Nota exemplum in libro de vitis fratrum ꝛc. quando apparebat diabolus cuidam fratri in forma virginis marie in cuius faciem spuit premonitus a magistro suo ⁊ statim euanuit. Secundo ex parte ipsius spiritus respiciendo quid dicit quia si dicit contra dei mandata sine dubio diabolus est. Ita probauit margarita que noluit credere diabolo dicenti sibi quod duceret virum: quia erat contra votum castitatis quod fecerat deo ꝛc.

¶ Dico quinto ⁊c. plena felicitas q̃ nota est
pẽ Abijt.s. ad gloriam. Dicatur eius marty
rium ⁊c. Ideo pōt de ea dici. Non est vir
in domo sua abijt via longinqua. sacculum
pecunie secū tulit. In die plene lune rever-
surus est in domū suā; Prouer. 7. Nota
Nō ẽ vir in domo sua.i.spūs in domo cha
ritatis Abijt via longinqua.s. ad celū: sac.
pecunie.s. meritorū ⁊ bonorꝫ operū. In die
plene lune.i.in die iudicij reuersurus est in
domū suā.s.carnē p verā resurrectionem ⁊
gloriosam. Deo gratias. Amen.

¶ In festo gloriose Marie magdalene.
Sermo primus.



Manum suam
aperuit inopi. Prouer.vlt.
Declaro thema fm intelle-
ctum quē volo ptractare.
Christus aperuit manum
suam btē marie Magdalene inopi ⁊ pau/
perime. Pro cuius declaratione sciendū
q in scriptura sctā misericordia dei quam
hꝫ circa peccatores dī manus: ⁊ hoc pbat
rōe exēplo ⁊ auctē. Ratio est ista ⁊ similē si/
militudinarie: qr si aliqs volēs eleuare aliquē
q cecidit in lutum. aquā. vel ignē. porrigit si
bi manum: sic xp̄s volens erigere psonam
q̃ cecidit in lutum luxurie vel aquā auari/
tie vel ignē iracūdie ⁊c. porrigit sibi miseri
cordiā suā. Pꝫ ratio. Manus dī misericor-
dia dei nec est possibile resurgere a pctō si
ne ista manu.i.misericordia dei. Bñ pōt hō
se pcere in foueam pcti p se: sed nō resurge
re. Osee. 13. Perditio tua israel: ex me auxi
lium tuū. Nota ꝯ illos qui dicunt. O mise
ricordia peccabo ⁊. postmodū faciā pniaꝫ.
Jo. 6. Nemo pōt venire ad me nisi pater q
misit me tra. eū ⁊c. Item Ro. 3. Iustificati
gratis p grām ipsius. Itē Ro. 9. Nō volē-
tis neqꝫ currentis sed miserentis ẽ dei. Exē
plum est istud. Dic historiam de petro am-
bulante in fluctibus ⁊c. ⁊ cum cepisset mer-
gi ⁊c. dicit textus Mat. 14. Et ꝯtinuo iesus
extendens manū suam apphendit eum et
ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Per
q figuratiue innuitur q psona que incipit
mergi in ꝯcupiscētijs ⁊ peccatis: si dꝫ suble
uari oportet q p manū misericordie dei ele
uet. Ad idē Mat. 8. Ecce leprosus veniēs
adorabat eū dicens. Dñe si vis potes me
mūdare. Et extendens iesus manū tetigit
eū dicens. Uolo. Mūdare. Et ꝯfestim mū
data est lepra eius. Item Mat. 9. Dñe filia
mea modo defuncta est: sed veni ipone ma
nū tuā sup eam ⁊c. Auctas. Dauid postq̃
peccauit dixit. Fiat manus tua vt saluet
me: quasi diceret: cecidi: iō ⁊c. Itē Job pe-
tebat hanc manū dicens. Uocabis me et
ego respondebo tibi. Opera manuū tuarū
porriges dexteram Job. 14. Patet ergo q
misericordia dei dī manus. Cum ergo ma/
ria magdalena in sua iuuentute cecidisset.
Primo in terrā p amorem terrenorꝫ. Scdo
in lutū p luxuriā. Tertio in aquam clarifi-
cādo faciem ⁊ psonā suā vt videretur pul-
chra: sed iesus xp̄s p manum misericordie
sue eam erexit. recte ergo dicit thema Ma-
num suā ⁊c. Nota hic cū dicit. Aperuit ma
nū ⁊c. In manus enim apertione quinqꝫ digiti
ostendunt quibus lapsus erigitur. Ita xp̄s
apiens manum suā Marie magdalene os
dit sibi quinqꝫ digitos quasi quinqꝫ effectus
misericordie eam eleuando.

¶ Primus digitus fuit longa expectatio.
¶ Scds benigna conuersio.
¶ Tertius alta promotio.
¶ Quartus spūalis pfectio.
¶ Quintus celestialis fruitio.

¶ Dico primo q primus digitusqnē osten
dit xp̄s Marie magdalene eam eleuando
fuit longa expectatio.s. ad pniam: credit q
ipsa. 12. annis vixit in peccatis ⁊ iñ xp̄s ex-
pectabat eam ad pniam quasi diceret. Ad
huc eris scta. ⁊c. Dic p° quō erāt tres.s. La
zarus. Martha. ⁊ Maria: ⁊ dimiserunt illis
patrimoniū suū sicut dī in principio legen
de ⁊c. Ratione adt quare marthā conser-
uauit in bona vita ⁊ castitate: nō aūt ma-
riā: vide supra sermo. btē Marthe parte. 1.
Dicat practica quō erat nobilis. Et mor/
tuis parentibus dimiserant sibi hereditatē
cum Lazaro ⁊ martha: ⁊ magdalū castrū
ꝯtigit marie. Inde dī magdalena. ⁊ tūc ex
quo fuit libera tradit se vanitatibus ⁊ pec
cauit cum quodā ⁊c. qui iactabat se de ea
⁊ ipsa credebat esse secretum ⁊c. ⁊ in tantū
rumor creuit q dicebatur peccatrix ⁊c. sed
deus eam expectauit ad pniam ⁊c. Mora-

¶ Primū ergo gaudiū virginis fuit in die incarnationis xpi quando fuit facta mater dei. Dic pratice sicut habetur supra in sermone annunciationis d̄nice pte. 1. ꝛc. Tunc ergo virgo Maria habuit tantā leticiam ꝙ non posset intellectus capere: intantum ꝙ incepit cantare illam dulcem cantilenam. Magnificat aīa mea dn̄m Propterea dixit. Exultauit spūs meus in deo ꝛc. Exultauit. i. extra saltauit. Hoc fecit quando salutauit Helisabeth ꝛc. Ubi sunt. 10. versus sine stancie: q2 sciebat se portaturam filium dei in vtero. i. mensibus nouem videlicet et cōpletis: ⁊ de de. imo septem vel octo diebus. Patet gaudium. Sed ecce tristicia q2 cū esset grauida Anna mater sua ex vna pte ⁊ Joseph vir eius ex altera dolebant ⁊ flebant nescientes vnde concepisset: ⁊ virgo nō audebat reuelare secretum dei: ⁊ ideo tristabatur ⁊ orabat ꝛc. Dicit de hoc Mat. 1. Cum esset desponsata Maria mater Jesu Joseph anteꝙ conuenirent inuenta est in vtero habens de spū sancto. Joseph autē vir eius cum esset iustus ⁊ nollet eam traducere voluit occulte dimittere eam: propter suspitionē adulterij fm Aug. 2. q. 1. Si peccauerit. Alij vero doc. dicunt ꝙ propter reuerentiam tante virginis. Moraliter sic coniuges gaudium qḋ habent in die nuptiarū debent temperare cum timore timendo. s. ne filius in pueritia moriatur. vel si viuat sit vnus ribaldus ꝛc. sed hodie sunt multe dissolutiones. Nota contra errorem illorum q dicunt illi qui portat puerum vel puel'ā ad baptizandum: ꝙ non voluat se ꝛc. Sic vt expedit. Ideo dicit scriptura de sancto Tobia ⁊ vxore, Accesserunt ad coniugium sed cum timore domini. nuptiarum conuiuium exercebant. Tob. 9.

¶ Scḋm gaudiū de principalibus. fuit in natiuitate christi in qua habuit maximum gaudium propter multa. Primo modo q2 hora partus sensit maximas consolationes ⁊ dulcedines spūales. Scḋo quia peperit sine dolore sicut sine corruptione cōceperat. Nescieus mater virgo virum: peperit sine dolore sal. seculorum. Tertio q2 vidit noctem illuminari. ps. Et nox sicut dies illuminabitur: ⁊ sicut tenebre eius ita ⁊ lumē eius. Quarto q2 audiuit angelos cantātes Gloria in excelsis deo ꝛc. Quinto ꝓpterea quia vidit filium adorari a bestijs in presepio ⁊ a pastoribus ꝛc. Sexto quia impetrauit loc diuinitus. Septimo quia venerunt pastores adorantes ꝛc. Octauo quia corpus christi refulsit sicut sol. O qualis ⁊ ꝙ̄tum gaudium. De ista leticia ꝓphetauerat Isa. vi. Letabitur deserta ⁊ inuia: exultabit solitudo ⁊ florebit quasi lilium germinans germinabit ⁊ exultabit letabūda ⁊ laudans Isa. 35. Uirgo maria dicitur deserta propter asperitatem vite. Et inuia

quia virgo: solitudo quis semper volebat e se solitaria. Patet gaudiū .n. Sed ecce tristicia: q̄a in octaua die circuncisus est puer in qua virgo tristabatur dupliciter. Tū propter penam christi propter effusionem sanguinis qui tūc fiebat. Tum q2 illa circuncisio figurabat passionem christi futurā quā ipsa sciebat ⁊ recordans flebat ⁊ tristabat. Et poterat dicere. Sponsus sanguinum tu mihi es. Exo. 4. Moraliter quando vobis nascitur filius ⁊ letamini misceatis sal timoris dicendo Quid scio ego si erit iste suspensus ⁊c̄. vel damnādus in inferno: Ideo docreatis eos dum tenelli sunt ⁊c̄. quia postq̄ indurantur non possunt flecti ⁊c̄. Hic cōtra parentes qui curant pascere filios cibo corporali non spirituali ⁊c̄. Ideo dicit scriptura. Ne iocunderis in filijs impijs si multiplicentur: ⁊ non oblecteris super ipsos si nō est timor dei cum illis. Et sequitur. Melior est vnus timens deū q̄ mille filij impij. Et vtile est mori sine filijs q̄ relinquere filios impios. Eccli. ⁊c̄.

¶ Tertium gaudium fuit in die epiphanie quando venerunt tres reges ab oriēte ⁊c̄. Hic pratice ⁊c̄. prout habetur in festo epiphanie. De isto gaudio ꝓphetauerat Isa. loquens virgini ⁊ dicens. Tunc videbis ⁊ affluens ⁊ admirabit ⁊ dilatabitur cor tuū quando conuersa fuerit ad te multitudo maris. i. infidelitatis fortitudo gētiū venerit tibi ⁊c̄. Isa 60. Sed ecce statim sequitur falsa doloris ⁊ tristicie: quia herodes q̄rebat occidere puerum ⁊c̄. Tunc angelus apparuit in somnis Joseph ⁊c̄. Hic pratice hystoriam. Tunc virgo habuit magnam tristiciam. Primo ex timore filij. Scdo ex fuga quia de nocte. Tertio quia ad egyptum que erat terra in idolum ⁊c̄. Vide supra. Et ibi stetit septem annis exul. ⁊c̄. Moraliter leticia virginis venit per reges. Et sic etiam tristicia venit sibi per regem. s. herodem. Sic si aliquis letatur de amicitia alicuius regis vel dñi misceerit salsam timoris ne ab ipso occidatur vel expellatur quia cōmuniter talibus sic accidit: vt patet d̄ magno Siniscalco neapoli ⁊c̄. Hic si placet. Da exemplum de equitante in leone: quia licet ipse ab alijs timeretur tamen debet ipse etiam timere ne leo eum interficiat. Et ideo debet timere maxime talis homo offēdere deum: quia cor regis in manu domini ⁊ quocunq; voluerit inclinabit illud Prou. 21 Ideo Dauid. Nolite confidere in principibus: in filijs in qui. non est salus ⁊c̄.

¶ Quartum gaudium fuit de gloriosa filij resurrectione qui primo sibi apparuit vt dicit Ambrosius in libro de virginibus. Nota practicam resurrectionis prout habetur in die pasce. Et quomodo premissus est a Christo Gabriel qui in nocte resurrectiōis salutauit virginem. Et salutatio ista fuit reuelata Gregorio. s. Regina celi letare alla. quia quem meruisti portare alla. resurrexit sicut dixit alla. Gregorius vero addidit. Ora pro nobis deum alla. Cogitate quale gaudium habuit virgo videns christum resurrexisse ⁊c̄. Poterat dicere. Gaudens gaudebo in domino ⁊ exultabit anima mea in deo meo: quia induit me ⁊c̄. Isa. 61. Sed ecce salsa tristicie quam habuit virgo ex incredulitate ⁊ duricia apostolorum ⁊c̄. Ideo Mar. vltimo. Recumbentibus. xi. discipulis apparuit illis Jesus: ⁊ exprobrauit incredulitatem illorum ⁊ duritiaȝ cordis: quia hijs qui viderant. s. virgini Marie ⁊ Magdalene: eum resurrexisse a mor. non crediderant. Moraliter sic quilibet qui est letus de se putans se bene esse cum deo. tamen tristetur de perditione proximi ⁊ oret pro eo ⁊ moneat eum ⁊c̄. Verbi gratia. Si vir sit malus ⁊ vxor bona vel econuerso. Saluabitur enim vir infidelis per mulierem fidelem ⁊c̄. i. Cor. 7. Hic vt expedit ⁊c̄.

¶ Quintum gaudium fuit in die ascensionis christi ⁊c̄. Hic practicam ⁊c̄. Unde dicit Lucas de virgine ⁊ apostolis q̄ postq̄ christus recessit ab eis ⁊ ferebatur in celum ipsi adorantes regressi sunt in Jerusalem cum gaudio magno Luc̄. vltimo. Sed statim sequitur dolor ⁊ tristicia: quia post christi ascensionem virgo Maria vixit 12. annis vel s̄m aliquos. 24. Et visitabat loca vbi christus natus fuerat. presentatus. vbi ieiunauerat. vbi passus ⁊c̄. Et cogitans q̄ de cetero ipsum non videret ipsum in hac vita: valde tristabatur propter intentissimum amorem quem gerebat in eum ⁊c̄. quia

Spes que differt affligit animam. Moraliter sic etiam debemus ⁊ nos desiderare paradisum ꝛc. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Sic etiã faciebat Paulus di. Cupio dissolui ⁊ esse cum christo ꝛc.

¶ Sextum gaudium fuit in die penthecostes: quando virgo cum Apostolis recepit spiritum sanctum Die precticam ꝛc. Cogitate gaudium quia sancti homines recipiẽtes vnam guttam spiritus sancti tanto gaudio replentur: ꝙ inebriati seipsos capere nõ possunt. sicut patet in Petro quando vidit christum transfiguratum Mat. 18. Quantum ergo gaudium fuit virginis quando illa die plenitudine spiritus sancti repleta fuit. ps. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. i. virginem Mariam. Sed statim sequitur falsa tristicie: quia post missionem spiritus sancti apostoli ceperunt predicare ⁊ statim persecutionem passi sunt: vt patet Act. 4. Et venit nuncius ad virginem ꝙ Petrus ⁊ Jo. erant capti ab herode qui volebat eos occidere. Alius venit di. ꝙ omnes Apostoli erant capti. Alius nunciauit ꝙ Stephanus qui erat prior seu prepositus mulierum fuit lapidatus. Item alius ꝙ beatus Jacobus nepos beate virginis erat interfectus: ecce tristicia. Ideo Christus. Amen dico vobis quia plorabitis ⁊ flebitis vos: mundus autem gaudebit vos autem contristabimini ꝛc. Joan. 16. Moraliter sicut virgo ⁊ Apostoli post receptionem spiritus sancti persecutionem passi sunt: sic hodie illi qui recipiunt spiritum sanctum per penitentiam ꝛc. Mundani homines nõ patiuntur persecutionem nec detractionem. Quoniam laudatur peccator in desiderijs anime sue ⁊ iniquus benedicitur. ps. 9. Sed boni homines sic. Verbi gratia. Si religiosus qui male viuebat conuertitur ꝛc. vel aliquis ad penitentiam. vel aliquis ingreditur religionem: statim dicunt O ecce hypocrita. gabadeo ꝛc. Ideo Apostolus. Omnes qui pie viuere volunt in Christo Jesu persecutionem patiantur. s. linguarum vel tentationum vel infirmitatum. 2. Thi. 3.

¶ Septimum gaudium fuit in sua benedicta assumptione: non quando anima fuit assumpta in celum: quia tunc recepit gaudium impermixtum tristicia alterius mundi non istius: sed quando christus misit sibi angelum Gabrielem dicentem sibi ꝙ post triduum assumenda erat ꝛc. multum gauisa est virgo ꝛc. De isto gaudio promisso dixit virgo filio suo. Factum est mihi verbum tuum in gaudium ⁊ in leticiam cordis mei Jere. 15. Sed ecce dolor ⁊ tristicia ex compassione Apostolorum ⁊ virginum ⁊ fidelium christianorum: quos dimittebat in tantis tribulationibus. inter iudeos ⁊ paganos. qui etiaꝫ flebant de morte virginis ꝛc. Et virgo flebat cum eis ⁊ poterat dicere virgo. Flebam condam super eo qui afflictus erat ⁊ compatiebatur anima mea pauperi Job. 30. Moraliter instruimur hic vt habeamus compassionem cum proximis. Justus de peccatore. sanus de infirmo. diues de paupere. iuuenis de sene ꝛc. cogitando ꝙ sic posset ipse esse ꝛc. ⁊ sic faciendo tenebimus consiliũ scripture di. Omnes vnanimes in oratione estote: compatientes fraternitatis amatores ꝛc. 1. Pet. 3.

Deo gratias. Amen.

¶ In festo exaltationis sancte crucis. Sermo vnus.



Factus est pro nobis obe. vsqꝫ ad mortem mor. autem crucis Phil. 2. Bis in anno sancta mater ecclesia facit festum de cruce Primo in mense Mai de inuentione: ⁊ hodie de exaltatione. Ratio quia postq̃ crux fuit inuenta ab Helena venit in posse infidelium qui despectiue tenebant eam: sed Eraclius imperator christianissimus extraxit eam de manu infidelium ꝛc. Pro declaratiõe nota ꝙ licet christus habuerit alios modos moriendi ⁊ saluandi seu redimendi humanum genus. tamen elegit ipsum redimere per mortem crucis. Ratio quia satisfactio pene debet correspondere culpe quantum ad quantitatem ⁊ qualitatem. De quantitate habetur Deut. 25. Juxta mensuram delicti erit ⁊ plagarum modus.

Ideo de vno peccato mortali dꝫ fieri satisfactio septēnis 22. q. i. Predicandum: q2 se ptē dona sp̄us sctī violauit peccans ⁊c̄. Si adt nō fiet hic satisfactio ſm quantitatē: fiet in purgatorio vel in inferno: iuxta illō Apo. 18. Quātū glorificauit se ⁊ in delitijs fuit: tantū date illi tormētum ⁊ luctū. Ratione huius assignat Io an. in Cle. vna: de summa trinitate ⁊ fide ca. sup verbo Crucis: vbi sic dicit. Inter alias fuit quadruplex cā quare xp̄s morte crucis elegit. Primo vt in illa pendens in aere se inter deum ⁊ hoīem mediatorē ostenderet. ⁊ sic nota. i. Tim. 2. Et. r. di. Om̄. Scd̄o vt dāna q̄ obuenerant per lignū primis parentibus vetitū: per lignū crucis restauraret. Tertio vt diabolū qui per lignū vincebat superaret p lignū: ⁊ hec dns Greg. exprimit in prefatione de cruce. Qui salutē humani gen. ⁊c̄. De quo de ɔse. di. i. Inuenimus. Et infra. de reliqui. ⁊ ve. sanc. Si dñm. Item ecclesia in hymno. Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat ⁊c̄. Quarto vt euidenter ostēderet p quibus restaurandis patiebat. s. p superis angelor ruinis replendis. pro iustis de lymbo educendis. pro amicis colligendis ⁊ adiuuandis. pro inimicis reconciliandis. Primū designat p brachium superius. Scd̄m p inferius. Tertiū p dextrū. Quartū p sinistrū. Fert etiā crux quattuor lignor genera habuisse. s. cedrum in stipite. palmam in palo p longū. cypressum in ligno ex transuerso. oliuam in tabula super crucem loco quarti brachij. Et datur vsus. Ligna crucis cedrus. palma. cypressus oliua. Et qdo ppͥetates lignor bene ɔueniant instant theologi qd omitto Ioā. an. Item debet correspondere in qualitate. Verbi gratia: si corde peccauit quis: corde doleat p ɔtritionem. Si ore p orationem ⁊ ɔfessionem. Si oculis p lachrymationē. Si opere sanguinē effundendo effundat sanguinē suum p disciplinas. Ideo Gen. 9. Quicūq effuderit humanū sanguinē: effundet sanguis illius. Si corpore p carnalitatē ⁊ delectationes affligat carnē p cilitia ⁊ ieiunia. Ideo dicit scriptura. Per que quis peccauit: p hec ⁊ torquetur Sap. xi. Et xp̄s Lu. 3. Facite fructus dignos penitētie. Fruct⁹ digni pnie sunt qñ satisfactio correspōdet offense. Modo ad ppositū: culpa ppt quā genus humanū pditionem incurrit: fuit furtum fructus arboris sciētie boni ⁊ mali: vt pꝫ Gen. 3. Ideo voluit deus vt ille fructus restitueretur: q2 peccatū nō dimittitur nisi restituat ablatum: vt in regula Peccatū lib. 6. Et in decretis. 14. q. 6. Si res. Quia autē nullus homo purus potuit restituere ⁊c̄. Ideo xp̄s filius dei restituere voluit. Tamen nō restituit fructū arboris: qñ ipse xp̄s q est de quo dicit virgini benedictus fructus ventris tui: pependit in arbore crucis. Dicunt hystorie grecor q lignū crucis fuit de illa arbore de qua Adam recepit fructū. Ideo qñ xp̄s fuit in cruce. fructus tunc fuit arbori restitutus. Alius. i. Adam fecit fructum ⁊ xp̄s soluit penā. Ideo Dauid in psona xp̄i dicit. Confortati sunt qui persecuti sunt inimici mei iniuste: que nō rapui ⁊c̄. Nota q hic tangunt duo. s. Primo intentio mala iudeor qui nō intendebāt satisfactionē sed xp̄i psecutionē. Ideo dicit. Cōfortati sunt ⁊c̄. Scd̄o intentionē xp̄i ad satisfaciendū dum dicit: que nō rapui ⁊c̄. Pꝫ ergo ɔclusio ⁊c̄. Hoc tangit ecclesia in pfatione de cruce di. Qui salutem humani generis in ligno cru. ɔstituisti: vt vnde mors oriebat. inde vita resurgeret. Et qui p lignū vincebat p lignū quoq vinceret p christū dñm nostrū. Patet ergo quare mortē crucis elegit xp̄s. Ideo dicit thema. Factus ē obediens ⁊c̄. Patet thema. Nota q quinq vicibus fuit xp̄s in periculo moriendi ⁊c̄. nunq̄ā mortē voluit acceptare nisi mortem crucis. Ideo dicit thema his mortē ⁊c̄. Vide istum sermonē supra de inuētione crucis per totum. preter id qd ponit in pte. 5.

¶ Quinto fuit in periculo moriendi crucificatus: ⁊ istam mortē elegit. Ratio autem quare istā mortē crucis xp̄s elegit duplex. Una est litteralis ⁊ hec fuit dicta supra in introductione sermonis. Alia ratio est moralis. Nam alie mortes quas xp̄s fugit significant malas mortes quas debemus fugere: sed ista mors crucis significat bonā mortem quā debemus amplecti si volumus vitam eternam ɔsequi. que mors est penitentia. Penitentiā agite appro. enim reg. celorum Mat. 4. Dolor enim inextimabilis xp̄i in cruce pendentis: significat dolorem con-

tritionis. Inclinatio capitis significat confessionem: que debet fieri capite inclinato et cum verecundia etc. Hic contra illos qui stant capite erecto facie ad faciem presertim mulieres etc. Manus dextera perforata significat quod de bono iusto debet facere elemosynas. Sinistra vero ad restituendum usuras et cetera male ablata. Duo pedes clauati significant duo quibus ambulamus ad deum. Pes dexter est oratio specialis: iste pes clauatur deuotione. Pes sinister est cibus corporalis: iste clauatur abstinentia. Apertio lateris significat apertionem cordis ad remittendum iniurias et parcendum inimicis: et sic peccatum moritur in te vel tu moreris peccato. Ideo Apostolus. Qui christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis Gal. 5. Nec potest aliquis christum sequi nisi per istam crucem. Ideo dicit christus. Qui non baiulat sibi crucem a cruciando: ecce penitentia: et venit post me non potest meus esse discipulus. Et Mat. 16. Qui vult venire post me abneget semetipsum: et tollat crucem suam et sequatur me. Qui autem istam crucem accipit vitam eternam acquirit. Auctoritas. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius etc. Ecce quare dicit thema. Factus est. scilicet christus pro nobis. id est pro nostra redemptione et morali instructione. Obediens usque ad mortem: non gladii, non precipitii, non lapidationis, non potationis, sed mortem crucis. Deo gratias. Amen.

¶ In festo sancti Matthei apostoli et euangeliste. Sermo primus.



On veni vocare iustos sed peccatores Mat. 9. Beatus Mattheus est apostolus euangelista et martyr. Et ideo hodie est magnum festum quia de quolibet istorum fit festum etc. Dubitatio est in themate quia cum christus magis diligat bonos quam malos: iuxta illud Prouer. 15. Abhominatio est domino vita impii: qui sequitur iustitiam diligitur ab eo. Item ps. Odisti omnes qui operantur iniquitatem: quare dicit. Non veni vocare iustos sed pec. etc. Preterea et 2°: contra quia christus vocauit Nathanael Petrum, Andream, Joannem, et alios iustos. Respondeo ad primum argumentum ut hic dicitur. Ad secundum vero quod hic loquitur de vocatione ad penitentiam iniustos vero vocat ad proficiendum. Ideo verbum propositum indiget declaratione et sic declarando intrabo materiam predicandam. Pro declaratione ergo nota quod inter iustos et bonos homines ex una parte et malos et peccatores ex altera est ista differentia: quia iustus et bonus est apud deum et econuerso magis quam aliquid aliud: ita quod nec vestis nec camisia nec pellis propria est propinquior homini quam deus. Est enim propinquus intellectui per fidei et agendorum illuminationem: sicut lumen aeri etc. Ita quod non dimittit ibi tenebram aliquam errorum nec falsarum opinionum quia unctio docet eum omnia: adeo quod iusti non solum dicuntur illuminati sed lux quo ad se et etiam quo ad alios illuminandos. Auctoritas. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino Ephe. 5. Et Mat. 5. Vos estis lux mundi. Item est prope voluntatem per dilectionem charitatis: sicut ignis ferro ignito etc. Deus charitas est et qui manet in charitate in deo manet et deus in eo Jo. 4. Item est prope memoriam per beneficiorum recordationem. Item prope corpus per vite honeste conuersationem: sicut color in panno colorato etc. In auribus. in oculis etc. ps. Prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear. Item in ore per orationem. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum etc. ps. 144. Item ps. Verum tamen prope timentes eum salutare ipsius etc. In gula per abstinentiam etc. Ideo Jere. 14. Tu in nobis es domine et nomen sanctum tuum inuocatum est super nos etc. Sed per oppositum persona iniusta et peccatrix est longe a deo omnibus dictis modis etc. longe dico non distantia locali quia si distaret a deo quantum est inclusio gladii statim omnis creatura deficeret. Propter hoc dicunt doc. quod deus est in omnibus creaturis per essentiam, presentiam, et potentiam, sed dicitur differre differentia formali: sicut pannus optimus distat a pano rudi etc. Ideo Prouer. 15. Longe est ab impiis deus. Et ps. Longe a peccatoribus salus. id est Jesus. Ratio quia iustificationes non exquisierunt. Patet conclusio. Ideo de filio prodigo dicitur

q abijt in regionem longinq̃ Luc. 15. Nec est defectus ex parte dei sed peccatoris: sicut quando quis recedit a terra cum navi ⁊c. Ideo rationabiliter predicatores clamant fortiter vocantes peccatores quia sunt longe remoti a deo in regione dissimilitudinis. Id Isa. 58. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam: ⁊ annuntia populo meo scelera eorum ⁊ domui Jacob peccata eorū. In quo autem consistit differentia formalis inter deum ⁊ peccatorem declarandū est sic: quia deus est potēs. peccator vero impotēs quia pmittit se vinci a carne ⁊ ab alijs hostibus spūalibus. Item deus sapiens: peccator insipiens ⁊ stultus Prouer. 1. Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt. Item deus bonus: peccator malus. Item deus iustus: peccator iniustus. Item deus mundus peccator imundus ⁊ luxuriosus. Itē deus misericors: peccator vindicatiuus ⁊c. Ideo 2. Cor. 6. Que participatio iusticie cum iniquitate? Aut que societas luci ad tenebras? Que autem conuētio xpi ad belial ⁊c.? Modo certum est q quando aliquis est ad latus nostrum ipsum non vocamus: sed vocamus illum qui est longe. Fiat ergo ratio. Illi qui sunt prope non vocantur sed qui sunt longe: sed iusti sunt prope deum: peccatores sunt longe. ergo deus siue xps nō vocat iustos sed peccatores. Et hoc est quod dicit thema. Non veni vocare ⁊c. Patet thema. Modo appropriando istud thema generale beato Matheo inuenio q ipse ante suam conuersionem erat longe a deo: quia erat iniustus ⁊ magnus peccator: ideo fuit vocatus a deo dicente: Veni sequere me. Circa eius autem vocationem quattuor sunt declaranda. Vel dic q huius vocationis qua Christus vocauit Matheum fuit quadruplex effectus.

¶ Primo sua vocatio als cōuersio gratiosa.

¶ Scdo sua inuitatio fructuosa.

¶ Tertio sua operatio virtuosa.

¶ Quarto sua perfectio gloriosa.

¶ Quantū ad primum dico q sua vocatio fuit gratiosa. Quesiui qd officium habuit Matheus i hoc mūdo ante vocationē suā. Et inueni q habuit tria officia mala. s. officium periculosum. officium criminosum. ⁊ officium odiosum. Officium periculosum erat officiū feneratoris qa in ciuitate Capharnaum que est maritima tenebat tabulam de cambio quod est periculosuз ut dic ⁊c. Qui tāgit picem inquinabitur ab ea Eccli. 13. Pix dicitur moneta. Ratio qr multas nigredines dimittit ⁊c. in cuius signum siue sit aurea siue argentea siue erea semper dimittit nigredines in manu: quia raro est q feneratores nō cōmittant vel sint dispositi cōmittere fraudes. Vide. 88. Eiciens dñs vēdentes ⁊ ementes de templo significauit: qr mercator nunq̃ potest deo placere ⁊c. ⁊ est dictum Chriso. super Mat. Ad idem facit dictum Greg. de pe. di. 6. Falsas. Scdm officium erat criminosum qr vsurarius erat sic enim dicit Beda di. q post conuersionez distribuit propria qui rapere solebat aliena. s. per vsuram. Dicatur practice ⁊c. ⁊ de speciebus vsure ⁊ quomodo hoc est contra naturam: quia videmus q creature insensibiles colocāt sua ⁊c. sicut sol. luna. stelle. ignis aer. aqua. terra ⁊c. Tertium officiū erat odiosum quia erat duanerius seu publicanus colligens gabellas ⁊ iura imperatoris: qr ex hoc tales incurrunt odium multoruз eo q vltra debitū exigunt qńq; ⁊ fraudāt ⁊c. Ideo Jo. bap. dicebat publicanis. Nihil aliud nisi quod constitutum est vobis faciatis Luc. 3. Ex hijs tribus officijs beās Matheus distabat a deo per tres magnas distās. Sed audiuit vocationē eius ⁊ fuit sextus: quia christus iam habebat alios quinq; s. Philippum sicut habetur Jo. 1. Petrum ⁊ Andream. Jacobum ⁊ Joannem Mat. 4. Cum xps trāsiret per mare galilee ⁊ beatus Matheus sederet ad mensam cambij inuolupatus negocijs mundanis ⁊c. adeo q nihil cogitabat de deo nec de aīa sua ⁊c. Et xps vidit ⁊ attente respexit eum oculis misericordie quibus respexit ⁊ Petrū qui egressus foras fleuit amare Mat. 26. Et Luc. 22. Tūc beatus Mat. eleuatis oculis videns christum non cognoscebat: sed tanta erat reuerentia ⁊ maiestas sue sanctitatis q admirando respiciebat eum ⁊c. Ad quem xps. Veni sequere me. Statim secutus est eum relicta mensa. Et Luc. 5. Et surgens relictis oibus secutus est eum. Si enī in ambra est virtus trahendi paleas ⁊ in

magnete ferrum: ꝗto magis erat virtus tra
hendi in christo qui est dñs creaturarum:
Cogitare ꝙ christus dixit sibi. Unde redde
rationem ꝛc. ꝛ restitue vsuras: q2 nullus pos
set sequi christum nisi cum peniteat vite ve
teris ꝛ restituat ablata: vt dicit Aug. ꝺ ꝯse.
di. 4. Omnis ꝗuis nõ requiratur in bapti
zando penitentia interior: formata que dici
tur contritio. nec exterior. s. confessio ꝺ ꝯse.
di. 4. Sine penitentia Et Ro. xi. Sine pe
nitentia enim sunt dona ꝛ vocatio dei Glo.
tamen dicit ꝙ rõnes vectigalium imperfe
ctas reliquit ꝛc. Puto etiam ꝙ fecit preco
nizari si quis deberet re. ipere. Iste est mo
dus restituendi vsuras manifestas: secus
de secretis: quia secrete ꝛc. Non dimittitur
peccatum nisi restituatur ablatum. Non de
cipiamini: ego dimittam in testamento. No
ta contra illos qui timore diminutiõis sta
tus vel paupertatis filiorum ꝛc. Ps. Iunior
fui etenim senui ꝛ non vidi iustum derelictũ
nec semen eius querens panem ꝛc.

¶ Quantum ad scdm dicatur quomodo
de bono iusto quod remanserat sibi fecit cõ
uiuium dño: de quo habetur Luc. 5. Et erat
ibi turba multa publicanorum ꝛ aliorum ꝛc.
Intentio beati Mathei erat vt illi conuer
terentur a xpo: vt dicit Hierony. sicut ꝛ ip
se conuersus est. Christus autem sedebat in
ter eos ꝛ fuit impleta ꝓphia Can. 2. Sicut
malus inter ligna siluarum. s. infructuosa: sic
dilectus meus inter filios: ꝛ creditur ꝙ om
nes illi fuerant conuersi tanta erat vis ꝛ
dulcedo in sermone christi ꝛ verbis que in
mensa loquebatur ꝛc. Videntes autẽ phar
isei inflati ꝛ inuidi dixerunt discipulis xpi.
Quare cum publicanis ꝛ pecca. mandu. ꝛ
bi. magister vester: Ac si dicerent. Hic pa
tet qualis ipse est ꝛc. Rñdit xpo. Non est
opus. i. inopus vel operosus valentibus. i.
sanis. Et hoc verum ꝗtum ad collationem
sanitatis: sed tamen ad conseruationem be
ne est necessarius: sed male habentibus. Il
le erat infirmus per superbiam: modo per
medicinam humilitatis sanatus est. Et ille
per auaritiam ꝛc. ꝛ sic de aliis. Augu. Ma
gnus de celo venit ad nos medicus: qa ma
gnus per totum mundum iacebat egrotus.
Tunc dixit christus. Non veni vocare iu

stos ꝛc. Et iudei confusi recesserant. Hic ha
betis exemplum ꝙ vnusqsqꝫ debet curam
gerere de salute proximorum: sicut vir de
vxore ꝛ econuerso. i. Cor. 7. Saluabitur vir
infidelis per mulierem fidelem ꝛc. Item do
minus de seruis ꝛ ancillis: vt vadant ad
missas. confiteantur ꝛc. Si quis suorum ꝛ
maxime domesticorum curam non habent: fi
dem negauit ꝛ est infideli deterior. i. Tim. 5.
Ideo de quolibet proximo: quia mandauit
deus vnicuiqꝫ de proximo suo Eccli. 17. Et
Apoc. vltimo. Qui audit dicat veni.

¶ Quantum ad tertium. s. de operatione
virtuosa ꝛc. Dicatur quomodo post christi
ascensionem ꝛ spiritus sancti missione apo
stoli diuiserant sibi mundum: vnus ꝛc. Ma
theus iuit in ethiopiam predicando. cõuer
tendo. miracula faciendo ꝛc. Item nota hic
quomodo scripsit euangelium quod fuit so
lemne valde propter tria. Primo quia
habuit abbreuiatorem Marcum. Rationẽ
dic per Hieronymum ꝛc. Scdo quia fu
it a Barnaba in magna reuerentia habitum
vt legitur in legenda eius. Tertio quia
est ab ecclesia valde approbatum: quia ec
clesia frequenter recitat euangelia Mathei
epistas Pauli ꝛ. Ps. Dauid. Et hoc ne aliqs
desperet ex quocunqꝫ genere peccatorum.
Omne enim peccatum aut committitur ex
infirmitate humana ꝛ sic peccauit Mathe⁹
pecunia enim augere ex humana procedit
infirmitate. Aut ex ignorantia ꝛ hoc modo
peccauit paulus. i. Tim. i. Ignorãs feci ꝛc.
Aut ex malicia ꝛ sic Dauid. Itẽ omne pec
catum aut procedit ex concupiscentia car
nis ꝛ hoc modo peccauit Dauid. Aut ex cõ
cupiscentia oculorum ꝛ sic peccauit Ma
theus. Aut ex superbia vite ꝛ sic Paulus
Et ideo quando tu luxuriose ꝛc. Dic practi
ce ꝛc. Dic miraculum quod fecit de suscita
tione filii regis mortui vsqꝫ ad conuersio
nem regis inclusiue. Nota ꝙ quadruplex
fuit operatio virtuosa Mat. s. in virtuose vi
uendo. Scdo in predicando. Tertio in
miracula faciendo. Quarto in euange
lium scribendo. Et nota quare apostoli con
uertebant mundum ꝙ non fit modo per ꝓ
predicatores. Vide supra sermone. ꝛc. par
te secunda ꝛc.

¶ Quartu͂ ad quartu͂ sua perfectio gloriosa: q᷑ fuit martyrizatus. Dicat᷑ eius martyrium ⁊ incipe narrare a successore regis de sancti ⁊c. postea si videt᷑ dic aliqd͂ ꝯ violatores monialiu͂ ⁊c. q̄ꝛu͂ peccatu͂ est plus ꝙ si aliqs ꝓiceret sepulchru͂ xp̄i in lutum. vel in ignem. vel in cloaca͂ ⁊c. Deo gr̄as. amē.

¶ In festo sanctoꝝ Martyru͂ Cosme ⁊ Damiani. Sermo vnus.



Reddet deus mercedem laboꝝ sanctoꝝ suoꝝ. Sap. 10. Omnis labor optat premium. Luc. 10. Dignus ē operarius mercede sua. Et q᷑ gloriosi martyres Cosmas ⁊ Damianus valde laborauerunt ꝓp̄t deu͂ ⁊ ꝓximos: ideo meruerunt mercedē. Ideo de eo dicit thema. Reddidit ⁊c. mercedē. s. vitam beata͂. Salutet᷑ virgo ⁊c. Pro introductione sermonis est notandu͂: ꝙ sit q̄ͦ in sacra theologia vtru͂ gloria vite eterne det᷑ homi virtuoso ex gratia an ex iustitia: Et dubium est ꝓpter diuersas auctes scripture sacre que vident᷑ primo facie inter se inuicem aduersari. Naꝫ primo ꝙ det᷑ ex gratia ⁊ misericordia dei videt᷑ ꝓbari Ro. 6. Gratia dei vita eterna. Item Titu͂. 3. Non ex opib⁹ iustitie que fecimus nos: sed ꝯm sua͂ mise. sal. nos fe. p lauacrū rege. ⁊ reno. spi. s. quē effu. in nobis ha. p iesuꝫ xp̄m sal. nostrum. Econtra p iustitiam. 2. Tim. 4. Bonu͂ certamen certaui. cursum cō. fidē ser. in reliquo reposita est mihi corona iustitie ⁊c. Ad idē Ro. 4. Ei aūt ꝙ operatur merces nō imputat᷑ ꝯm gratia͂ sed ꝯm debitu͂. Ad idē facit parabola dn̄i de cultoribus vinee conductis a patrefami. ex denario diurno Mat. 20. Fiat ratio sic. Qd͂ datur ex ꝯuentione ⁊ ꝓmissiōe: dat᷑ ex iustitia ad qua͂ pertinet ius sua͂ vnicuiqꝫ tribuere. Sed denarius diurnus p quē signat᷑ vita eterna datur ex ꝯuētione: vt ꝓbatur in parabola illa ergo ⁊c. Pro declaratione ergo ⁊ solutione est notandu͂: ꝙ opera nostra bona possunt dupliciter ꝯsiderari ꝯm ꝙ ꝓcedunt a duob⁹ pn̄cipijs. Procedunt enim a principio creato ⁊ increato. Principiu͂ creatu͂ est libertas arbitrij. Increatum vero est spūs sanctus. Vide infra in ꝯmo. beati Luce qui incipit Dignus ⁊c. in introitu versu. Scđo. Si ergo consideret᷑ opus bonu͂ put ꝓcedit a libertate arbitrij: tunc nō pōt homo mereri p iustitia͂ vitam eterna͂. Ratio q᷑ iustitia importat equalitatē qua͂dam inter meritu͂ et premiu͂. Certum est aūt ꝙ infinita inequalitas est inter opa nostra ⁊ vitam eternaꝫ: q᷑ opa ipsa finita sunt ⁊ virtus operantis etia͂ finita. Vita aūt eterna est infinita: m᷑ ratione obiecti participati qd͂ est deus. tum rōne durationis. ⁊ ideo est ꝯ oēm ꝓportionem humane operationis. 1. Cor. 2. Qd͂ oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs as. que p. deus diligentibus se. Et ideo nulla iustitia suadet vt talibus opibus temporalibus detur premiu͂ eternum. Iō aplūs Ro. 8. Nō sunt cōdigne passiones huius tēpo. ad fu. glo. que re. in nobis. Hec ergo ꝯsiderō ratione dat᷑ vita eterna p gratia͂ ⁊ misericordia͂ dei: ⁊ sic loquunt᷑ auctes primo allate. Sed si ꝯsideret᷑ opus bonu͂ put ꝓcedit a spū scō mouente: tunc debet᷑ premiu͂ infinitu͂ ex iustitia: q᷑ sic opa nostra hn̄t infinitatē qua͂da͂ respectu pn̄cipij increati mouentis. Io. 4. Aq͂ qua͂ ego dabo: fiet ei fōs aq͂ sal. in vita͂ eterna͂. Vide infra ⁊c. Quia igit᷑ bti Cos. ⁊ Dam. moti fuerunt a spū scō ad laborandu͂: idcirco ex debito iustitie reddidit eis deus mercedē laboꝝ suoꝝ: que ē vita bta͂ vt dicit thema. Eoꝝ ergo exēplo debemus ⁊ nos laborare in virtutibus acquirendis: q᷑ ois alius labor inutilis est ⁊ ꝑditus. Oēs enim labores hoīum mundanoꝝ sunt ꝓpter tres cās. Primo ꝓp̄t diuitias. Scđo ꝓpter delitias. Tertio ꝓpter honores: sed ꝑditi sunt q᷑ de primis laboribus nihil in fine remanet nisi paupertas miserrima. Ps. Dormierunt som. suu͂: ⁊ nihil inuenerunt oēs viri diuitiaꝝ in manibus suis. De delitijs vero nihil remanet nisi fetor et vermis. Job 17. Putredini dixi. Pater meus es: mater mea ⁊ soror mea vermib⁹. Itē Eccli. 10. Cum morietur homo hereditabit serpentes ⁊ bestias ⁊ vermes. Vn̄ Sap. 3. Infelix ⁊ vacua est spes illoꝝ: ⁊ labores sine fructu ⁊ inutilia opera eoꝝ. De honoribus vero nihil remanet nisi cōtēptus ⁊ despectus quo ad animam ⁊ corpus. Ps. Pe-

rūt memorie eorum cum sonitu. Nota versus illos.

Pastor. arator. eques: paui. sciui. superaui.
Capras. rura. hostes: quecumque labore graui.
De capris. de iure sato. deque hoste subacto.
Nec lac nec segetes nec spolia vlla tuli etc.

Igitur ex quo laborare nos oportet Job 5. Auis ad volatū nascitur: et homo ad laborem: ideo conemur vt labores nostri sint fructuosi et vtiles: quod erit quando laborabimus pro virtutibus acquirendis. exēplo istorum sanctorum martyrum. Et quamuis pro omni virtute laborauerant: pro tribus tamen virtutibus acquirendis legitur in legenda maxime laborasse.

¶ Prima est beniuolentia primalis.
¶ Secūda est reuerentia diuinalis.
¶ Tertia est patientia martyrialis.

¶ Pro prima laborauerūt in acquirendo sciētiam medicine qua gratis curarent homines et bestias etc. Nota moraliter. sic legiste. sic aduocati. sic notarii. sic diuites. qui serapinam cōmittunt. Ambro. 47. di. Sicut hi. Non minus est criminis habenti tollere: quam cum possis et abundans sis indigentibus denegare. Esurientium panis est quē tu detines: nudorum indumentum est quod recludis: miserorum redēptio est et absolutio. pecunia quā in terra effodis. Tantorum ergo te scias inuadere bona: quātis posses prestare quod velis. i. velle debes.

¶ Pro secūda. s. Reuerētia diuinali etc. Hoc apparet quando sanctus Damianus ad preces illius matrone nomine Palladia cum adiurantia munus sibi ab ea oblatum accepit. ne nomen dei videretur contēnere. Nota moraliter quanta reuerentia debetur diuino nomini. Hoc nos docet dominus et verbo et exemplo. Verbo quidem Mat. 5. Audistis quia dictum est antiquis. Redde domino iuramēta tua. Ego autē dico vobis: nō iurare omnino: neque per celū quia thronus dei est. neque per terram quia scabellum est pedum eius. Neque per Ierosolymā: quia ciuitas ē magni regis. Neque per caput tuum iuraueris: quia nō potes vnū capillum albū facere aut nigrum. Sit autē sermo vester: est est: nō nō. Habetur in. c. Et si christus: de iureiurando. Exēplo vero docet nos quia nunquam legitur dominum iurasse: sed per aduerbiū affirmatiuū Amen loquebatur: vel bis dicendo Amen: sicut refert solus Ioānes euangelista. Item aliud exēplum in passione coram Cayphas. interrogatus nō respondit: nisi postquam adiuratus fuit a cayphas dicēte. Adiuro te per deū viuū etc. Dic hystoriam. Ideo debemus maximam reuerentiam deferre diuino nomini. Ps. Sanctum et terribile nomen eius. Sanctum bonis: et terribile malis.

¶ Pro tertia etc. de patientia eorum patet in eorum martyrio. Ubi nota quod septem tormenta intulit eis preses. Dic vt in legenda.

Deo gratias. Amen.

De sanctis Angelis.
Sermo primus.



Idete ne cō/tēnatis vnū ex his Mat. 18. Festum hodiernum habet nomē et titulū speciale et habet officiū generale. Nomen et titulus specialis est quia dicitur festū sancti Michaelis. Ratio est quia inter omnes sanctos angelos qui mittuntur in hūc mūdum pro nostra salute principalior est sanctus Michael: nō dico quod sit maior omnibus angelis: hoc verum de maioritate naturali sed fortasse potest dici quod ex dono gratie consecutus fuerit michael maioritatem a deo super omnes angelos bellando cum dracone etc. quia ipse est de tertio ordine. s. principatuū: et habet super se potestates. virtutes. dominationes thronos. cherubin et seraphin. qui non mittuntur ad nos sed solum de tribus ordinibus inferioribus. s. Angelorum ad procurandum bonum personarum particularum. Archangelorum ad procurandū bonum communitatū etc. quia quelibet ciuitas castrum etc. habet vnum in custodiam. De tertio ordine. s. principatuum mittuntur ad procurandū bonum regnorum. prouinciarum. et regionum etc. Et quilibet regnum et prouincia habet vnum etc. De istis michael ē maior. Auctoritas Daniel. 10. Ecce michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum. Propter hoc ergo istud fe/

stum habet nomen et titulum specialē. No
ta ergo q michael est de tercio ordine supe/
rioris prime Jerarchie qui est ordo princi/
patuū. Et idem tenet Tho. in. 2. sent. di. 10.
in fi. super ista vbi etiā dicit q gabriel est
de ordine archangelorū. raphael autē de or/
dine angelorū. sm Tho. ibi. Dixi 2° q ha
bet officiū generale qr sicut de oībus sctis
fit festum generale primo die novēbris: sic
nunc de oībus angelis. Ratio qr licet non
oēs descendant huc ad nos: tn̄ omnes pro
curant nostrā salutē. Auctas. Omnes sunt
administratorij spūs in ministeriū missi p/
pter eos qui hereditatem capiunt salutis
Heb. 1. Nota Administratorij spūs. s. hono
ris in ministerium missi. Diceret aliquis er/
go omnes mittunt. dico q sic sed non oēs
mittuntur ad nos. hoc modo qn deus vult
aliquid revelare primo revelat illud sera/
phinis. et illi cherubinis. et illi thronis etc. et
sic omnes mittunt: sed nō omnes veniunt
ad nos. Cōtra Jsa. 6. Volauit ad me vn⁹
de seraphinis. R° nō erat ille de seraphin
ordine sed dictus est seraphin: qr gerebat
actum illius ordinis. Ecce ratio quare ha/
bet officium generale. Auctas ecclesie. Col/
laudamus venerantes omnes celi milites:
sed precipue primatē celestis exercitus mi/
chaelem in virtute conterentem zabulon. i.
diabolum. Propter hoc dicit thema. Vide/
te ne contēnatis vnum ex his. s. angelis. s.
segregādo ab officio ecclesie: et loquitur xpūs
pape et prelatis et clericis et religiosis. Pa
tet thema. Inueni in scriptura sacra q. vij.
vtilitates habemus a sanctis angelis: ideo
nō est aliquis eorū segregandus ab officio
ecclesie. Diceret aliquis quō angeli procu/
rant nostrā salutē sicut supra dictū est: R°
septē modis infra positis. Vel dic decem mo
dis: vt patet infra in sermo. qui incipit An
gelis suis etc.

Primo per angelos cōtra demones su
mus defensati.

Scdō per angelos in nostris tentationi
bus sumus consiliati.

Tertio per angelos ad veram peniten/
tiam sumus puocati.

Quarto per angelos in fide christiana
sumus confortati.

7. utilitat[es] hem[us] ab Angelis.

Quinto per angelos coram deo sumus
aduocati seu procurati.

Sexto per angelos in celo sumus festi/
uitati.

Septimo per angelos ad gloriā sumus
apportati.

Dico primo etc. Istud est multū nobis
necessariū duplici ratione. Prima qr demo
nes sunt inuisibiles: qr velum carnis nostre
impedit etc. Et ideo difficile est ab ipsis ca
uere. ps. Narrauerūt vt absconderēt laque
os: dixerunt. quis videbit eos? Et alibi. In
via hac qua ambu. abscon. superbi. i. dia/
boli. laqueū mihi. Scda qr maximas insi/
dias nobis inferunt et sunt valde experti:
iam tot milibus annorū exercitati in hac
arte etc. et presertim qr diabolus decepit pri
mos parentes qui erant perfectiores nobis
in scia etc. Ita q continue sunt nobis insidia
tores adeo q in ventre matris occiderent
puerū; nisi angelus datus nobis defende/
ret nos. Nota hic quō ab initio conceptio/
nis cuilibet datus est vnus angelus dia/
bolus ad ipugnandum. Et vnus angelus
bonus ad defendendū: sine quo nihil pos/
sumus cōtra diabolum etc. Hoc autem q
sumus per sanctos angelos defensati. pa/
tet per figuram. exēplum. et auctoritatem.
Exēplum habemus in scriptura. Raphael
ligauit demoniū in deserto etc. Tob. 8. Dic
hystoriam. Item exēplum figurale habes.
4. Re. 6. De helyseo ad quē venerunt armi
geri et exercitus regis syrie ad capiēdū etc.
Nota hystoriam et quomodo dixit ipse he
liseus ministro suo. Noli timere: plures. n.
nobiscum sunt q̄ cum illis etc. Ex quo pa/
tet exemplo q non solum contra hostes in
uisibiles. i. demones: sed etiam visibiles su/
mus ab angelis defensati. Item habemus
de beato Dominico qui ad defensionē fra/
trum vidit plus q̄. cc. angelos preparatos
cōtra ministros diaboli: de quibus fratres
timebant etc. Auctas. Angelis suis de⁹ mā
dauit de te vt custo. te etc. ps. 90. Unde q
Act. 12. Puella nūciante q Petrus ades/
set ad ianuā; dixerūt illi qui in domo erāt.
Angelus eius est etc. Dicit Hierony⁹ supra
illo ps. Angelis suis deus mandauit de
te etc. Magna est dignitas animarū vt vnu/

quecꝫ habeat ab ortu natiuitatis angelū bonum sibi in custodiam delegatum. Patet prima vtilitas ꝛc.

¶ Dico secūdo ꝙ per angelos in nostris temptationibus sumus cōsiliati. Nam qñ aliqs temptatur a diabolo ad faciendū aliqḋ peccatum: statim angelus velocius aquila consulit tibi ꝙ nō facias. non tñ cogit liberum arbitriū. Dices tu: ergo nō audio eum ꝛc. dicatur quod alio modo loquuntur angeli ꝙ̄ homines: qꝛ homines ad aures corporis. sed angelus intus loquitur auribus aīe non corporis: nisi aliquotiens ex miraculo sicut gabriel virgini Marie. Aue gratia plena ꝛc. Itē gabriel Danieli ꝛ raphael Tobie ꝛc. sed regulariter intus in corde loquuntur. Zacharias. Ecce angelus qui loquebatur in me Zacha. i. ꝛ. 2. c. Nota In me. i. intus me. s. imaginationi ꝛc. Verbi gratia. diabolus loquitur imaginationi qñqꝫ tēptans ꝛ di. O si tu posses congregare multas diuitias. si velles mutare. v. pro. xij. ꝛc. sicut talis ꝛ talis ꝛc. Ista est loquutio diaboli. Sed ex aduerso angelus cōsulit di. O caueas qꝛ si esset vsura damnatus eēs ꝛc. Rñdit diabolus loquens imaginationi. O dimittes in testamēto ꝛc. Et bonus replicat: si iuerim ibis ad infernū ꝛc. Sic ponas in practica circa alia peccata luxurie. vindicte ꝛc. Ecce ego mittam angelum meū qui precedat te ꝛ custodiat in via ꝛ obserua eū ꝛ audi vocem eius: nec contēnendū putes. s. peccando ꝛc. Exo. 23. Item Apls. Si linguis hominū loquar ꝛ angelorꝫ ꝛc. dicit Tho. in prima pte. q. 106. ar. i. ad tertium ꝙ lingua angelorꝫ methaphorice dicitur virtus angeli: qua suum conceptū manifestat sine aliquo signo sensibili. Loqui aūt ad alterum: nihil aliud est ꝙ̄ conceptum mentis alteri manifestare ꝛc.

¶ Dico tertio ꝙ p angelos ad verā penitētiam sumus prouocati. Declaro contingit qñqꝫ ꝛ heu sepissime ꝙ homo cōsentit magis diabolo decipienti ꝙ̄ bono angelo consulenti ꝛc. qḋ peius est ꝙ̄ si contēpto rege vel imperatore vxor eius vel famulus adhereret vni ethyopi ꝛc. qꝛ dignior est angelus quocūqꝫ homine. Unde de Ioāne ba. dicit xp̄s. Inter natos mulierꝫ ꝛc. ꝛ tñ subdit. Qui aūt minor est in regno celorꝫ maior est illo Mat. xi. Tamen angelus qui est benignus nō deserit peccantem ꝛc. s. semper licet ad tempus sic: dum. s. homo peccat vt infra dicet i fine huius partis. Auctoritas Precedet te angelus meus. Et infra. Nec contēnendū putes: qꝛ non dimittet cū peccaueris: ꝛ est nomēn in eum in illo Exo. 23. Dicit ergo angelus. O tu via peccasti: quid sentis nunc de illa delectatione: O ꝙ̄ cara tibi cōstitit: qꝛ pro illa perdidisti omnia bona. omnes virtutes: gratiā dei ꝛc. ergo age penitentiam. cōfitere ꝛc. Figura legitur de hoc de helya fugiēte iezabel ꝛc. 3. R. 19. Dic hystoriam. Item figura habetur de petro liberato a carcere per angelum Act. 12. Uide de supra in fmo. ad vincula sancti petri ꝛc. Desertus est presens mundus. i. derelictus ab omni bono. Quicquid enim est in mundo. est concupiscentia carnis. ꝛ concupiscētia oculorum. ꝛ superbia vite. i. Io. 2. Via huius deserti est vita presens que est via in qua aliqui intrant per natiuitatem. aliqui exeunt per mortem. ꝛ aliqui ambulant dum viuunt. Omnes morimur ꝛ quasi aque dilabimur in terram que non reuertuntur. 2. R. 14. Ubi sunt qui fuerunt: ab hinc ad cētum annos sic ꝛ nos erimus ꝛc. Helyas significat peccatorem qui ambulabat p viā: ꝛ ponit se ad dormiendum: quia non cogitat offensam dei nec periculū in quo ē ꝛc. sed ridendo. cantando. tripudiando. vadit ad infernum. Tenent tympanum ꝛ cytharam ꝛ gaudent ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos ꝛ in puncto ad infernū descendunt Job. 21. Et tunc dicitur dormire quo ad vitam spiritualem. Sed angelus primo tangit eum per compūctionem contritionis. Secūdo dicit: surge. s. per confessionem a peccato non expectes infirmitatem ꝛc. Tertio dicit comede per eucharistie cōmunionem in his tribus consistit vera penitentia: ꝛ sic peccator faciēs hec tria ambulat. 40. diebus ꝛ. 40. noctibus. i. per penitentiam que per numerum quadragenarium designatur. vsqꝫ ad montem dei. i. vitam eternam. Pniam agite appro. enim

regnum celoꝝ Mat. 4. Patet ergo quomodo per angelum ꝓuocamur ad pniam. Auctoritas. Reuersus est angelus qui loquebatur in me ⁊ suscitauit me quasi virum qui suscitatur de somno suo Zacha. 4. Nota Reuersus est angelus: q2. s. recesserat ad horam ꝓpter peccatum.

¶ Dico. 4. ⁊c̃. In fide christiana sumus cõfirmati. Ratio. Ea que sunt fidei nõ possũt capi intellectu humano. fides seu scientia iudeoꝝ ⁊ phõꝝ potest bene ostendi per intellectum humanum icõuincibiliter. Verbi gratia. ꝙ sit vnus deus: q2 phi hoc demonstrauerunt. inuisibilia enim dei per ea que facta sunt intel. conspi. ⁊c̃. Ro. 1. Sed ꝙ ille deus vnus in essentia sit trinus in personis hoc non potest intellectus humanus cape. Item ꝙ deus ꝓuideat oĩbus creaturis dãdo cibum ⁊ potum ⁊c̃. potest ratione hũana comprehendi Oculi oĩum in te sperant dñe ⁊c̃. Sed ꝙ ipse deus seipsum det in cibum homini in sacramento eucharistie non potest ꝑcipi intellectu hũano. Et ideo oportet ꝙ iuuetur ab altiori intellectu. s. angelico qui firmat hoĩem ad firmiter credendũ ea que sunt fidei. Sic fecit angelus virgini Marie: que licet crederet angelo tñ querens modum dixit. Quo modo fiet istud ⁊c̃. Et angelus declarans rñdit. Sp̃us sanctus superueniet in te. Et virtus altissimi obũbrabit tibi ⁊c. tunc virgo firmata ⁊ illuminata ab angelo dixit. Ecce ancilla dñi ⁊c. Hoc fuit figuratum in angelo qui habebat libꝝ apertum in manu sua. Apoc. 10. Vidi alterum angelum fortem descendentem de celo. Et infra. Et habebat in manu sua libellum apertum ⁊c. De ista illuminatione auctoritas allegorice. In ipsa nocte ecce angelus dñi astitit ⁊ lumen refulsit in habitaculo Act. 12. Nota in ipsa nocte. s. congregationis nostre obscure. Videmus eñi nũc per speculum in enigmate 1. Cor. 13. Astitit. s. illuminando: ⁊ lumen refulsit in habitaculo. i. intellectu humano ⁊c.

¶ Dico quinto ꝙ per angelos sumus coram deo aduocati in passiuo ⁊c. quia sicut rex dat aduocatum alicui vidue vel ꝑsone miserabili: sic christus nobis dat aduocatum contra diabolum accusantem nos: qui angelus aduocat pro nobis dupliciter. Primo nostra opera bona dño presentando. Scdo tempus ad pniam postulãdo. Primo presentat angelus oratiões nostras deo. ieiunia. elemosynas. peregrinationes. disciplinas ⁊c. Tobie. 12. Quando orabas cũ lachrymis ⁊ sepeliebas mortuos ⁊ derelinquebas prandium: ego obtuli orationem tuam dño. Scdo postulat ꝓ nobis tempus ad pniam ⁊c. Exemplũ de Mieronẏ. quando fuit raptus in iudicium ⁊c. De hoc nota parabolam Luc. 13. De cultore vinee loquente pro ficulnea ⁊c. Vinea est ecclesia Isa. 5. Vinea de sabaoth domus israel est: in qua plantatur ficulnea. i. anima in die baptismi. Primus annus est pueritia in qua deus vult fructus a nobis. s. Pater noster. Aue maria. Credo in deũ ⁊c. Sed non inuenit: quia parentes docent eos cantilenas. Ouidium Virgilium ⁊c. Dic cõtra hoc vt expedit. ⁊ de blasphemiis puerorum: quia etas eorum plena est delitijs: vt in. c. i. De dilec. pue. Exemplum dialog. ⁊c. Item de furtis ⁊c. Scds annus est iuuentus in quo deus vult fructus elemosynarum. ieiunioꝝ. pnie ⁊c. Sed non inuenit fructus ⁊c. imo quandoq3 nec folia. i. nec verba bona ⁊c. Nota contra rixas que fiũt inter iuuenes ⁊c. Tertius annus est senectus ⁊c. non inuenit fructus ⁊c. ⁊ tunc Christus vocat ortolanum. i. angelum custodem di. Succide illam ⁊c. mittatur in igne inferni. At ille rñdit di. Dñe dimitte illam ⁊ hoc anno vsq3 fodiam circa illam ⁊ mittã stercora ⁊c. Fodit quando dat cõpunctiones. mittit stercora quando reducit peccata ad memoriam que fetent. rigat quando ex contrictione funduntur lachryme ⁊c. Si ergo peccator conteritur aduocatio angeli habet effectum salutis: alioquin saltem hunc effectum consequitur ne ad deteriora labatur: ⁊ ad hunc effectum etiam antichristus habebit angelum custodem ⁊c.

¶ Sexta vtilitas: per angelos sumus in celo festinati Luc. 15. Gaudium est angelis in celo super vno peccatore penitentiam agẽte. Qñ. n. peccator dat sibi disciplinas occulte vel orat in abscondito ⁊c. angeli vident ⁊ gaudent ⁊c. De contrario dolent.

Anctas. Ecce videntes clamabunt foris: angeli pacis amare flebant Isa. 33. Videntes .s. peccata nostra. Angeli pacis: qr angeli guerre sunt demones. Flebũt: i. ecstatio illa quã angeli habẽt de peccatis nostris. vocatur fletus.

¶ Septima vtilitas qr p angelos ad gloriã sumus portati. Hoc faciunt angeli tripliciter. Primo viã preparando anteq̃ aia exeat de corpore: qr tũc demones insidiant viris etiã sanctis: vt pz d btõ Martino zc. Immo z xpo in cruce apparuit zc. Etiam pparat sicut famulus precedens dñm zc. Mala. 3. Ecce ego mittam angelũ meum q prepararabit viam ante faciem tuã. Scdo p viam pparatam in celũ baiulando pṕter insidias demonũ: qui sunt in aere: sicut legitur de btõ Antonio zc Anctas. Ecce ego mittã angelũ meuz qui precedat te z custodiat in via: z introducat ad locum quẽ paraui Exo. 23. Tertio animã in celo collocãdo. Anctas Factũ est vt moreretur mendicus z portaret ab angelis in sinuz habrae Luc. 16. Secus si moriẽ impenitens zc. Pz ergo quot vtilitates habemus a sanctis angelis zc. Ideo debemus mane z sero ipsis nos recõmẽdare z orare dicẽdo istos vsus.
Angele q meus es custos pietate superna.
Me tibi cõmissum. serua. defende. guberna.
Deo gratias. Amen.

In festo gloriosissimi sancti Hieronymi presbyteri. Sermo primus.

Inextinguibile est lumen ipsius, Sap. 7. Pro introductione sermonis fac sicut habetur .s. in festo btĩ Nicolai sermo. q incipit Inextinguibile zc. Istud ergo lumen inextinguibile btĩ Hieronymi pducit quinq̃ radios virtutũ nos illustrantes.

¶ Primus est radius sapientie diuinalis.
¶ Scdus est radius patientie virtualis.
¶ Tertius est radius ɔtinentie virginalis.
¶ Quartus ẽ radius obediẽtie generalis.
¶ Quintus ẽ radius perseuerantie finalis.

Primus radius zc. Nota q sapiẽtia est cognitio diuinorũ zc. Nota ergo primo q Hieronym9 genitus de parẽtib9 xpianis pater suus vocabaẽ Eusebius nobilis zc. de oppido Stridonis dalmatie zc. z venit romã z fuit excellens in quattuor linguis .s. latina. greca. hebraica. z chaldaica. Ad hãc aũt sapiẽtie acqñtionẽ p diuina flagella puenit. Nã cũ fis iuuenis sepius delectabaẽ in libris gentiliũ. De nocte legens Platonẽ. de die vero Ciceronẽ: z si quãdo pphãs legebat horrebat fmo incultus zc. Hic quõ raptus in spũ fuit verberatus zc. Iõ postmodũ fuit repletus mirabili sapiẽtia. Ideo de eo cantat sctã mater eccl'a. E preaui z z atus est mihi sensus: z inuocaui z venit in me spũs sapiẽtie zc. Sap. 7. Nota moraliẽ q flagella dei vtillima sunt hoi ad ɔuersionẽ: qr psperitas inebriat aiam z ipanitẽs peti Eccl's. 8. Etenim qr nõ pferẽtur cito ɔ malos snia: absq̃ timore vllo filij hominuz perpetrãt mala: qr deus sustinet peccatores. Vnde Ouidius.
Si quotiẽs peccãt hoĩes: sua fulmina mittãt.
Iuppiter in paruo tpe nullus erit.
Et ideo absq̃ vllo timore filij hoĩum perpetrãt mala. Ideo magis induratur peccator ipunitate z psperitate z est tũc maxime infelix. Vñ Aug9. 23. q. I. Paratus. Cui licentia iniquitatis eripitur vtiliẽ z vincitur: qm nihil est infelicius felicitate peccantiuz quo penalis nutritur impunitas: z mala voluntas velud hostis interior roboratur. Et ideo multa misericordia deus vtitur quãdo flagellat peccatorem. 2. Machab. 6. Etenim multo tẽpore nõ sinere peccatorib9 ex sentẽtia agere sed statim vltiones adhibere: magni beneficij est indicium. Et ideo rogandus est dñs vt flagellet hõs. Qm̃ grauata est super me manus tua: cõuersus suz in erũna mea dum configitur spina. Nota hic practice de precibus fiendis ad deuz: vt auarus diues perdat diuitias. luxuriosus sanitatem. Ambitiosus: Fenorem zc. et hoc vt cõuertatur. sic rogabat Dauid sepe contra peccatores.

¶ Scds radius patientie virtualis. Ideo dici virtualis qr duplex est patientia equali voce tamen .s. vitiosa seu ficta z virtuosa. Simulata est quãdo homo sustinet patienter iniurias: qr nõ potest se vindicare aut vt appareat alĩqs phs: sicut narrat Boeti9 de quodam zc. Sed virtuosa est quando

ꝑpter deum vel propter bonum proximi su
stinet ⁊c. Hanc habuit Hieronym⁹. Hic hy-
storiam quando fuit derisus a clericis: pro-
pter vestem muliebrem ⁊c. Moraliter dic
vt expedit ⁊c.

¶ Tertius radius continentie virginalis.
Hec est maxima virtus ⁊ tanto preciosior
quanto rarior: Apoc. 3. Habes pauca nomi
na in sardis: qui non inquinauerunt vesti
menta sua: ⁊ ambulabunt mecum in albis
quoniam digni sunt ⁊c. Expone sicut habetur post
festum trinitatis sermo. 25. parte. i. Hic de
virginitate Hieronymi: ⁊ quia virtus in in
firmitate perficitur. 2. Cor. 12. Ideo fuit in
eo virginitas perfecta: quia fuit probata in
multis tentationibus: sicut ipse refert in epi
stola ad Eustochium de virginitate seruan
da: ⁊ habetur in legenda. Et quia sine ce-
rere ⁊ bacho friget venus: ideo ieiunabat
asperrime. De cibo inquit ⁊ potu taceo cum
etiam languentes aqua frigida vtantur ⁊
coctum aliquid accepisse luxuria sit. Duo
ergo remedia habebat. s. ieiunium ⁊ oratio
nem. Nota moraliter ⁊c. Hoc genus demo
niorum non vincitur nisi in ieiunio ⁊ ora-
tione. Et hoc est verum quod Hieronym⁹ fuit
virgo. Ipse tamen de se ita scribit ad Pam
machium in apologetico circa finem. Virgi
nitatem in celo prefero non quia habeo sed
quia magis miror quod non habeo. Sed contrarie
tatem hanc tollat verbum basilij dicentis.
Mulierem ignoro ⁊ tamen virgo non sum.
Fuit autem tantus radius in eo virginita
tis sincere quod etiam ad alios eius virtus ex
tendebat. Nam vt scribit Jo. an. in Hiero
nymiano. Quedam sancte monialis nobi-
lis genere ⁊ moribus feminarum pulcherri
ma. etate iuuencula. sed discretione iam ca-
na. deuotissima erat beati Hieronymi. de
qua cum quidam nobilis iuuenis physloca
ptus ardentissime fuisset. accessit ad quen-
dam magum qui misit ad eam seducendam
quendam demonem. qui cellam eius intrare
non potuit ꝑpter imaginem Hieronymi in
cella depictam: reuertit igitur demon ad ma-
gum narrans ei quare intrare nequiuit. quo
a mago deriso ⁊ dimisso. alium demonem mi
sit magus qui similiter intrare non potuit.
Quinimo per horam manere ibi coactus
alte clamabat si me Hieronyme hinc sinis
recedere. huc amplius non reuertar. Ad quem
concurrentes moniales precedente cruce in-
terrogauerunt causam aduentus sui: qua
cognita ad preces diaboli rogantibus Hie
ronymum eis vt dimitteret demonem statim
diabolus recessit ⁊ magum illum durissime
flagellauit: qui conuersus ⁊ Hieronymum
deprecans ⁊ artem magicam abiurans li-
beratus est per annum tamen iacuit impos cor
poris sui ⁊ tandem comburens libros artis
sue ⁊ vendens omnia que habebat illa pau-
peribus erogauit. Post annum vero clau-
dens se in spelunca qua Hieronymus per
quadriennium habitauerat magnum culmen
sanctitatis attigit. Ille vero infelix iuuenis
nocte quadam laqueo se suspendens: vita
simul temporali ⁊ perpetua se priuauit: ⁊ hoc
exemplum dicit infert Cyrillum.

¶ Quartus radius obedientie generalior
quia qui totam legem seruauerit. offen
derit autem in vno factus est omnium reus
Jaco. 2. Nota Factus est omnium reus.
Primo quo ad auersionem ab incommuta
bili bono. Secundo quo ad priuationem gra
tie. Tertio quo ad priuationem glorie.
Quarto quo ad incursionem pene damni
eterne. Fuit ergo Hieronymus obediens
in omnibus etiam consilijs cuius obedien-
tie merito etiam bruta animalia ⁊ ferocia
deus subijciebat sibi: sicut tempore innocen-
tie fuerat in primis parentibus. Hic hysto-
riam de leone. Moraliter dic vt expedit ⁊c.

¶ Quintus radius perseuerantie finalis ⁊c.
Hic eius mortem ⁊ exhortationem suam ad
discipulos apostropham ad mortem ⁊c. Et
qualiter post mortem apparuit anima sua
Cyrillo Jerosolymitano Episcopo. Et etiam
Augustino cum Joan. bap. ergo Inextin-
guibile est lumen illius.

Deo gratias. Amen.

¶ In festo sancti Francisci. Sermo vn⁹.


Mihi absit
gloriari nisi in cruce do-
mini nostri Iesu xpi. Gal. 6
Et in epistola hodierne fe
sti initatis. Ista verba ap-

proprio in persona beati Francisci dicentis cum apostolo. Mihi absit &c. De eo ergo erit sermo hodie. Sed prius salutetur virgo &c. Pro declaratione verborum est notandũ q conclusio vera est in sacra theologia approbata etiam per phos morales. Et not. Tho. i. 2. q. 2. ar. 7. q. 5. ar. 8. q omnis homo desiderat esse beatus sive sit fidelis sive infidelis iudeus sarracenus &c. Quilibet enim naturaliter desiderat beatitudinem: quod determinat Tho. esse verum accipiendo beatitudinem sm cõmunem rationem beatitudinis. Cõmunis enim ratio beatitudinis est vt sit bonum perfectum. Nam vt ait Boetius. 3. de consolatio. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et alibi. Beatitudo est summi boni tota simul & perfecta possessio. Secundũ hoc ergo naturaliter & ex necessitate voluntas humana appetit beatitudinem. Est enim ipossibile q appetitus humanus nõ feratur in bonum: quia bonum est qđ omnia appetunt. Et ideo dicit Aug⁹. 13. De trinitate q omnes homines cõueniunt in appetendo vltimum finem qui est beatitudo. Et Boetius. 3. de consolatione. Est enim inquit mentibus hominum veri boni inserta cupiditas. Si vero accipiatur beatitudo sm specialẽ rationem beatitudinis .s. quãtum ad id in quo beatitudo consistit: sic non omnes cognoscunt & consequenter nec omnes appetunt beatitudinem. Quomodo autem homines errent in cognitione summi boni: notandum q quia bonum omnia appetunt. ideo sm aliquid est bonũ sm hoc appetitur. Est autem triplex bonũ .s. vtile. delectabile. & honestum. Homines igitur sibi ipsis derelicti circa appetitum inordinatum huius triplicis boni versantur: vnde quidam bonum vtile preferentes: posuerunt felicitatem suam in diuitijs. Alij vero preferentes bonum delectabile: felicitatem suam posuerunt in delitijs. Alij preferentes bonum honestum. posuerunt in honoribus regnis & potentijs &c. male iudicantes de honesto. Et horum scolas sequũtur omnes mundani post corruptionem nature in primo parente: qui fuit primus sector harum opinionum quarum diabolus inuentor fuit & persuasor. Gen. 3. In quacunq3 die comederis ex eo eritis sicut dij. ecce bonum honorabile. Scientes bonum & malum: ecce bonum vtile. Et sequitur. Vidēs ergo mulier q bonum esset lignũ ad vescendum &c. ecce bonũ delectabile. Omnes ergo homines mundi secuti sunt scolam istam vsq3 ad christum. Ideo dicitur .i. Jo. 2. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia oculorum quãtum ad bonũ vtile. quod appetitur in diuitijs: aut cõcupiscentia carnis quãtum ad bonum delectabile quod est in delicijs: aut superbia vite quãtum ad bonum honorabile quod appetitur in honoribus. Et de eisdem tribus diabolus tentauit christum: sicut patet bene considerantj. Nam ostendens diabolus omnia regna mundi dixit. Hec omnia tibi dabo. ecce bonum vtile. Item Dic vt lapides isti panes fiant: ecce bonum delectabile. Item Mitte te deorsum: ecce bonũ honorabile: quia ad nihilum profuisset volare nisi ad vanam gloriam & ostentationẽ. Sed christus confũdit scolam diaboli a cõtrarijs argumentis vt patet ibidem. Et hec tria apparebant in illo adolescente diuite de quo legitur Mat 19. De quo tria dicuntur .s. q erat diues quãtum ad bonum vtile. adolescens quãtum ad bonum delectabile. In illa enim etate consueuerunt homines plus viuere in delectationibus corporis. Item vt dicit Lucas. 18. Erat princeps & hoc quãtum ad bonũ honorabile. Christus ergo veniens in mundũ cõtra hoc triplex bonum tenuit scolam contrariã. docēs triplicem paupertatem quã etiã suadebat predicto adolescenti licet ipse doctrinã xpi non caperet. Contra istas ergo tres opiniones predictas christus docuit dicens Qui vult venire post me abneget semetipsum: cõtra bonum honorabile. Et tollat crucem suã cõtra delectabile Et sequatur me. cõtra bonũ vtile. Mat. 8. Vulpes foueam habent &c. Nota etiam q phi male iudicabant de beatitudine. Dicebant enim stoici beatitudinem in virtute animi consistere. peripatetici in cognitiõe veritatis. Epicuri in voluptate.

Nos aūt dicimus duplicem beatitudinem.
Unam vie que est imperfecta. Alteram pa
trie que est perfecta. Prima consistit in
virtuosa vita. Unde dicit phs in .i. ethico.
Quod beatitudo seu felicitas est operatio
ſm virtutem perfectam. De qua dicit psal
mista. Beati immaculati in via ⁊c. Scda
beatitudo patrie est perfecta ⁊ hec duplex
est. Una est creata que nos in patria beati-
ficat formaliter. Altera increata q̄ nos bea
tificat effective. s. ipse deus. Prima bea-
titudo creata est tanq̄ finis quo quiescit.

Scda. s. increata est tanq̄ finis in quo qe
scitur. Quidam igitur ponunt ultimam ⁊
beatitudinem in divitijs sicut sunt avari: q
exponunt corpus ⁊ aīam pro divicijs acqui
rendis. sed sunt in maximo errore. Nō enim
divitie sunt finis hois: sed homo est finis di
vitiarum. Preterea per beatitudinem acq
rit homo maximam delectationem. gaudiū
⁊ leticiā: sed et divitijs homo affligitur po
tius: propter quod dñs divitias nuncupat
spinas Luc. 7. Et Mat. 13. Unde versus.
Dives divitias nō congregat absq̧ labore.
Nō tenet ab metu nō deserit absq̧ dolore.
Preterea ad idem facit Prover. 17. Ubi
dicit. Quid prodest stulto habere divitias
cum sapientiam emere non possit. Hanc au
tem veritatem manifestius homo cognoscit
in morte: in qua nil de suis divitijs impor-
tat nisi triste linteamen vel saccum. ps. Dor
mierunt somnum suum ⁊ nihil inve. omnes
vi. di. in ma su. ps. 75. Et alibi. Et relinquēt
alienis divitias suas ⁊ sepulchra eoꝝ do. si.
in eternum. ps. 48 Et alibi. Thesaurizat ⁊
igno. cui congregabit ea. ps. 38. Ideo dicit
Aug. 5. de civitate dei. c. 19. Felices vel nos
vel filios nostros non divitie terrene faciūt
aut nobis viventibus amittende aut nobis
mortuis a quibus nescimus vel forte a qui-
bus nolumus possidēde. Quidam vero po
nunt beatitudinem in delicijs ⁊ voluptati-
bus: sicut fuerunt epicuri pro quibus adipi
scendis exponunt animas ⁊ corpora: sed er
rant quia ut ait. Boe⁹. 3. de cōsolatione. Tri
stes exitus esse voluptatum quisquis remi-
nisci libidinum suarum volet: intelliget: iux-
ta illud. Risus dolore miscebitur: ⁊ extrēa
gaudij luctus occupat Prover. 14. Que si
beatos efficere possent: vel certe est quin pe
cudes quoq̧ beate esse dicantur. Hec ille.
Et ibidem dicit. Quid autem de voluptati
bus corporum loquar: quarum appetentia
quidem plena est anxietatis. satietas peni-
tentie. Hec ille. Ex quibus infertur q̧ epi-
curi qui dixerunt beatitudinem in volupta-
te consistere: aut pecudes quoq̧ beatitudi-
nis fecere participes: aut ipsi pecorib⁹ simi-
les fuere. quod etiam sibi a noie convenire
versus est. Quidam vero posuere beatitudi
nem in honoribus: sicut sunt superbi quoꝝ
finis est honor. dignitas ⁊c. sed cum honor
finiatur in morte: patet hoc non esse perfe-
ctum bonum. Et confirmatur ratio quia bea
titudo est in beato. non autem extra beatū
honor autem non est in honorato sed ma-
gis in honorante qui reverentiam exhibet
honorato: ut phs dicit in .i. Ethico. ergo ⁊c.

Scda ratio est: quia honor est bonum ad
aliud ordinatū: quia ut dicit ps in .i. Ethi.
Honor est retributio reverentie in testimo-
nium virtutis. Tertia ratio quia honor
est bonum extrinsecum cum sit reverentia
exhibita per quedam exteriora signa: beati
tudo autem sive sūmum bonum est bonum
intrinsecum. ergo ⁊c Quidam vero ponūt
beatitudinem in scientia: sed ſm hoc etiam
demones essent beati. Et preterea scientia
inflat charitas autē edificat. i. Cor. 8. Qui-
dam vero in potentia. D quorum numero
fuit Arphaxat rex medorum. De quo scri-
bitur Judith. i Qui gloriabatur quasi po-
tens in potentia exercitus sui: ⁊ in gloria
quadrigarum suarum. Sed quod tales er-
rent probat mutatio status ⁊ eventus for-
tune que adeo multis fuit adversa potenti
bus. q̧ caderent a potentia sua: sicut ⁊ ipse
Arphaxath. De quo scribitur ubi supra q̧
Nabuchodonosor obtinuit eum in campo
magno ragau ⁊c. Sic ⁊ Darius fuit devi
ctus ab Alexandro. Hannibal a romanis
Troya a grecis. Unde ait Seneca in 6
Tragedia in principio in persona Hecu
be uxoris Priami Quicunq̧ regno fidit. ⁊
magna potens dominatur aula. Nec leves me
tuit deos. aīamq̧ rebus credulam letis de-
dit: me videat ⁊ te Troya. Non unq̄ tulit
documenta fors maiora: q̄ fragili loco sta-
rent superbi. Item Virgilius in. 2. Eney.
Hic finis Priami fatorū hic exitus illum

fo:te tulit:pro lapsa videntem p̄gama. Tot condam populis terrisq̄ superbum regnato-rem Asie. Et infra iacet ingens littore trun-cus. Excusa te quare allegas poetas: quasi extorqueas clauam de manu herculis ad veritatē astruendā: vt notat Gratianus in decretis.37.di.per totum. Item Prouer.xi. Circulus aureus in naribus suis:mulier pul-chra ₇ fatua. Quis pulchritudo est cū sup-bia:iuxta illud Fastus inest pulchris sequi-turq̄ superbia formā. Quā vultus honorat dedecorant mores.rara est concordia for-me atq̄ pudicitie. Quidā ponunt beatitu-dinem in pulchritudine sicut sunt vane mu-lieres. Sed fallax gratia ₇ vana est pulchri-tudo:mulier timens deū ipsa laudabitur. Prouer.vlti. Quidā vero in fortitudine ₇ viribus hōis corporis. Sed fm hoc leones ₇ alia alalia hoībus fortiora essent quoq̄ beatio-ra. Cōtra q̄ Aug.in.8.de ciui.dei reprobās opinionem illoꝝ qui dicebant demones me-liores hoībus ꝓpter corpora imortalia que dicebant illos habere:sic ait.c.15. Quādobrē absit vt iste cōsiderans oīs veraciter religio-sus ₇ deo subditus:ideo arbitretur demo-nes seipso meliores q̄ habeant corpora me-liora.aliogn multas sibi ₇ bestias prelatu-ras est que nos ₇ acrimonis sensuum ₇ mo-tu facillimo atq̄ celerrimo ₇ valentia viriū ₇ annosissima firmitate corporum vincant Quis hōim videndo equabitur aquilis ₇ vulturibus. Quis odorādo canib⁹: Quis velocitate leporibus.ceruis. oībus auib⁹: Quis multum valendo leonibus ₇ elephā-tis: Quis diu viuendo serpentibus: q etiā deposita tunica senectutem deponere atq̄ in iuuentutem redire phibentur: Sed sicut hīs oībus ratiocinando ₇ intelligendo me-liores sumus:ita etiam demonibus b̄n atq̄ honeste viuēdo meliores eē debemus. Hec ille. Cōmunis aūt ratio quare in nullo pre-dictoꝝ bonoꝝ beatitudo consistit: est quia beatitudo est bonum pfectum. Id autem est bonum perfectū quo quis adepto nihil vlterius desiderare queat:vt ait Boetius in 3.de conso. Certum est aūt q̄ quecūq̄ dicto-rum bonoꝝ possideantur quimmo etiam si simul oīa habeātur.appetit⁹ habeātur:ap-petitus hoīs nunq̄ satiatur:sed semper po-tiora desiderat. ergo rē. Et de ambitione

honoꝝ patet.Ps. Superbia eoꝝ qui te ode-runt ascendit semper. De diuitiis etiam pa-tet. Unde Boetius.

Si quantas rapidis flatibus incitat pon-tus versat harenas.

Aut quot stelliferis edita noctibus celo sy-dera fulgēt.

Tātas fundit opes:nec opes retrahat ma-num pleno copia cornu.

Humanum miseras haud ideo genus ces-set flere querelas.

Quāuis vota libens excipiat deus multi ꝓdigus auri auri.₇ claris auidos ornet ho-noribus nil iam parta videntur:sed quesita vorans seua rapacitas alios pandit hya-tus. Hec ille. Ex predictis ergo patent due ꝯclusiones. Prima q̄ oīs homo naturali-ter desiderat esse beatus. Secūda q̄ multi errant in eo in quo consistit beatitudo: ₇ hoc est q̄ ēt ꝓbat Boe⁹ in.3.de ꝯso.dicēs. Ois mortalium cura quā multiplicium stu-dioꝝ labor exercet.diuerso qdē calle proce-dit:sed ad vnum tn̄ beatitudinis finē nitit̄ peruenire. Videamus ergo nos qd est illud in quo vera beatitudo consistit. Certe nihil aliud nisi cognitio ₇ visio diue essentie. Un-de dn̄s Jo.17. Hec est aūt inquit vita eter-na:vt cognoscant te soluz verum deū ₇ quē misisti Jesum christuz. Et idcirco in hoc de-bet homo ponere finem suū ₇ in hoc gloria-ri.nō aūt in bonis mūdi nec in aliqua crea-tura. Bona.n.tpalia sunt media qb⁹ admi-niculamur ad ꝑueniendū ad vltimū finem q est vita eterna. Jō bonis tpalibus debe-mus vti.nō frui:aliogn ꝑuertitur ordo ₇ im-peditur finis. Nota similitudinez ad hoc quā ponit Aug⁹ in.1.lib. de doctrina christiana: vbi sic ait. Q̄do si essemus pegrini qui bea-te viuere nisi in p̄ria nō possemus. Eaq̄ pe-grinatione vtiq̄ miseri ₇ miseriā finire cu-piētes in p̄riaz redire vellemus. Opus eēt vel terrestribus vel marinis vehiculis qbus vtendū esset:vt ad p̄riam qua fruendū erat ꝑuenire valeremus. q̄ si amenitates itine-ris ₇ ipsa gestatio vehiculoꝝ nos delecta-rent:cōuersi ad fruēdū his qbus vti debui-mus:nollemus cito viā finire.₇ ꝑuersa sua-uitate implicati alienaremur a p̄ria cui⁹ sua-uitas faceret beatos:sic hmōi mortalitatis vita pegrinantes a dn̄o.si redire in patriez

volumus vbi beati esse possimus: vtendum est hoc mūdo nō fruendū vt inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta cōspiciant. hoc est vt de tpalibus corporalibusq; rebus eterna et spūalia capiamus. Hec ille. Ideo Iere.9. Et loqtur deus per os pphete. Nō glorietur sapiens in sapientia sua: et nō glorietur fortis in fortitudine sua: et nō glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur q gloriatur: scire et noscere me: qr ego sum dns. Et concordat apls.2. Cor.10. Qui gloriatur ingt: in dño glorietur. Non eni q seipm cō. ll.pro.est. sed quē deus cōmendat. Hoc aūt paucis datum est: qr pauci qui noscere possunt vera bona. Unde dns Mat.xi. Confiteor tibi pater dne celi et terre: qr abscōdisti hec a sapientibus et prudētibus et reuelasti ea paruulis. Ita pater qm sic placitū est ante te. Nota A sapien. et pruden. Licet enim hij de hac veritate. sciant bene studere. legere. disputare. predicare. et buccis crepātibus intonare: tn nō intelligunt qr non intus sed foris legunt. Quia igitur btūs Franciscus vere cognouit in quo humana beatitudo consistit. etc: ideo nō in diuitijs posuit gloriā suam. non in voluptatibus. non in honoribus. non deniq; in alijs temporalibus reb9. sed in eo per quod vera beatitudo conquiritur. Quid est illud nisi crux xpi? Ideo dicit ipse in themate pposito. Mihi absit gloriari etc. Patet thema. Quia autem nō in verbis sed in factis virtus consistit: ideo volens beatus Franciscus perfecte in cruce christi gloriari. ipsam crucem christi pfecte amplexatus et imitatus est. Pro cuius intellectu et declaratione nota q in cruce christi sunt quattuor dimensiones quātitatiue: qui fuerunt moraliter et perfecte in beato Francisco etc.

¶ Prima est latitudo: et hec significat dilectionem generalem.

¶ Scda est pfunditas: et hec significat humiliationem cordialem.

¶ Tertia est sublimitas: et hec significat cōtemplationem supernalem.

¶ Quarta est lōgitudo: et hec significat durationem finalem.

¶ De istis quattuor dimensionibus loqtur apostolus et ego cum ipso pro vobis orans hoc modo. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē dni mei Iesu christi. Ex quo ois paternitas in celis et in terra nominatur: vt possitis comprehendere cum oibus sanctis. que sit latitudo. et lōgitudo. sublimitas et profundum Ephe.3. Istas quattuor dimensiones crucis Aug.in.2.lib. de doc. christiana exponens sic dit. Crucis latitudo dicitur in transuerso ligno: quo extenduntur manus. Longitudo a terra vsq; ad ipsam latitudinem quo a manibus et infra totum corpus affigitur. Altitudo a latitudine sursum vsq; ad sūmum: quo adheret caput. Profundum vero quod terre infixum absconditur. Quo signo crucis ois actio christiana describitur bene operari in xpo et ei perseueranter inherere. sperare celestia sacramenta non prophanare. Hec ille. Si vis istas dimensiones videre expositas allegorice: vide post festum trinitatis ser.iiij. qui incipit Dites facti estis etc. pte.6. in additione ibi posita que incipit. Per latitudinem crucis.

¶ Prima ergo dimensio est latitudo que est vt homo sciat habere cor latum et amplum ad dilectionem dei et proximorum non solum amicorum sed etiā inimicorum. Et dicam vobis mirabile q latius dz esse cor christiani ad dilectionē q̄ celū empyreū: qd est latius et maius corpus q̄ sit in rerum natura. Qd declarat sic. Celū empyreum q̄uis sit imensurabile: tn non pōt recipere nisi psonas bonas et sanctas. Non.n. pōt recipe infideles nec malos vanos. Sed cor christiani debet esse latius: qr oēs debet diligere i deo tam bonos q̄ malos. amicos et inimicos. fideles et infideles. iudeos aggarenos. barbaros et scitas. Bonos qdē debet diligere vt cōseruent in sancta vita et fide. Malos aūt vt ad pniam cōuertant. Sic faciebat Dauid di. Ambulabā in latitudine: qr mandata tua exqsiui. Nota Mandata tua. Mandata dei sunt de dilectione dei et pximorum: tam bonorum q̄ malorum. Unde Mat.5 Audistis qr dictū est antiqs. Diliges pximum tuū et odio ha. inimicū tuum. Ego aūt dico vobis diligite inimicos vestros. benefacite hijs qui oderunt vos et orate pro psc. et cal. vos etc. De hoc mandato loqt psalmista di. Ois cōsumationis vidi finē. latum mādatum tuū nimis. Nota Ois cōsumatiōis

omnis cōdilectio ⁊ status huius mundi finē
habebit sicut dñia tēporalia. prelationes. cleri-
catus. ⁊ matrimonia. diuitie. ⁊ honores. di-
gnitates ⁊c̃. Sed mādatū de dilectione nō
habet finem: qnimo post mortē magis per-
ficitur: q꜡ charitas nunꝗ̄ excidit. i. Cor. xiij.
Istam ergo primā dimensionē latitudinis
charitatis: O ꝗ̄ excellenter habuit beatus
Fran. erga deum ⁊ proximū. Primo igitur
erga deū quem maximo feruore diligebat.
De cuius feruore magnitudine quattuor si-
gna mōstrauit deus. Primum signū fuit
qñ ingressus ecclesiā sancti Damiani audi
uit ab imagine crucifixi ter sibi dicēte. Frā
cisce vade ⁊ repara domū meam que vt cer
nis tota diruitur: Ab illa ergo hora anima
eius liquefacta est ⁊ crucifixi cōparatio eiꝰ
cordi mirabiliter est infixa ⁊c̃. Dic hystoriā.
Ex tūc ergo tanꝗ̄ ebrius ⁊ vere ebriꝰ illo
vino qđ venditur in taberna pādisi. oīa re
liquit amore xp̄i ⁊ seipm̄ denudauit: adeo
ꝙ etiā femoralia patri reliquerit. Scḋm
mirabile signū fuit qñ in visione sup se sera-
phin crucifixum aspexit: ꝗ crucifixionis sue
signa sic ei euidēter impressit. vt crucifixus
videretur ⁊ ipse. vnde tunc fuerūt sibi stig-
mata impressa manibus. pedibus. ⁊ lateri O
mirabilis dilectionis signū. Unde poterat
dicere illud qđ hodie in ep̄la sue festiuitatis
cantat̃. Ego stigmata dñi Iesu in corpore
meo porto Gal. 6. Tertiū signū fuit qñ
visus est a fratribus in curru ignis ⁊c̃.

Quartū signū fuit: q꜡ sic afficiebatur ad
deum ꝙ oēs creaturas etiā irrationabiles
inuitabat ad laudem creatoris. Unde semel
ambulans per paludes venetiarū inuenit
maximā auium multitudinē cantantium in
palude ⁊c̃. Dic hystoriā. Itē alias inuenit
quādam multitudinē auiū ⁊ eas velud ra
tiones pticipes salutauit ⁊c̃. Et q꜡ sic erat
affectus ad deum: idcirco diuina bonitas
etiam creaturas habentes solum esse sibi
subdebat. Nota quando cyrurgicus venien
te ad eum cauterizandum propter infirmi-
tatem oculorum: rogauit ignem vt curiali-
ter secum transiret ⁊c̃. ⁊ nullam lesionē nec
penam sensit a ferro ignito ⁊c̃. De dilectio-
ne vero sua erga proximum: quis sufficien-
ter posset exprimere? Nam omnes largo di
ligebat affectu. presertim leprosos osculan-
do: quos naturaliter maxie horrebat. Mo-
tus etiam maxima charitate ad proximos
fecit ordinem suum in maxima ⁊ artissima
paupertate: quo fundato fuit sibi dictum ꝙ
regula erat multum fortis nec posset serua-
ri: ideoꝗ̄ temperaret. Respondit. Ego scripsi
quod christus ore suo ordinauit: ideo nihil
mutarem quia seruus in littera domini ni-
hil potest mutare ⁊c̃. beatus ille qui seruat
regulam suam. Uix de mille vnus eam ser-
uat ⁊c̃. Item fecit duos alios ordines. s. se-
cundum pro mulieribus. Item tertium pro
quolibet etiam in matrimonio existente qui
non est proprie religio: sed quidam modus
viuendi bene: vt notat Glo. in cle. Cum ex
eo: de sen. ex co. ⁊ in cle. pñia: de religio. domi.
Fuit etiam tante charitatis erga proxios
etiam infideles ꝙ pro conuersione pagano-
rum iuit ad soldanum babilonie. exponēs
se maximis periculis ⁊c̃. Tribus autem vi-
cibus versus partes infidelium ⁊c̃. egressus
sed bis diuina dispēsatione prohibitus ter
tia tamen vice post multa opprobria. vin-
cula. verbera. ⁊ labores innumeros. ad con
spectum soldani babilonie: domino ducen-
te peruenit. Dic hystoriam. Patet quomo
do habuit primam dimensionem crucis. s. la
titudinem. Nota moraliter prout expedit.
¶ Scḋa dimensio est profunditas ⁊ signat
humilitatem ⁊c̃. Nota triplicem gradum
humilitatis. Unus est subdere se maiori: ⁊
hic est bonus. Scḋs est subdere se equa
liter: ⁊ hic est melior. Tertius est subdere
se minori: ⁊ hic est optimus. De hoc triplici
gradu humilitatis loquitur dominus dicēs
Mat. iij. Sinc modo: sic ei decet nos imple
re omnem iustitiam. Glo. i. Omnem humili
tatem. Hunc gradum optimum humilita
tis habuit beatus Franciscus quia sem-
per subesse ꝗ̄ preesse malebat. Ideo gene-
rali cedens officio guardianū petijt cuius
volūtati p omnia subiaceret. Fratri quoꝗ̄
cum quo solitus erat ire semper obedien-
tiam permittere consueuerat ⁊ seruare.
Unde bene implebat illud verbum di-
uinum. Quanto magnus es: humilia
te in omnibus Eccli. 3. Unde ⁊ humi-
litatis causa fratres suos voluit voca-
re minores: ⁊ prelatos sui ordinis mini-
stros: iuxta illud domini. Quicunque vo-

fuerit inter vos maior fieri:sit vester mini-ster Luc.22. Nota hic qn̄ frater Dñicus et ipse fuerunt interrogati a dño Hostiensi q postmodū fuit papa cur nō facimus de vestris fratribus epōs et plātos ⁊c. Vide in legenda. Fuit et tante humilitatis: vt potius mallet de se vituperiū audire q̄ laudem. Ideo cū populi merita in eo secita/tis extollerent: precipiebat alicui fratri vt verba ipsum vilificātia suis auribus incul-cando pferret. Cūq₃ frater ille licet inuitus eū rusticū et mercenariū imperitū et inutilē diceret: exhilaratus dicebat. Benedicat tibi dñs: q₂ tu verissima loqueris et talia me decet audire. Quicqd etiā prinebat ad sui excellentiā occultabat. Vn̄ diligenter do/nec vixit sua stigmata abscondebat. Quidam tn̄ in vita hec viderunt sed in morte plurimi cōspexerunt. Semel etiā socius suus vidit cathedram ⁊c. Vide in legenda. Patet ergo magna humilitas sua. Et q₂ vt ait Greg. Paupertas in bonis mētib⁹ solet esse custos humilitatis: ideo voluit eē pauperrimus. vnde pauptatē vocabat dominam suam.

¶ Tertia dimensio est sublimitas: et signifi-cat cōtēplationē supernalē per quā aīa ad celestia sublimat: terrenis oībus subtra-ctis. Hanc etiā q̄ maxime habuit beatus Fran. Vn̄ dī in vita eius q̥ suspendebat multotiens tanto cōtēplationis excessu: vt supra semetipsum raptus: et .s. humanū sensum aliqd sentiens: qdnam ageret circa se exterius ignoraret. Aliqn̄ etiā₃ visus est nocte orans manibus ptēsis ad modū cru/cis toto corpore sublevatus a terra: et nube-cula quadam ptegente circūdatus et illu-strationis miraculis intra mentem mira cir-ca corpus illustratio testis esset. vn̄ et alti/tudine cōtēplationis etiam spū pphie cla-ruit etiā anteq̄ cōuersionis habitū susci-peret. Nota exēplum qn̄ captus cum qbusdā₃ perusinis et incarceratus exultabat. cū ceteri tristarentur. Et interrogatus quare? Rn̄dit: q₂ adhuc sanctus p totum mundū adorabor.

¶ Quarta dimensio est longitudo: et signi-ficat durationē seu pseuerantiā finalē. que inter ceteras virtutes sola coronat. i. Cor. 9. Nescitis q̥ hij qui in stadio currunt oēs quidē currunt sed vnus accipit brauium. Nota Unus. i. pseuerans. De ista longitu-dine pseuerantie dī ps. 93. Domū tuā₃ decet sanctitudo dñe: in longitudinem dierū. Nota Domū tuam. i. psonam denotā que est domus dei. In longitudinē dierum. i. p totā vitam. Ratio q₂ labor et seruitiū deb₃ correspondere mercedi et eᵒ: sed merces vite sancte est longitudo dierū. i. q̄dia est deus. ps. Longitudine dierū repleto eū. er-go et salarium. i. vita bona d₃ esse in longi-tudinē dierū. i. q̄dia ipse erit homo. Beat⁹ igit Fran. de virtute in virtutē semp pfi-ciens vsq₃ ad vltimā vite horā: meruit tandem videre deum deorū in syon. Et q₂ xp̄s cōfixus erat cruci in hac vita: ideo conre/gnat in alia et factus est socius cōsolatio-num et glorie: qui fuerat socius passionum et pene. iuxta illud. 2. Cor. i. Scientes qm̄ si-cut socij passionū estis: sic eritis et cōsolatio-nis. Et iuxta illud Ro. 6. Si enim cōplan-tati facti fuerimus similitudini mortis ei⁹: simul et resurrectiōis erimus. Et subdit. Si aūt mortui sumus cum xp̄o: credimus q₂ simul viuemus cum illo. Vī: eius mortē preciosam. Deo gratias. Amen.

¶ De beato Luca euangelista.
Sermo vnus.



Salutat vos Lucas carissimus. Colos. vlti. Sicut totum officium et festiuitas hodierna ē de beato Luca euāgelista: sic erit et sermo: et habebimus multas bonas doctrinas et exēpla salutifera ex vita sua ⁊c. Salutat virgo ⁊c. Salutat. i. salutē eternā₃ vobis optat. Pro huius verbi declaratione est notandū q̥ sit qō in sacra theologia verū virtutes theologice que habent hic ab hoīe in via remaneant post mortē in pria? Pro cuius qōnis determinatiōe: ē notādū q̥ fm̄ sniam Tho. i. 2. q. 67. ar. 3. Dic latius pro intellectu huius qōnis fm̄ Tho. ibi q̥ iperfectio est qnq₃ de rōne rei et prinet ad spēm ipsius: sicut defectus rōnis prinet ad rōnē spēi equi vel bonis. Et q₂ vnū et idē₃ manēs nō pōt trāsferri de vna spē in aliā: inde est q̥ tali iperfectione sublata tollitur

spēs rei: sicut iam non esset bos vel equus si
esset rationalis. Quicq3 vero imperfectio nō
pertinet ad rōnem spēi: sed accidit in indiui-
duo śm aliqd aliud sicut alicui hoi. Quicq3
accidit defectus rōnis inquantum impedit
in eo rōnis vsus ꝓpter somnum vel ebrie-
tatem vel aliquid hmōi. Patet aūt ꝙ tali
imperfectione remota nihilominus substan
tia rei manet: Hec Tho. vbi supra. Modo
sicut est in naturalibus sic in virtutibus ꝛc̄.
Dic vt infra. Quedam. n. virtutes de sui rō
ne importent defectum ꝛ imperfectionem.
Quedā vero nō. Virtutes importantes de
fectum de sui rōne: sunt sicut fides ꝛ spes.
De rōne enim fidei est imperfectio cognitio
nis. Ponitur enim in eius diffinitione. Fi-
des est substātia sperandarū rerum ꝛ argu
mentum nō apparentium: vt dicit Heb. xi.
Et Aug. dicit. Quid est fides? Credere qd̄
nō vides. Sic etiam de rōne spei est qd̄ id
qd̄ speratur nondum habeatur. Spes enim
importat quendā motum in id qd̄ non ha-
betur. Unde Apls Ro. 8. Nam qd̄ videt
quis: quid sperat. Charitas autē est amor
qui de sui rōne non importat aliquā imper
fectionem. Potest. n. esse charitas ꝛ de ha-
bito ꝛ nō habito: ꝛ de viso ꝛ nō viso. Hoc
igitur presupposito. est dicendum ad qōnē
propositam: ꝙ virtutes que de sui ratione
important defectum sicut est fides ꝛ spes.
post hanc vitā nō remanent in aīa. Fides
enim vt dixi est cognitio rei nō vise. In pa-
tria autem videbimus deum sicuti est: vt di
citur. i. Jo. 3. Nunc enim videmus per spe-
culum in enigmate: tunc aūt facie ad faciē.
i. Cor. xiii. Et ideo tunc cessat fides. Nunc er-
go credimus ꝛ nō videmus: tunc aūt vide-
bimus ꝛ nō credemus. Unde Apls. i. Cor.
xiii. Ex parte enim cognoscimus ꝛ ex pte pro
phetamus. Cum aūt venerit qd̄ perfectum
est: euacuabitur qd̄ ex parte est. Nec potest
concurrere simul cognitio fidei ꝛ cognitio
perfecta que habetur per visionē: q2 ꝑfectio
ꝛ imperfectio que differunt rōne subiecti
non pnt in eodem subiecto cōcurrere. Quā
uis perfecta cognitio ꝛ imꝑfecta que diffe-
runt ratione obiecti. possunt in eodē subie-
ctione cōcurrere: sicut cognitio matutina ꝛ
vespertina in angelis: vt declarat Tho. vbi
supra. Dic pratice qūo nūc credimus vnum

deum ꝛ trinum: tunc aūt videbimus. Item
credim⁹ ꝙ Jesus xp̄s sit in dextera dei ꝛc̄.
tunc aūt videbimus ꝛc̄. Sic credimus de
virgine ꝛc̄. Et ideo dicit. 2. Cor. 5. Quādiu
sumus in corpore ꝑegrinamur a dn̄o. Per
fidem enim ambulamus ꝛ nō per spēm. Ex
quo patet ꝙ fides est ꝓpria peregrinātib⁹
nō ergo erit in patria. Eadem rōne nec spes
erit in futura vita: eo ꝙ tunc ꝙ iam habe-
bitur speratum: id ꝙ tunc nō habitum iam
speratur. s. diuino seruitio. Et qualis in san-
ctis in pr̄ia sit desiderium ꝛ expectatio glo
rie corpoꝝ: non tū est spes ꝓprie loquendo
neq3 śm ꝙ spes ꝛ virtus theologica: sic. n.
obiectum eius est deus nō aūt aliqd̄ bonū
creatum. neq3 śm ꝙ cōiter sumitur: q2 obie
ctum spei est arduum. Bonum aūt cuius iā
ineuitabilem cām habemus. non cōparat
ad nos in rōne ardui. vnde nō proprie di-
citur aliquis sperare se habiturum seu em-
pturum aliqd qd̄ statim in potestate eius
est vt emat. Et sic illi qui habent gloriam
aīe non ꝓprie dicuntur sperare gloriā cor-
poris: sed solum desiderare śm Tho. Pari
rōne dicimus ꝙ non sit in beatis virtus pe
nitentie. saltem quo ad actū: q2 pnia est do
lor de peccato cōmisso. Unde Ambro. Pe
nitentie est preterita peccata plāgere ꝛ plā
genda iterum nō cōmittere. Beati autē in
patria non dolent. Apoc. 21. Absterget de⁹
oēm lachrymam ab oculis sanctoꝝ ꝛ iam
non erit amplius neq3 luctus neq3 clamor
sed nec vllus dolor que prima abierūt. Un
de Maria magdalena non dolet modo in
vita beata de peccatis suis. nec Dauid nec
Paulus. nec Matheus. nec ceteri ꝛc̄. Ea-
dem rōne nec misericordia est post mortem
in aīa beata: q2 misericordia est habere mi-
serū cor de miseria alterius: in pādiso nūc
nulla est miseria. ergo ꝛc̄. Alie aūt virtutes
morales remanent quidem in aīa separata
quātum ad id quod est formale in eis: nō au
tem quātum ad id qd̄ est materiale. Et hoc de-
clara per Tho. i. 2. q. 67. ar. i. ꝛ. 2. vbi ponit
etiam de virtutibus intellectualibus dicēs.
ꝙ virtutes intellectuales manent post hāc
vitam quātum ad spēs intelligibiles que sūt
in intellectu possibili que se habent sicut for
males: non autem manent quātum ad fantas
mata que sunt quasi materialia in virtuti-

bus intellectualibus. Nam fantasmata destruuntur destructo corpore: et sic intelligit verbum apli. i. Cor. xiij. Siue sciētie destruet. Nam et in hac vita cōtingit per egritudinē corrūpi fantasmata et sic etiā scientiā corrūpi: nō tñ quantum ad spēs intelligibiles q̄ sūt in intellectu possibili sm Tho. Charitas aūt cum nullam in sui rōne imperfectionem importet semper durat: quinimo magis in alia vita pficitur. Quāuis enim charitas hac vita sit imperfecta respectu illius que habet in patria tñ imperfectio ista non est de rōne eius sed accidit ei. Unde apls. i. Cor. xiij. Charitas nūq̄ excidit. siue pphie euacuabunt. siue lingue cessabunt. siue scientie destruet. Charitas ergo que est amor dei et proximi nūq̄ deficit. Modo ad ppositum. Clarū est q̄ sancti in hoc mundo existentes habebant charitatē q2 aliās nō fuissent sctī. ex qua charitate moti orabant et desiderabant salutem oīum tam fidelium q̄ infidelium. Cum ergo charitas nō deficiat in morte sz remaneat et augeat ideo plus modo incōparabiliter desiderāt et orant saluationem nostram: iuxta illud. 2. Cor. xiij. Salutant vos oēs sancti. Salutāt i. saluationē vestram optant et desiderant et affectant oēs sancti. s. paradisi. Sed et similiter qn̄ aliquis sanctus honoratur et festiuatur a nobis in hoc mundo: tunc ille magis optat salutem nostram pꝑter multiplicationem intercessionū et deuotionum nostrarum non sic de illis qui veniunt ex vanitate potius ad ecclesiam q̄ ex deuotione. Quia igitur nos hodie agimus festum beati Luce: ideo ipse nostram salutem desiderat et affectat et hoc est q̄ dicit thema. Salutat nos Lucas medicus etc. Patet thema. Modo in hoc themate ponuntur tria vocabula. s. Lucas. medicus. carissimus: in quibus ostēduntur tres excellētie seu virtutes quas habuit beatus Lucas in hac vita.

¶ Prima est puritas virginalis: quia lucas.

¶ Secunda est dignitas doctoralis: quia lucas.

¶ Tertia est charitas principalis: quia carissimus.

¶ Prima virtus etc. Sicut enim btūs Jo. euāgelista inter aplos habuit istam excellētiam ita et Lucas inter oēs discipulos. Ideo dicitur Lucas a luce: in quo ostenditur puritas sua. Auctoritas. Proposui pro luce habere illam. s. psonam virginem Sap. 7. Uel dic illam. s. virginitatem. Unde de puritate beati Luce dicit Hierony. in prologo sup Act. aplor. Lucas athiocensis natione syrus. cuius laus in euangelio canitur aplorum christi discipulus. sine crimine in virginitate pmanens: deo maluit seruire q̄ mundo. Nota Sine crimine. i. peccato mortali: quia peccatū veniale nō dicit crimen. Nota hic q̄ differentia est inter peccatū. delictū. et crimen. Inter peccatum delictum sm Augu. hec est differentia: q2 peccatum idem est qd prauus actus. Delictum vero boni desertio quasi derelictum. Crimen vero est peccatum graue accusatione et dānatione dignissimū. 81. di. c. i. in fi. De hoc nota de peni. di. i. Si peccatum. Et predicta notat Glo. Jo. an. in regula peccatum lib. 6. Bene facit q̄ nota. 25. di. §. Criminis aūt appellatio. Ex predictis ergo nota q̄ beatus Lucas habuit puritatem nō solum a contagio peccati luxurie: sed oīs peccati mortalis. Practicam aūt huius vz. quonā modo se ab omnis macule mortalis contagio seruauit illesum vide supra in eodem festo ser. magistri Uin qui incipit Dignus est operarius mercede sua parte. i. Est etiā dr̄a inter flagitium et facinus sm Aug in. 3. de doc. christiana: vbi dicit sic Qd agit indomita cupiditas ad corrūpendum aīum et corpus suum: flagitium vocat qd aūt agit vt alteri noceat: facinus di. Mirum fuit quomodo potuit se sic conseruare cum esset infidelis et magnus medicus. Id dicam vobis modū practice quomodo conseruauit suam virginitatem: sicut potuit esse tripliciter.

¶ Primo inter parentes.

¶ Scdo inter studentes.

¶ Tertio inter attinentes.

¶ De primo. Eius pater et mater multum custodiebant ne aliquis posset eum docere vilitates de illa materia: nec loquendo nec opere etc. Docebant eum orare nec dicere mendacia etc. vnde magna culpa est parentum

tum si filij non sunt boni: q2 sicut dominus
qui committit ortum ortulano si arbores
nō sunt bone ₇ recte: culpa est ortulani. Ita
in proposito. Ortulani qui plantant arbo/
res in giardino christi.s.ecclesia: sunt illi de
matrimonio. Si ergo arbores non sunt re/
cte erga deum sed tortuose ad mandana
furta ₇ periuriam: culpa est parentum: qa
dum erant parui ₇c. Nam vt dicit textus
in.c.i.de delic.pue. Quis audeat affirma/
re. furta. mendatia. periuria. non esse pecca/
ta? At hijs plena est puerilis etas: quis in
eis non ita vt in maioribus punienda vi/
deantur. Concordant etiam legiste dicen/
tes q omne delictum cadit impuberez pre/
ter delictum carnis.ff.ad filiani.l.i.§. Im/
pubes. Et.l. Excipiuntur. Dic exemplum de
illo qui abscidit nasum matri in valētia ₇c.

Scdo beatus Lucas conseruauit se in/
ter studentes. Dic quomodo parentes eius
miserunt ipsum ad studium medicine: vt es/
set medicus. Modo iaz scitis quomodo cō/
muniter viuunt studētes ribaldice ₇c. Qui/
dam enim student in studio superbie ₇ va
nitatis. Quidam in studio auaritie ₇ cu
piditatis. Quidam in studio luxurie ₇ car/
nalitatis ₇c. Sed beatus Lucas separa/
bat se a societate illorum: quia qui tangit
picem inquinabitur ab ea Eccli.13. Ideo
potuit sibi dici illud Iere.15. Si separaue/
ris preciosum a vili: quasi os meuz eris ₇c.
Tamen beatus Lucas prudenter conserua
uit se vitando vitia ₇ societates malorum
studentium. Ideo attendatis quibus com/
mittitis filios vestros in studijs ₇c.

Tertio conseruauit se inter attinentes.
Naz reuersus de studio magnus medicus
₇ famosus: statim amici ₇ propinqui requi/
rebant eum vt duceret talem vel talem in
vxorem ₇c. sed omnes refutauit ₇ sic se con
seruauit sine vxore ₇ concubina. Unde
Hieronymus in prologo super Lucam ₇c.
Uide in fine sermonis huius. Et quomo/
do conseruauit se inter malos. Ideo de ip/
so potest dici. Lux in tenebris lucet: ₇ tene/
bre: scilicet vitiorum eum non comprehen/
derunt Io.i. Moraliter nota questionem
quare beatus Lucas fugit matrimonium

cum sit bonum ₇ vnum de septem sacra/
mentis ecclesie. Respondeo q non fugit ip/
sum tamq̄ malum: sed propter melius bo/
num. Nam bonum est matrimonium. me/
lior est viduitas: sed optima virginitas. Uñ si
tibi offerent tria poma. vnū ferri. aliud ar/
gēti. tertiū auri. vt eligas vnū ex hijs: nōne qd
eligeres pomum auri tamq̄ melius? Ita ma
trimonium bonum est ₇ a deo ordinatum ₇
multum seruit vt ferrum. sed ad instar fer/
ri eruginatur aliquando de zelotipia: in tan
tum q non possunt habere pacem. Uel si
sit bona vxor: semper petit modo hoc mo/
do illud vt ornet se. Item si non habent pro
lem. vnus dat culpam alteri ₇c. Si autem
habent quandoq3 filij moriuntur viuenti/
bus parentibus. vel si viuunt sunt inobe/
dientes parentibus. ribaldi. lusores. taxillo/
rum. tabernarij. homicide ₇c. Ecce quanta
erugo matrimonij. Ideo dicit Apostolus.
Si acceperis vxorem non peccasti. Et si nu
pserit virgo non peccauit: tribulationem ta
men carnis habebunt huiusmodi.i.Cor.7.

Scdm pomuz est viduitas melius: quia
non ita rubiginatur: quinimo vir vel mulier
in statu viduitatis potest facere peniten/
tiam ₇c. Sed aurum purum est virginitas:
quia sicut aurum nullam habet maculā ₇c.
Sic virginitas nullam habet maculam vo
luntariam: nec corde cogitando. nec ore lo/
quendo. nec opere ₇c. De hijs tribus dicit
Beda. Bona est castitas coniugalis: melior
vidualis: sed optima puritas virginalis.
Hanc elegit beatus Lucas. Unde Apo
stolus. Qui matrimonio iungit virginem
suam bene facit: ₇ qui non iungit melius fa
cit.i.Cor.7.₇c.

¶ Scda excellentia beati Luce est digni
tas doctoralis: quia medicus: ₇ non de mi
noribus immo de maioribus: quia vt dicit
Hieronymus in prologo super Actu. Apo
stolorum medicine artis egregius fuit. Au
diui a quodam doctore medicine q vidit
in catolonia quoddam commentum beati
Luce super Amphorismos ipocratis. Ideo
est honorandus: iuxta illud Eccli.38. Ho
nora medicum.s.beatū Lucā: ppter necessi
tatez. Ideo ipm honoramus hodie: q2 sicut

fuit medicus plagarū ⁊ infirmitatum cor/poraliū: ita modo est in celo medicus aiaꝝ nostraꝝ. Nota hic q̄d beatus Lucas stu/duit medicinā in duab⁹ scolis. Primo in scola ypocratis Scdo in scola xp̄i in ciuita te ierusalē: vbi fuit discipls aploꝝ christi. Nō enim fuit discipulus xp̄i nec de nume ro.70. discipuloꝝ: sed aploꝝ. Greg tñ videt dicere q̄ imo fuit de.72. discipulis christi. Vñ dicit q̄ fuit vnus ex illis duobus disci pulis q̄ ibant in emaus ab ierusalē in die sancto pasce. sm q̄ dī Luc. vlt. Et alius vo cabat Cleophas: nomen aūt suū btūs Lu cas tacuit sibi ex humilitate: q̄ si verum est tunc audiendo xp̄m predicantē eis in illo itinere studuit in scola xp̄i: vbi acq̄siuit ma gnū sapientie apicem: q̄uis ⁊ ante sepius audiuisset xp̄m predicantē. Nam ipse exis in Antiochia plurimoꝝ relatione comperit quō erant in ierusalem tales medici q̄ cu rabant oēm infirmitatem. mutos surdos le prosos ⁊c. de quo admirans ait. Nō est pos sibile hoc: q̄z tales infirmitates sunt incura biles p naturam ⁊c. Ideo recessit de antio chia ⁊ venit ierosolymam⁹: vt videret eos. Qui cum videret miracula que apli facie bant ⁊ q̄ō solo vmbra petri sanabat infir mos. voluit fieri discipulus apostoloꝝ: qui fuit ab eis honorifice receptus. Et quesiuit de eoꝝ scientia curandi infirmos. Cui dixe runt apli. q̄ tota eoꝝ scia stabat in tribus cōclusionibus quas docuit xp̄s Mat. vlti. dicens. Euntes docete oēs gentes: ecce pri ma cōclusio. Glo. Hiero. Docete. s. rudimen ta fidei que cōsistunt in. xij. articulis fidei: quasi principia indemonstrabilia. Et dede runt sibi symbolū aploꝝ in scriptis ⁊ credi dit. Hic explicite ⁊ practice articulos fidei: pro hijs qui forte ignorant. Scda cōclusio cum dicit. Baptizantes eos in noīe patris ⁊ filij ⁊ sp̄us sancti. Ideo vt clarius istam sciam addiscatis baptizetis vos: ⁊ fecit sic. Tertia cōclusio. Docentes eos seruare ea q̄ mandaui vobis. s. Si vis perfectus esse. s. in scia xp̄i ⁊ in theologia seu medicina aiarū: vade ⁊ vende eia que habes ⁊ da paupe. Mat. 19. Sic ergo btūs Lucas h̄ audiens iuit ⁊ vendidit omnia ⁊ preciū pcsuit ad pedes aploꝝ. dicens q̄ nesciebat meliores pauperes xp̄i nec sanctiores in mūdo. Vo

ta q̄ illos qui relictis pauperibus bonis et sanctis dant elemosynas ribaldis: q̄uis ⁊ illis sit elemosyna danda in extrema neces sitate. Apli aūt diuidebant singulis prout cuiq̄ opus erat Act. 4. Vñ dicit Hiero/nymus q̄ in paupibus nō tam paupertas q̄ religio est attendenda. 16. q. i. Oīa quic/quid. Et c. Si cupis. Tunc ergo Lucas ha buit pfecte artē medicine xp̄i ⁊ curabat vt apli: nec solum curabat corpora infirmoꝝ sed etiā aias ad quas curandas tantā ef/ficaciā habuit. q̄ nō solū in vita sed etiam post mortē pene infinitas aīas curauerit. ⁊ quotidie curet p scripta sua: presertim p actus aploꝝ. de quibus dicit Hierony⁹ ad Paulinū: ⁊ habetur in plogo sup bibliā: quē. s. Lucā ita diuina subsecuta est gratia: vt nō solū corporibus sed etiā aiabus ei⁹ pficeret medicina. Actus aploꝝ nudā qui dem sonare videntur hystoriam ⁊ nascen/tis ecclesie infantiā texere: sed si nouerim⁹ scriptorem eoꝝ lucam esse medicum cuius laus est in euangelio: aiaduertimus pariter omnia verba illius aie languentis esse me/dicinā. Hec ille. Ideo rē Lucas medicus. Vñ sibi pūenit illud q̄d scribitur Eccli. 38. Disciplina medici exaltabit caput illius: ⁊ in medio magnatoꝝ collaudabitur. Nota disciplina. i. doctrina medici. s. beati Luce ⁊ in medio magnatorum. i. apostoloꝝ. Mora/liter nota q̄ ad illud consilium. Si vis per/fectus esse te non teneminí nisi ad illud ex voto obligati fueritis: s̄z bene tenemini ad restituēdum debita. Unde Ro. 13. Reddite omnibus debita. Cui tributum tributum. cui vectigal vectigal. cui timorem timoreꝫ. cui honorem honorem. Nemini quicq̄ de/beatis: nisi vt inuicem diligatis ⁊c.

¶ Tertia excellentia beati Luce est chari/tas principalis: que notatur cum dicit cha/rissim⁹. Nota tres gradus charitatis. Pri mus facit personam deo caram. Scdus ca/riorem. Tertius carissimam. Primus ergo gradus est propter deum dimittere bona temporalia. Scdo dimittere delectationes carnales. Tertius dare pro eo vitā corpo/ralem. hic facit personam deo carissimā. De hoc gradu dicit christus. Maiorem chari/tatem nemo habet vt animā suam po. q̄s pro anima sua Jo. 15. Omnes hos gradus

habuit beatus Lucas. De primo & scdo patet p superiora. De tertio etiā patet: q2 beatus Lucas desiderabat ardenter dare vitam suam pro christo. propter hoc adhesit beato paulo qui inter ceteros aplos maiora pericula transiuit vt posset recipere martyriū cum eo. Et scripsit librum de actibus aplorū: & sic fuit valde carus aplo. Secūdo fuit carior virgini gloriose post Joānē euāgelistam: cui xp̄s in cruce ipsam cōmendauerat q2 virgo: & hoc pp̄ter euāgeliū qd scripsit tertio loco post Mattheum & Marcum. Qui q2 dimiserant nobis aliqua n altum necessaria ad sciendū: ideo beat9 Lucas volens de hijs scire & scribere veritatē cōtraxit magnam amicitiam & familiaritatem cum virgine maria: cuius plures imagines depinxit: ac videns suam bonā deuotionem habuit cariorem. Deinde quesiuit a virgine Maria de incarnatione christi quō fuit: que dixit sibi &c. quod scripsit ipse solus in .i. c. Missus est angelus gabriel a deo &c. Item de Johāne baptista patrum sorte & de parentibus suis: & Lucas scripsit sicut habuit ab ore virginis Marie. Deinde alia die quesiuit de natiuitate Joānis baptiste & xp̄i de circūcisione de p̄sentatione ad templū. Et quō cum .xij. esset annorū fuit perditus a virgine & inuentus in tēplo in medio doctorū post triduum Lu. 2. Et alij euangeliste de hoc nihil dicūt. Deinde de xp̄i passiōe. Et practice qūo qn̄ Lucas interrogauit virginem de hoc: incepit flere dicens O Luca & qūo mihi renouas vulnera mea &c. tandem dixit sibi aliqua que alij euangeliste obmiserunt. Virgo maria ergo dixit sibi. Fili luca cum filius meus duceret ad montem caluarie sequebatur illum multa turba populi & mulierum que plangebant & lamentabant eum: cōuersus autē ad illas iesus dixit. Filie ierusalē nolite flere super me sed sup vosipsas flete & sup filios vestros: qm̄ ecce venient dies in qbus dicent. Beate steriles & ventres que nō genuerunt. Et vbera que nō lactauerunt &c. Luc. 23. Hoc solum Lucas ponit ex informatione virginis. Adhuc quesiuit lucas dicens. O dn̄a & nunqd in cruce positus aliqua verba dixit: q2 Mat. & Marcus referunt solum de illis verbis. Hely. hely &c. Respondit virgo O quātus dolor &c. Ita primo dixit. Pater dimitte illis: q2 nesciunt qd faciunt. Itē dixit latroni. Hodie mecū eris in paradiso. Itē vltimo dixit. Pater in manus tuas cōmendo spm̄ meum. hec solus dixit Lucas. Joānes addit reliqua. s. Sitio. & Cōsumatum est. Et Mulier ecce filius tuus &c. Ecce quō carior virgini. Tandem fuit carissimus xp̄o. Nam licet Lucas martyrium nō habuit: tn̄ semper in seipso crucē penitētie habuit: & sic vt ait Hieronymus in plogo sup Lucam. Neq3 vxorē vnq3 habens neq3 filios. in septuaginta quattuor al' octuaginta quattuor ānorū obijt in Bithinia: plenus spū sancto. In quadā tn̄ legenda legi q Lucas fuit martyrizatus in Bithinia a quodā tyrāno filius ciuitatis q vocabatur Spartacus. Et ecclesia in oratione sic dicit. Interueniat p nobis qs domine sanctus tuus Lucas euangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis amore portauit.

Deo gratias. Amen.

In festo vndecim milium virginum. Sermo vnus.

Sancti per fidem vicerūt regna. Heb. xi. Nota cuz dicit Regna in plurali. Quero ergo q̄ sunt hec regna que sācti p fidem vicerunt: R9 quattuor sunt ordine nō dignitate, Scdm̄ carnis. Tertium mundi. Quartum christi.

p^m diaboli

Primū regnum diaboli sancti per fidē vicerunt se humiliando.

Scdm̄ regnum carnis vicerunt per fidē caste viuendo.

Tertium regnum mundi per fidem vicerunt tēporalia contēnendo.

Quartū regnū xp̄i per fidem vicerunt pro xp̄o mortem subeundo.

Primum ergo regnū diaboli consistit in superbia. Job. 40. Ipse est rex super oēs filios superbie. Omnes ergo supbi omnes ābitiosi elati. vanagloriosi. sunt vasalli diaboli. & regnicole huius regni. Istud ergo regnū sctī per fidē vicerunt se humiliando. Nulla. n. tam efficax machina est ad regnū

